ſequentia addere ad eaſdem pertinentia. Loci omnes Hebræis aſſignati, ut ad eos confugerent poſt homicidium ſine voluntate patratum, Hebraice dicuntur עָרֵי מִקְלָט Urbes Refugii, *ita appellatæ, quod illuc colligerentur, congregarenturque a Vindice ſanguinis fugientes, a Verbo* לקט *Hebraico, litteris tranſpoſitis*, colligere, congregare, *quod apud Rabbinos ſignificat* excipere, & retinere. *Joſue autem* 20. *v.* 9. *vocantur* עָרֵי הַמּוּעָדָה Urbes conventus, *quia eo conveniebant homicidæ omnes involuntarii. Apud LXX. appellantur* πόλεις φυγαδευτηρίων, *vel ſimpliciter* φυγαδευτήρια. *Numer.* 35. 20. Joſ. 20. 2. *h. e. loca, in quæ ubi ſontes confugerant, ab iis ſine ſummo piaculo avelli, vel abduci non poterant. Aliqui cenſent, Urbes has* עָרֵי מִקְלָט *dictas eſſe, quod viæ ad eas ducentes breviſſimæ eſſent. Joſue* 21. *v.* 27. *omnes* 48. *Urbes Leviticæ vocantur in Textu Græco* πόλεις ἀφωρισμέναι τοῖς φονεῦσι. *Comites autem homicidæ, qui eum in locum tutum deducebant, dicebantur* תַּלְמִידֵי חֲכָמִים viri Sapientes, *qui, ſi forte Ultor ſanguinis in itinere ei occurreret, blandis verbis, & ſermonibus eum ab homicida arcere tenebantur, ne violentas manus in ipſum injiceret. Porro in* גמרא Ghemarà *fol.* 10. *hæc de Refugii Urbibus habentur*. Ad Aſyla non deligunt Caſtella, neque Urbes magnas, ſed Oppida mediocria. Conſtituuntur eadem nonniſi locis aquoſis, aut quo aqua deduci poſſit, nec niſi ubi ſit copia rerum venalium, nec niſi populoſis. Si populus earum, habitatoreſque diminuantur, novi illuc ex Sacerdotibus, Levitis, Iſraelitiſque cæteris deducuntur. Non veneunt ibi arma, aut venationis inſtrumenta ex ſententia R. Nehemiæ; quod tamen Sapientes permittunt. In hoc vero conſentiunt, neque retia iſtic expandi, neque reſtes fieri, ne pes Vindicis eo acceſſum habeat. *Cæterum Summi Pontificis mors exulibus priſtinam libertatem reſtituebat, eoſdemque honores, ac dignitates, quas antea geſſerant. Ita Fagius in annotationibus in Paraphraſim Chaldaicam OnKeloſi Numer. cap.* 35. *Hinc factum volunt Rabbini, ut Summorum Pontificum matres dona ſæpe mitterent homicidis exulantibus, ne eorumdem mortem exoptarent, ipſorumque vota, & preces largitionibus averterent. Majemonides, & Rambàm tradunt, homicidam in Aſylis commorantem oblatos ſibi honores potuiſſe recipere, dummodo ejus Urbis cives eum coegiſſent ad accipiendum. Liberabantur autem exules per mortem Summi Pontificis, etiamſi plane non exulaſſent, eorumque fugam mors ejuſdem intercepiſſet. Quærunt nonnulli, quid dicendum de iis, qui aliquem occidiſſent, non exiſtente Summo Pontifice, vel de occidente Summum Pontificem, vel Summo Pontifice alium occidente, non exiſtente ejus Vicario. Reſpondet Majemonides*: Occiſor, qui damnatus eſt ad exilium, neque adeſt Sacerdos Magnus: occidens pariter Sacerdotem Magnum, non exiſtente Vicario; ipſe quoque Pontifex, qui occidit, ubi non eſt Vicarius, hi omnes exulant, neque redeunt ex Aſylo umquam. *Paucis vero interjectis ſubjicit:* ſi damnatus ſit, & deprehendatur Sacerdos Magnus eſſe filius expulſæ,

ſæ, aut dimiſſæ, ceſſat ejus Sacerdotium, idemque eſt, ac ſi, non exiſtente Sacerdote, damnatus ſit, nec talis exit ex Aſylo umquam. *Multas autem cauſſas Auctores afferunt, cur Deus ad mortem Summi Pontificis Vindici ſanguinis poteſtatem in homicidam permiſerit, niſi in Aſylis manſiſſet. Nos Petri Martyris in Loc. comm. 14. n. 32. ſententiam tantummodo ſubjiciemus.* Quod non licuit profugis ante mortem Summi Pontificis redire domum, procul dubio myſticum fuit. Nam eo adumbrabatur, non aliter, quam per Chriſti mortem, nobis contingere ad Cœleſtem patriam reditum. *Lex vero de manſione in Aſylis ad mortem Summi Pontificis adeo religioſe ſervabatur, ut ne mortuorum quidem exulum oſſa, eo vivente, alio aſportari poſſent. Hinc ſine vitæ periculo nemo exul umquam ab Urbibus Refugii exire poterat. Unde illud vulgatum Rabbinorum.* Exulans non exit ex Aſylo ſuo umquam, etſi præcepti obſervandi, aut teſtimonii, ſive in re pecuniaria, ſive capitali dicendi cauſa, aut alicujus ex poteſtate Gentilium, fluvii, aut ignis, & diluvii eripiendi gratia, quamvis univerſus Iſraeliticus populus ſalutis ejus opus haberet, uti Joabi filii Zerujæ; non tamen egreditur inde umquam uſque ad mortem Sacerdotis magni. Si exeat, ſemetipſum morti exponit. *Exulibus autem ibi morientibus, ipſorum oſſa Aſyli terminis, vivente Summo Pontifice, concludi debuerunt. Hinc quamvis Levitis ſepulcrum in ſuis urbibus permiſſum non fuiſſe Majemonides cap. 7. narret, de hujuſmodi ſamen exulibus ſcriptum reliquit.* Homicidæ, qui damnatus ad exilium, *moritur antequam exulet*, oſſa deportant illuc. Homicidam vero, qui moritur in Aſylo ſuo, ſepeliunt ibi, & tempore, quo moritur Sacerdos magnus, reducunt oſſa occiſoris inde, & reducunt oſſa occiſoris inde ad ſepulcrum paternum.

קְלִיט Contractus, collectus, conſtrictus. *Plur. fœm.* קְלִיטָן contractæ. Levit. 21. 20. *in Jonathane.*

קְלוּט Habens ungulas ſolidas, *ut equi, &* *muli, non fiſſas.*

קָלַל Levem, celerem, velocem, vilem eſſe, *vel* fieri, vileſcere. Geneſ. 16. 4. Job 7. 6. minui, imminui. Eccleſ. 4. 16. *Aphel* אַקֵּל levare, leve reddere. 1. Reg. 12. 4. vilipendere, ſpernere, aſpernari, contemnere. Ezech. 22. 7. Eſth. 2. 5. *Apud Rabbinos* לֹא יָקֵל אָדָם רֹאשׁוֹ Non levabit homo caput ſuum, *h. e.* non erit elatus, ſuperbus. *Ex Ithpahel Præteritum,* אִין אִתְקוּלַלוּ מַיָּא an leves factæ eſſent aquæ. Gen. 8. 8. *in Targum Jonathanis. Pahel* קַלְקֵל corrumpere, perdere, diſſipare, pervertere, irritum reddere, fœdare, inquinare. *Ithpehal* אִתְקַלְקַל vaſtari, corrumpi, & אִתְּקַל imminui. Thren. 1. 14.

קְלִיל, קְלִיל, קַלִּילָא, קַלִּיל Levis, velox, celer, vilis, parvus. Gen. 42. 20. *in Jonathane. Item* modicum, parum: כַּר קְלִיל propemodum, ferme, pene. קְלִיל קְלִיל pau-

paulatim. Exod. 23. 20. עַד קְלִיל propemodum. Prov. 5. 14. קְלִיל קְלִיל paulatim. *Adverbialiter* קְלִיל leviter. Joel. 4. 4. *Plur.* קְלִילִין leves, parvi: celeres. Jerem. 30. 16. parum. Prov. 16. 8. *Fœm. ſing.* קְלִילָא parva: velox. Jerem. 2. 23.

קְלִילו Parum, paucitas. Gen. 43. 1. *in Jonathane.*

קְלוּתָא, קְלוּת, קַלוּתָא, קַלוּת Velocitas; celeritas, levitas. Job 28. 18. בְּקַלוּתָא Celeriter, velociter.

קְלִילוּתָא, קְלִילוּת Idem. Gen. 29. 1. *in Jonathane.*

קְלוּתָא Vilitas. Job 28. 18. execratio, maledictio. Deut. 21. v. ultimo *in Jonathane.*

קוּלְתָא Hydria, urceus. Gen. 24. 14.

קַלָּל Cadus, vaſculum, *quo cinis vaccæ rufæ combuſtæ recipiebatur ad conficiendam inde aquam expiatoriam.* *Item* olla, pelvis, *vaſis genus.* Num. 19. 9. *in Jonathane.*

קִלְקוּל Spurcities, ſtercus, fimus: ſterquilinium. Levit. 17. 16. *in Jonathane:* ſtultitia, ſtoliditas. Num. 25. *in Jonathane.* *Item* vaſtatio, corruptio, perditio, depravatio. *Ejus oppoſitum* תִּקּוּן aptatio, accommodatio, reparatio.

קִיקַלְתָּא & , קַלְקַלְתָּא, קִלְקַלְתָּא Stercus, ſterquilinium, fimus. Pſal. 113. 7. *Plur.* קִקְלָתָן & , קִלְקְלָתָא, קִלְקְלָן ſtercora. Thren. 4. 5.

קְלַם

קַלְמְתָא Pediculus; *vermis capitis, & corporis:* pediculorum multitudo. *Plur.* קִלְמָתָא, קִלְמָן, & *maſc.* קַלְמַיָּא, קַלְמִין pediculi. Exod 8. 18.

קוּלְמָס & , קוּלְמוּסָא, קוּלְמוּס Calamus ſcriptorius, ſtylus. Pſal. 45. 2. Jud. 5. 14. Job 19. 24. *Hebræi honorificam, magnamque ſemper de ſuis Principibus, & Regibus opinionem habuerunt, magnamque reverentiam iiſdem præſtiterunt. Hinc illud in Tractatu* שבת Sabbàt *fol.* 11. אם יהיו כל הימים דיו ואגמים קולמוסים ושמים יריעות וכל בני אדם לבלרין אין מספיקים לכתוב חללה של רשות *h. e.* Si fuerint omnia maria atramentum, & omnes junci calami, & totum Cœlum pergamenum, & omnes filii hominum ſcribæ, non ſufficerent ad deſcribendam profunditatem cordis Principum, ſive Regum. *Rabbini glorioſam hanc dicendi rationem a glorioſiſſimo R. Jochanàn ben Zacbài didicerunt, qui fertur fuiſſe Magiſter Joſephi Hiſtorici Judaici, & floruiſſe tempore Titi Veſpaſiani, a quo urbs Hieroſolyma diruta, & ſolo æquata eſt. Hic R. Jochanàn dicitur reliquiſſe de ſe ſcriptum:* אם כל השמים יריעות וכל בני אדם לבלרין וכל עצי היערים קולמוסים אינן יכולין לכתוב מה שלמדתי מרבותי ולא חסרתי מהם אלא ככלב המלקק בים: *h. e.* Si omnes Cœli eſſent pelles, aut pergamena, & omnes filii hominum ſcribæ, & omnes ſylvæ arbores calami ſcriptorii, non poſſent ſcribere ea, quæ didici a Præceptoribus meis, quibus non ſum inferior, niſi quantum canis lambit in mari. *Vide* ילקוט JalKùt *fol.* 7. & שלשלת Salſcèleth *fol.* 26. *Si tantus fuit diſcipulus,*

qua Sapientia, & eruditione præſtitiſſe ejuſdem Præceptores credendum?

קְלְמַסְמְסַיָא Redimicula, alligamenta, *quibus ligabant mulieres capillos. In Bibliis Regiis* קוֹלְמוֹסַיָא Iſa. 3. 20. *In Venetis* קוֹל מַוְמְסַיָא. *In Aruch* קְלַמוּמְסַיָא.

קַלֵּס *Pahel*. Laudare, celebrare. Pſal. 68. 5. Cantic. 6. 8. Eſth. 6. 11.

קוֹלַס, קוֹלְסָא Galea, caſſis. 1. Sam. 17. 38. *Plur.* קוֹלְסַיָא, קוֹלְכִין galeæ. Ezech. 23. 15. Jerem. 46. 4.

קְלוֹסַנְתְּרִין Præfecti ſatellitum. Eſth. 2. 21.

קְלַסְתּוֹר, קְלַסְתַּר Forma, figura, vultus. Job 29. 24. *Plur. cum aff.* קְלוֹסְתָּרוֹי Job 17. 7.

קְלַע Funda mittere, *vel* projicere. *Aphel* אַקְלַע idem. 1 Sam. 17. 49.

קְלַע, קְלָעָא Funda. Judic. 20. 16. velum, cortina. Iſa. 33. 23. *Plur.* קַלְעַיָא, קְלָעִין fundæ: cortinæ. Iſa. 18. 1.

קַלָּעִין, קַלָּעַיָא, & קְלָעִין, קַלְעַיָּא Funditores. 2. Sam. 20. 23. 2. Reg. 3. 25.

קְלִיעָא Contortum, tortile. Exod. 28. 14. *in Jonathane. Plur. emphat.* קְלִיעָתָא Ibidem. *Abſolute* קְלִיעָן contorta, torrilia: ſculpturæ, inciſuræ. 1. Reg. 7. 17. *Apud Rabbinos* קְלִיעַת הַשֵּׂעָר Plicatio capillorum mulierium, cirrus. *In Targum* עוֹבַד קְלִיעָא Opere implicationis, implexo, *quale eſt catenarum, retium, & ſimilium. Plur.* קְלִיעָן דִּדְהַב catenæ tortiles auri. Exod. 28. 24. *Maſc. generis* קְלִיעִין 1. Reg. 6. v. 29. & cap. 7. v. 31.

קְלַף Decorticare, denudare, abradere, cutem detrahere. *Pahel* קַלֵּף idem. Geneſ. 30. 37. 2. Reg. 18. 16. Lev. 14. 41. Joel. 1. 7. *Aphel* אַקְלֵיף idem.

קְלֵף, קְלַף, קַלְפָא Cortex: pellis, cutis: pergamenum: ſcheda: piſcium ſquama: ſcabiei cruſta, *vel* abſceſſus, *ut* Levit. 13. 2. *pro Hebræo* סַפַּחַת. *Plur.* קַלְפִין Decorticationes. Geneſ. 30. 37. ſquamæ. Levit. 11. 9. *Rabbinis eſt* membrana, pergamenum. *In exordiis epiſtolarum uſurpant pro* ſcheda, charta. *Transferunt etiam ad alia, quæ inſtar corticis tegumentum habent. Item* קְלָפִים chartæ luſoriæ..

קְלוּף Decorticatio, denudatio. Gen. 30. 37.

קְלָפִין Decorticationes. Gen. 30. 37. *Jonathan habet* קַלִּיפִין, *vel potius* קְלִיפִין.

קַלְפָא, קְלָפִיתָא Decorticatio: abſceſſus, apoſtema, ſcabies. Levit. 13. 2. & 14. 56. *in Targum Hieroſolymitano. Targum autem Jonathanis habet* קְלוּפֵי.

מַקְלוּף Decorticatum. *Plur.* מַקְלוּפִין cortices uvarum. Num. 6. 4. *in Jonathane*.

קְלָפִין Squamæ. Levit. 11. 8.

קוּלְפָא, קוּלְפָא, קְלָפֵי, קוּלְפֵי Clavis, fuſtis, baculus. Levit. 20. 15.

קְלוּפְסִין *Olivarum magnarum ſpecies, quæ eſui magis, quam oleo conficiendo inſerviunt.*

קְלַק Conjicere, projicere. Exod. 15. 25. *in Targum Hieroſolymitano*.

קלר קוֹלָרִין Clauſtra, collaria, *clauſuræ ferreæ, quæ collo imponuntur*. Num. 21. 31. *in Targum Hieroſolymitano*.

Digitized by Google

no. Ezech. 19. 9. *In* סנהדרין Sanhedrìn *fol*. 7. עשרה שיושבים ברין קולר תלוי בצואר כולן Decem, qui ſedent in judicio, collare impendet collo omnium, *h. e. pœna, ſi judicium pervertant, neque juſte judicent*. *In* שבת Sabbàt *fol*. 32. חש בראשו דומה כמי שנתנוהו בקולר Dolens capite eſt ſicut is, quem impoſuerunt vinculis.

קָלִיר Placenta, collyra. *Hinc appellatus R. Eliezer* הַקָּלִיר Placentarius, *quod quotidie placentis veſceretur*. *In* יוחסין Juchasìn *fol*. 34. *vocatur* ר׳ אֱלִיעֶזֶר הַקָּלִירִי הַפַּיְטָן R. Eliezer haKKalìr Poeta *ab altero diſtinctus*. *Hujus habemus Litanicas ſupplicationes, quæ in uſu apud Hebræos, exhibenturque in hoc Lexico pag*. 407. *& ſequentibus*.

קלש *Ithpehal* אִתְקְלִישׁ Attenuari, rarum, tenue fieri. Gen. 21. 15. *in Jonathane*. Job 33. 25. *in Bibliis Regiis*.

קְלִישׁ, קָלוּשׁ Tenuis, attenuatus, rarus. Num. 7. 13. *in Jonathane*.

קְלִישׁוּתָא דִּדְיוּתָא Attenuatio. קְלִישׁוּתָא Attenuatio atramenti, *h. e. color dilutus, & debilis, non ſatis niger*.

קִלְשׁוֹנִין Furcæ, bidentes, tridentes. Eccleſ. 12. 11. *In Regiis vertitur*, ligonibus.

קלת קוּלְתָא *Vide in* קלל.

קמח, קִמְחָא Farina. Geneſ. 18. 6. 1. Reg. 17. 14. *In* פִּרְקֵי אָבוֹת Pirkè Avòth *cap*. 3. אם אין קמח אין תורה ואם אין תורה אין קמח Si non eſt farina, non eſt Lex: & ſi non eſt Lex, non eſt farina. Farina, *nimirum vitæ neceſſaria*; Lex, *videlicet Legis Divinæ, Litterarumque Sacrarum ſtudium*.

קמט Tenere, capere, apprehendere. Prov. 4. 4. & 5. 22. *Quibuſdam* conſtringere. *Pahel* קַמֵּט idem.

קְמַטְרָיָא, קוּמְטְרִין Veſtiaria, ſcrinia, *capſæ, in quibus aſſervantur veſtes*. Ezech. 27. 24. 2. Reg. 10. 22.

קוּמִיטִיטוֹן Comitatus. Num. 12. 7. *in Targum Hieroſolymitano*.

קמץ Colligere in pugillum, pugillum ſumere. Levit. 2. 2. Numer. 5. 26. *Apud Rabbinos* congregare.

קְמַץ, קַמְצָא, & קוּמְצָא Pugillus, manipulus. Levit. 5. 12. *Plur*. קוּמְצִין pugilli, manipuli. Gen. 41. 47. *in Jonathane*.

קַמְצָא, קַמַּץ Locuſta, bruchus. Nah. 3. 15. *Plur*. קַמְצִין locuſtæ. Numer. 13. 34.

קוּמְצָא, קוּמַּץ Foſſa, fovea. 2. Sam. 18. 17. *Plur*. קוּמְצַיָּא, קוּמְצִין foſſæ. 2. Sam. 17. 9.

קְמִיץ Clauſus, occluſus. Cant. 8. v. ultimo.

קמק קוּמְקְמָא Cucuma, cucumella, *vas aneum aquæ calefaciendæ inſerviens*. *Plur. conſtr*. קוּמְקְמֵי Eſth. 1. 7. *in Targum ſecundo*. *Juxta aliam formam* קוּמְקוּמְסַיָּא Num. 31. 23. *in Jonathane*.

קמר Cingere, accingere, alligare. *Pahel* תְּקַמְּרָן לְהוֹן accingent ſe. Pſal. 65. 13. Thren. 2. 10.

קַמְרָא, קָמַר, קְמוּרָא, קְמוּר, קָמוּר Cinctura, zona, cingulum, baltheus. Pſal. 65. 7. *Plur*. קָמוּרִין cinctoria, ſubliga-

gacula. Gen. 3. 7. *in Jonathane*.

Eſt etiam קַמְרָא Cingulum, *h. e. dignitas, auctoritas, cujus dignitatis, & auctoritatis ſignum, ac ſymbolum erat baltheus latus ornatus auro, & argento. Ex Baal Arùch habetur:* קמרא eſt חגורה שחוגרין אותה באבנט cingulum, quod accingunt cum אבנט, ſed eſt latius, quam אבנט, & inſerunt ei argentum, & aurum, ſervique Regum geſtant illud. *Et in* זן *primo ſcribit;* זון *in Lingua Græca idem eſſe, ac* אבנט *Hebraicum, & Chaldaicum* קמריא.

קְמוֹר Idem. Job 12. 18.

קְנָא *Pahel* קַנֵּי Zelotypum eſſe: ad zelum commovere: invidere, æmulari. Numer. 25. 13. Cant. 8. 6. *Aphel* אַקְנֵי ad zelotypiam provocare. Deuter. 16 21.

קַנָּא, קַנָּאִי Zelotes, zelotypus. Exod. 20. 5. & 34. 14. *Plur.* קַנָּאִין zelotypi.

קַנְאָן Idem. Exod. 20. 5. *in Jonathane*.

קִנְאָה, קִנְאֲתָא Zelotypia, zelus, invidia, æmulatio. Numer. 5. 14. *Plur.* קִנְאָן, קִנְאָתָא zelotypiæ. Numer. 5. 29.

אַקְנְיוּתָא Idem. 1. Sam. 1. 16.

Apud Rabbinos קַנָּא, *vel* קַנֵּי *præterea ſignificat* ex zelotypia monere, commonefacere, præmonere ſuſpectam perſonam. *Hinc* קִנּוּי præmonitio, commonefactio de eo, quod cauſam zelotypiæ præbet. *In libro Talmudico* סוטה *cap. 1. in Miſnà habetur:* המקנא את אשתו ר׳ אליעזר אומר המקנא לה על פי שנים Qui æmulatur uxori ſuæ, R. Eliezer dixit, æmulatur ipſi coram duobus teſtibus. *Mox:* כיצר מקנא לה אומר לה בפני שנים אל תדברי עם א״ש פלוני Quomodo æmulatur ipſi? dicit ipſi coram duobus; ne loquaris cum viro N. &c. *Vel* לא תסתתרי בהרי פלוני Ne clam ſis, vel latenter verſeris apud virum iſtum &c. *ne vir ille amplius zelotypiæ cauſam præbeat. Hujuſmodi monitio dicitur* קִנּוּי. *Quod ſi mulier poſt hanc monitionem peccet, certa ipſi pœna conſtituta eſt.*

מִתְקַנְּאִים Ad invidiam excitantur, invidia invicem laborant.

קְנָה Comparare, emere, acquirere, acquiſitum poſſidere. Geneſ. 4. 1. Pſal. 74. 2. Ruth 4. 10.

קִנְיָן, קִנְיָנָא Emptio, acquiſitio, poſſeſſio. Levit. 22. 10. opes, facultates, divitiæ, ſubſtantia. Geneſ. 31. 18. *Plur.* קִנְיָנִין, קִנְיָנַיָּא opes, facultates. Ezech. 38. 12.

קַנְיָא, קְנֵי, קָנֵי Canna, calamus, fiſtula, culmus, arundo, calamus menſorius, calamus odoratus: ſcapus *in candelabro, & in ſtatera*. Ezech. 41. 8. Iſa. 42. 3. *Plur.* קְנִין, קָנֵי calami. *Apud Rabbinos* קנה של ציידין Calamus aucupum. קנה של מאונים Calamus ſtateræ, *unde fila dependent:* ſcapus. קנה של סיידין Calamus cæmentariorum. קנה של שבולת Calamus ſpicæ. *In* חוּלִין Cholin *fol.* 45. ג קני היו חד פריש לריאה וחד פריש לליבא וחד לכברה Tres ſunt fiſtulæ (*in animantibus*,) una ſeparata eſt, & defertur ad pulmones, altera ad cor, ſive ſtomachum, tertia ad hepar. *Uſurpatur etiam pro* Aſpera arteria, *vel* fiſtula gutturis.

Digitized by Google

tis. *Hinc ſæpe occurrunt conjunctæ voces* הקנה והושט Aſpera arteria, & gula *in ritibus in Mactatione ſervandis. In* תענית Taanith *fol.* 20. *legitur Sententia:* לְעוֹלָם יְהֵא אָדָם רַךְ כְּקָנֶה וְאַל יְהֵא קָשֶׁה כְּאֶרֶז Perpetuo ſit homo lenis inſtar calami, nec ſit durus inſtar cedri. *Hac admonentur homines, facilitatem, benignitatemque ſervandam eſſe, moreſque duros, ac difficiles impenſe vitandos, & abjiciendos.*

קֵינָאָה, קֵינָאָה, קִינָאָה קֵינַי Faber, conflator, aurifaber, argentarius. Iſa. 46. 6. Judic. 17. 4. Iſa. 40. 19. *Plur.* קֵינָאִין, קֵינָאֵי aurifabri. Eſth. 5. 14.

קנג, קַנִּיגַיָא Venatores. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo videtur ſumi pro* artificibus, opificibus.

קנט Irritare, concitare, incitare: affligere. Exod. 22. 20 *in Jonathane*. faſtidire. Numer. 21. 6. *Aphel* אַקְנִיט irritare. Ruth 1. 16. ſollicitare. Pſal. 69. 5.

קִנְטִינָר, קַנְטִינָר, & קַנְטַר, קִנְטַר Centenarius, pondus centenarium. *Plur.* קַנְטִינְרִין, & קִינְטְרִין, & קַנְטֵירִין, קַנְטִינְרִין centenarii. Exod. 38. 27. *in Jonathane.*

קנך קַנְכֵּירִינוֹן, קַנְכֵּרִין, קַנְכִירֵי *Nomen lapidis pretioſi, inſerti tertio ordini in pectorali Aaronis, de quo variant Interpretes. Reſpondet Hebræo* לֶשֶׁם: Exod. 28. 19. *in OnKeloſo, & Jonathane. Aliis* Jaſpis, *aliis* Ligurius, *aliis* Lyncurius. *Græca Lexica* λυγκούριον, *a* λύγξ Lynce animali. *Ex Plinio lib.* 8. *cap.* 38. *habetur.* Lyncum humor (*h. e.* urina) ita redditus, ubi gignuntur, glaciatur, areſcitque in gemmas Carbunculis ſimiles, & igneo colore fulgentes, Lyncurium vocatas. Quidam λίγυρον, & λιγύριον appellant, a loco, Liguria videlicet, in qua inveniri auctor eſt Theophraſtus in libro de Lapidibus.

קנם קוּנְמָא, קִנְמַן, קִנְמוֹן, קִינָמוֹן, קִנָּמוֹן Cinnamomum. Exod. 30. 23. Prov. 7. 17. Cant. 4. 14.

קנן *Hebraice. Pihel* Nidificare. Jerem. 22. 23. Ezech. 31. 6.

קֵן, קִנָּא, קִנָּה Nidus. Iſa. 34. 15. קִנָּא דְּרוּבְשָׁא Favus. 1. Sam. 14. 22. *Plur.* קִנִּין, קִינִין nidi: cellulæ, conclavia.

קנס Punire, mulctare, mulctam imponere. *Pahel* קַנֵּס Idem. Exod. 15. 25. *Ithpehal* אִתְקַנַּס mulctari. Exod. 2. 22. Deuter. 32. 50. *in Jonathane. Apud Rabbinos* לִקְנוֹס עַל בָּעֹבֵר Mulctare tranſgreſſorem.

קְנָס, קְנָסָא Pœna, mulcta. Exod. 21. 30. *Plur.* קְנָסִין pœnæ. Exod. 15. 25. *in Jonathane.*

קנף קִנוּפִין Vela, conopæa. 2. Sam. 16. 22. *Hebraice* אֹהֶל, *Græce* κωνωπεῖον.

קנק קַנְקַל Cribrum, crates, craticula: cancelli. Exod. 27. 4. *in Targum Hieroſolymitano. Plur.* קַנְקְלֵי cribra. Exod. 38. 30. *Rabbinis* cancelli. *Item* Sacellum, Conclave cancellis multis conſtans.

קַנְקִילִין Craticula, Opus reticulatum,

cera

cui veſtimenta imponuntur, igniſque ſubjicitur cum rebus odoriferis ad ſuffitum faciendum, ut veſtes odorem contrahant. In. כלים Kelim *cap.* 22.

קַנְקַן Cantharus, urceus, vas, amphora. *In* פרקי אבות PirKè avòth *cap.* 4. אל תסתכל בקנקן אלא במה שיש בו יש קנקן חדש מלא ישן ויש ישן שאפילו חדש אין בו: *h. e.* Ne inſpicias cantharum, ſed id, quod in eo eſt. Eſt enim cantharus novus quandoque repletus vino veteri. Eſt etiam quandoque cantharus vetus, in quo ne novum quidem vinum eſt. *Juvenibus, & ſenibus id accommodatur. Sæpe enim fit, ut juvenes ſenibus ſapientia antecellant, quemadmodum ſæpe divites a pauperibus prudentia ſuperantur. Contingit etiam, ut ſenes omni ſapientia careant, & amentia, atque inſania juvenes vincant. Taciti nos quoque crebro miramur infimæ conditionis homines acute, & prudenter loqui, & ſub ſordido ac lacero pallio ſapientiam tegi. Nimirum externa internorum fallacia ſymbola ſunt.*

II. קַנְקַן Vomer, culter aratri. *Apud Talmudicos in uſu.*

קנר קִינָרִס Κινάρος, & κινάρα, *ſive* κινάρα. Cinara, Carduus ſativus, *vulgo* Articoclus, *cujus capita ſunt in deliciis menſarum. Alii vocant* Carduum comeſtibilem, Carduum hortenſem. *Invenies aliquando ſcriptum per* ד *in medio, &* ו, קונדרס. *In* בראשית רבא Bereſcith rabbà *ſect.* 20. *in illud* וְקוֹץ וְדַרְדַּר Geneſ. 3. 18. קוץ אלו עכבות: דרדר זה קינרס שהיא עשויה דרין דרין *h. e.* קוץ ſunt ſentes: דרדר eſt cinara, quæ facta eſt cellulæ cellulæ, *videlicet, quæ plena eſt quaſi cellulis quibuſdam. A Columella ita deſcribitur:*

. . . . in horto
Hiſpida ponatur cinara, quæ dulcis Jaccho
Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti.
Hæc modo purpureo ſurgit glomerata corymbo,
Myrtiolo modo crine viret, deflexaque collo
Nunc adaperta manet, nunc pinea vertice pungit,
Nunc ſimilis calatho, ſpiniſque minantibus horret:
Pallida nonnumquam tortos imitatur acanthos.

קסה, קִסָּה קְשָׂה Scutella. *Plur.* קְשׂוֹן, קְסִיתָא, קִסִּין ſcutellæ. Numer. 4. 7.

קסט קִסְטָא Urna, urceus, ſextarius: menſura: vas. Exod. 30. 24. *Plur.* קִסְטִין urnæ, urcei, ſextarii. Levit. 19. 36. *Vas iſtud olim in uſu apud Romanos duas heminas, ſive uncias viginti continebat. Sextarius autem Atticus duas cotylas capiebat, nimirum uncias octodecim. Græce vocatur* ξεστής. *Hoc nomen cum Imperio Romano volunt primum in Græciam veniſſe. Itaque deductum videtur a voce Romana* Sextus, Sextarius. *In Arùch exponitur* לגין lagena.

קוֹסְטַנְטִינִי Conſtantinopolis. Num. 24. 24. *in Jonathane.*

קִיסְטְרָא, קַסְטִירָא, קַסְטְרָא, קַסְטַר Stan-

Stannum, Plumbum album. Numer. 31. 22. *in Targum Jonathanis, & Hieroſolymitano.*

קסטרון Caſtra, caſtella, arces, propugnacula; palatia. Gen. 25. 16. *in Jonathane.*

קסם Divinare, *ut Hebraice*. Deuter. 18. 10. 1. Sam. 28. 8. Ezech. 21. 21. 2. Reg. 17. 17.

קסום, קוסם, קסם Divinator. Deut. 18. 10. *in OnKeloſo*. *Plur.* קסמיא, קסמין divinatores. Eccleſ. 11. 4. Zach. 10. 2.

קוסמא, & קסמא, קסם Divinatio. *Item* קסם *eſt* regula lignea, *norma, lignum longum, & rectum fabrorum.* *Plur.* קוסמין, & קסמיא, קסמין divinationes. Geneſ. 30. 27. Deut. 18. 10. *in Jonathane*. 2. Reg. 17. 17.

קסומא, קסום Idem. *Item* cenſus, tributum. Habac. 3. 17. *Plur.* קסומין tributa.

קסר קיסר Cæſar, Imperator. קיסר ופלגי קיסר Cæſar, & dimidius Cæſar, *h. e.* vice-Cæſar, pro-Cæſar. קיסריון, קיסרין Cæſarea, *urbs Palæſtinæ*. Num. 34. 8. *in Jonathane*.

קפא Concreſcere, conjungi, cohærere, condenſari, coagulari, coaleſcere. Exod. 15. 8. 2. Reg. 6. 6.

קפד *Hebraice*. Præcidere. Iſa. 38. 12. *Ithpahel* אתקפד. *Ithpeh.* אתקפד præcidi, abbreviari, decurtari. Iſa. 50. 2. Mich. 2. 7.

אתקפדא Excidium, exciſio, ſucciſio. Ezech. 7. 25.

קפידותא, קפידות Brevitas, abbreviatio, imminutio, anguſtia. Iſa. 59. 1. *in Jonathane.*

קפדא Iracundia. Num. 25. 8. *in Targum Hieroſolymitano.*

קופדא, קופד, קפוד: Ericius, erinaceus, echinus. *Alii* aquilam anatariam; *alii* fibrum, *ſeu* caſtorem; *alii* teſtudinem; *alii* noctuam; *alii* merulam; *alii* lutram *interpretantur*. Iſa. 34. 15. *Scribitur etiam per* ר Reſch. *Plur.* קופדין ericii, echini. Iſa. 14. 23. *Occurrit etiam aliquando ſcriptum per* ר Reſch, *ut* קופר. *In* ברכות Berachoth *fol.* 57. כל מיני חיות יפות לחלום חוץ מן הפיל והקוף והקופר: *h. e.* Omnes ſpecies animantium bonæ ſunt ad ſomnium, exceptis elephante, ſimia, & ericio.

קפודקיא Cappadocia. קפודקיא Cappadoces. *Scribitur & cum* ט *in Targum.*

קפז Saltare, ſubſilire, inſilire: exultare, geſtire præ gaudio. *Idem ac* קפץ. *Item* tranſilire terminum, abbreviare terminum.

קפל Duplicare, complicare. Num. 10. 35. *in Jonathane*. *Item* volvere, circumvolvere. *Hithpahel* אתקפל circumvolvi. Iſa. 38. 12. *Videtur legendum* אתקפדו, *vel* אתקפידו præciſi ſunt.

קפל *Rabbinis* duplicare, complicare, concinnare, circumvolvere, *ut veſtes, charta, & lintea ſolent complicari*: *Hinc* מקפלים את הכלים complicant veſtimenta linea, *veſpera Sabbati*. פקחים שבהם קיפלום והניחום בקופסא Prudentiores ipſorum

com-

complicabant ea (*veſtimenta*) & deponebant ea in arca veſtiaria.

קפלוט קְפָלוֹטַיָא Porrum, cæpa. *Plur.* קְפָלוֹטַיָא cæpæ. Numer. 11. 5. *in Jonathane*.

קפס קוּפְסָא Capſa, arca, ciſta: ſcrinium. Deut. 31. 26. *in Jonathane*. *Plur.* קוּפְסָאוֹת capſæ. 2. Reg. 10. 21. *in R. Salomone*.

קפף קִפּוּף, קִפּוּפָא, קַפּוּפָא, קִיפּוּפָא Noctua. Deut. 14. 16. *Plur.* קִפּוּפִין noctuæ. *Talmudiſtæ tripliciter hac voce utuntur: modo iis eſt* Veſpertilio, *ut* באות שבעופות קיפוף Cum aliquo ſigno avium eſt Veſpertilio; *modo* Noctua, *ut* כל מיני עופות יפין לחלום חוץ מן קריא קיפופא Omnes ſpecies volucrum pulchræ ſunt ad ſomniandum, exceptis bubone, & Noctua; *modo eſt* Cercopithecus, ſimia caudata, *ut* כל מיני חיות יפין לחלום מן הפיל והקוף והקיפוף Omnes ſpecies beſtiarum bonæ ſunt ad ſomniandum, excepto Elephante, ſimia, & Cercopitheco.

קפץ Saltare, ſubſilire, ſubſultare. Geneſ. 28. 10. cohibere, occludere. Deut. 15. 7. *Pahel* קַפֵּץ idem. Nahum 3. 2. *Ex Ithpahel* מִתְקַפְּצָא ſubſultans. Exod. 9. 24. *in Jonathane*.

קוֹפִיץ Securis, bipennis: malleus. Exod. 34. 20. *in Jonathane*. *Convenit cum Græco* κόπις, *quod ſignificat* gladium, cultrum.

קצא נִקְצָא Fragmentum. הֵיךְ נִקְצָא דְטַסָא בְקַלְעָא Sicut fragmentum laminæ in funda. Prov. 26. 8.

קְצַת, מִקְצָת Pars: finis: quidam, quædam, aliquid, quiddam. *In utroque genere, & numero uſurpatur. Apud Rabbinos diſtributive uſurpatur:* נָתַן לוֹ מִקְצָת דָמִים Dedit ei aliquid pecuniæ: בְּמִקְצָת הַסְפָרִים In quibuſdam libris: קְצָתָם עִם קְצָתָם Alii ad alios: מִקְצָתָם, קְצָתָם Quidam illorum.

קצח, קִצְחָא Melanthion, nigella: fœniculum. Iſa. 28. 25.

קצע קְצִיעָא, קְצִיעֲתָא Caſia, *odoris ſuaviſſimi*. Exod. 30. 24. *Item nomen proprium unius ex filiabus Jobi*. Jobi 42. 14. *Plur.* קְצִיעָן, קְצִיעֲתָא caſiæ.

קצף Ira effervescere. Dan. 2. 12. *Aliis eſt nomen*. Ira fervens, fervor: ſpuma. Ezræ 7. 23.

קצץ, קֵץ Amputare, exſcindere, præcidere. Judic. 9. 48. *Pahel* קַצֵּץ idem. Thren. 2. 3. *Ithpahel* אִתְקַצַּץ amputari, abſcindi, præſcindi. Iſa. 38. 12. *Rabbinis* קְצַץ Decernere, paciſci.

קֵץ, קִצָּא Finis, extremitas. Geneſ. 6. 13. ſcopus, terminus. Pſal. 78. 9. *Rabbinis* לְקֵץ Tandem, ad extremum. הָבָא לְקִצִּין Qui venit tandem, tempore definito.

קְצִיצָא Idem. Eſth. 1. 3.

קִיצָאִין, קִיצָאֵי μαχαιρέποιοι, gladiorum artifices. *Ita explicat auctor Translationis Germanicæ Judæorum*. Eſth. 5. 14.

קִרְצוּצָא Teſtudo, lacerta. Levit. 11. 30. *in Jonathane*. *Hebraice* חוֹמֶט.

קצר Abbreviare, decurtare, imminuere. Pſal. 89. 46. *Pahel* קַצֵּר idem. *Ithpehal* אִתְקְצַר. *Ithpahel* אִתְקַצַּר ab-

Digitized by Google

abbreviari, decurtari, breve eſſe, *vel* fieri. Iſa. 28. 20. Pſal. 102. 24.

קְצָרָא Brevis, curtus. Eſth. 7. 10. *in Targum ſecundo, ex dialecto Hieroſolymitana.*

קְצוֹר Idem. Job 29. 25. *Item* brevitas.

קַצָּרָא, קַצַּר Fullo, pannorum lotor, *quaſi decurtator pannorum dictus.* Joſ. 15. 17. *Plur.* קַצָּרִין, קַצָּרַיָא fullones. *In* בבא קמא Bavà Kamà *in fine.* קצרא שמיה וקצרא שקיל ליה Decurtator eſt nomen ejus, & fullo accepit iſtum, *nimirum pannum. Fullo dicitur* קַצָּרָא Kazrà. *Hic, ut ſartor, ſolebat aliquid decurtare, & furari ex panno. Hinc illud:* recte Fullo vocatur קצרא Kazrà, quia eſt מקצר MeKazèr, *h. e.* decurtans, & diſcindens aliquid ex panno.

קָקָא, קָקָתָא Platea, pelecanus. Levit. 11. 18. *in Jonathane. Idem ac* קָתָא. Pſal. 102. 7. *Aliis* anſer. *In* גטין Gittìn *fol.* 73. *Proverbium legitur:* קקי חיורי משלחי גלימי ראינשי Anſeres albi detrahunt pallia hominum. Per anſeres albos *intelligunt Rabbini Judices canos ad avaritiam proclives, ac propterea rapaces, lites, & contentiones ita dirimentes, ut in commodum ſuum vertantur, & magna bonorum pars, de quibus agitur, ad ſe perveniat.*

קקב קַקָּבְטוֹן Panis calidus. Geneſ. 40. 16. *in Targum Jonathanis.*

קקל קִיקַלְתָּא *Vide in* קלל.

קְרָא Vocare, convocare, clamare, exclamare, acclamare, proclamare, inclamare, vocare, appellare, acceſſire: legere, prælegere, *proprie voce clara, & alta.* Geneſ. 1. 5. 2. Reg. 5. 7. Exod. 24. 7. *Ithpehal* אִתְקְרֵי vocari, appellari, invocari, advocari: legi. Deut. 28. 10. Dan. 5. 12. Iſa. 48. 8.

קַרְיָא, קְרָאָה, קְרָא Scriptura Sacra, *ita dicta, quaſi Lectura, quia aſſidue legenda eſt.* Eſth. 8. 15.

קְרָא Idem. Eſth. 6. 1.

קוֹרָאָה, קוֹרְאָה, קוֹרֵא Perdix. 1. Sam. 26. 20. *Rabbinis* קוֹרֵא, קוֹרְאָה, *vel* קוֹרָאָה *eſt avis quædam Ægyptiaca oblongum roſtrum habens. Hinc in* בראשית רבא Bereſcìth Rabbà *narratur, leoni prædam voranti accidiſſe, ut oſſiculum ejus gutturi hæreret. Itaque dolore commotus aliorum animalium opem petiit mercedem magnam ipſis pollicitus.* אתא הרין קורא מצראה דמקוריה אריך Venìt perdix iſta Ægyptìaca, cujus roſtrum oblongum erat, *indenſque illud leonis gutturi oſſiculum ſtatim extraxit. Cum autem pactam mercedem peteret, hanc reſponſionem ſibi dari a leone audivit. Ito, & gaudeto, te ingreſſam eſſe os leonis cum pace, & egreſſam eſſe cum pace. Id ſæpe iis ſolet uſuvenire, qui in viros ſummos beneficia conferunt, præſtitiſque officiis paria expectant, neque unquam recipiunt.*

קְרֵי Lectum, legitur. *Vox hæc in Maſora paſſim occurrit, cum agitur de varia lectione:* קְרֵי וּכְתִיב Lectum, & ſcriptum, *h. e.* vox, quæ ſic legitur, & ſic ſcribitur. קְרֵי *idem eſt, ac Hebraicum* קָרוּא; *&* כְּתִיב *idem, ac* כָּתוּב.

קַרְיָנָא Lector.

קְרִיאָה Lectio, vocatio; clamor. לְתִקְאֶרֶת הַקְּרִיאָה Ad decus lectionis, *h. e.* euphoniæ gratia: קְרִיאַת הַגֶּבֶר Cantus galli, gallicinium: לְשׁוֹן קְרִיאָה Locutio vocationis, *h. e.* nomen vocativi caſus: הַיּוֹצֵא קוֹדֵם קְרִיאַת הַגֶּבֶר דָּמוֹ בְּרֹאשׁוֹ Qui egreditur ante cantum galli, ſanguis ejus in capite ejus.

קוּרְיָא *Vide in* קרה.

קְרָא, קְרִי Cucurbita. *In Tractatu* חגיגה Chagigà *fol.* 10. טָבָא פִּלְפְּלְתָּא דַחֲרִיפְתָּא מִמְּלֵי צַנָּא דִקְרֵי Melius eſt granum piperis acris, quam plenus corbis cucurbitarum; *nimirum unus ſapiens multis imperitis longe antecellit. Item ibidem.* שניהם בדבר עבירה נתכוונו היינו דאמרי אינשי איהו בקרי ואיתתיה בבוציני Ambo in rem malam intenti ſunt, juxta id, quod vulgo dicunt homines: Ipſe cucurbitis, & uxor ejus cucumeribus, *videlicet* delectatur. *Hinc illud R. Jochananis:* כל המזנה אשתו מזנה עליו Quicumque ſcortatur, uxor ejus quoque ſcortatur juxta eum; *ſicuti dicitur* Job 31. v. 9. 10. Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum. Scortum alterius ſit uxor mea, & ſuper illam incurventur alii. *Proverbium hoc iis conjugibus convenit, qui invicem otio, deſidia, comeſſationibus, vino, turpibus rebus, ac vitiis ſimul delectantur. In Tractatu vero* פסחים Peſachìm *fol.* 113. *admonentur homines, ut neceſſaria victui ſemper ſibi parent, ne iis, cum minime crediderint, deſtituantur:* מְאָה קְרֵי בְּמָתָא בְּזוּזָא תּוּתֵי כַּנְפָּיךְ נֶיהוּ Si fuerint centum cucurbitæ in urbe venales pro uno aſſe, tamen ſub brachiis tuis ſunto. *Licet nimirum rerum ad victum neceſſariarum ſumma vilitas, & copia maxima in urbe ſit, in eam tamen ingreſſurus neceſſaria tecum importa; facile enim iis carere potes, cum copia, & vilitas facillime mutetur. Hinc multi cum damno experientia docti ſunt, commeatus propter vilitatem numquam contemnendos eſſe, ſed tum potiſſimum emendos.*

מִקְרָא Scriptura ſacra. *Hoc nomine vel tota Scriptura, vel pars, vel liber ejuſdem aliquis deſignatur, ut aliquando apud Maſorethas; vel verſiculus indicatur, ut paſſim apud Rabbinos:* כי כן דרך המקרא Nam ſic eſt mos Scripturæ: על כל חזרנו המקרא Percurrimus totam Scripturam: הרי ארבע מקראות מכחישין זה את זה Quatuor verſus ſunt, qui ſibi invicem contradicunt. *R. Salomon* 1. Reg. 5. v. 16. שלש המקראות הללו לא למדנו Tres hos verſiculos non didicimus. *Apud Talmudiſtas. In* שבת Sabbàt *vero fol.* 63. *vulgatum, ac tritum illud:* אין המקרא יוצא מידי פשוטו Scriptura Sacra numquam egreditur ex ſimplicitate ſua, *h. e. ex ſimplici, & litterali ſenſu. Nimirum quamvis ſenſum myſticum, & allegoricum quis ex ea eliciat, retinet tamen ſemper ſenſum ſuum litteralem. R. Tanchumà bar Hanilaj ſcriptum reliquit:* לעולם ישלש אדם שנותיו שליש במקרא שליש במשנה שליש בתלמוד מי ידע אינש כמה חיי Semper triplicet, *h. e.* in tres par-

partes diſtinguat homo annos ſuos; tertiam partem conſumat in Scriptura, tertiam in Miſnà, tertiam in Talmud, *ſive* Ghemarà. Quis enim homo ſcit, quanta ſit vita? *Nomine* מִשְׁנָה Miſnà *intelligitur Textus Talmudicus, nomine vero* גְּמָרָה Ghemarà *ejuſdem Textus expoſitio, ſententiarumque Rabbinicarum explicatio ſignificatur. Cæterum hominis ætas in partes tredecim a Rabbinis in* פרקי אבות PirKè avòth *cap. 5. diſtinguitur, & cuique parti proprium, ac peculiare ſtudium accommodatur. Hinc* בֶּן חָמֵשׁ שָׁנִים לַמִּקְרָא Filius quinque annorum ad Scripturam Sacram, *ſive Biblia addiſcenda deſtinatur: filius decem ad* מִשְׁנָה Miſnà: *filius tredecim ad præcepta Legis obſervanda: filius quindecim ad* תַּלְמוּד Talmùd, *ſive* גְּמָרָא Ghemarà: *filius octodecim ad nuptias contrahendas &c.*

Libri ſacri in Canonem Hebræorum relati.

Libri ſacri בִּלְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ Lingua Sancta, *videlicet Hebræa conſcripti, & unica voce ab Hebræis* מִקְרָא Michrà *nuncupati, olim juxta* אוֹתִיּוֹת הָעִבְרִים litteras Hebraicas *erant viginti duo, adjectis autem a nonnullis libro* רוּת Ruth, *&* קִינוֹת Threnorum, *numerum viginti quatuor complent. Quamobrem ut plurimum apud Hebræos ſcriptores nomine* סְפָרִים עֶשְׂרִים וְאַרְבַּע viginti quatuor librorum *tota* מִקְרָא Sacra Scriptura *per Antonomaſiam intelligitur. Dividunt autem totam Scripturam Hebræi in tres claſſes, ſcilicet in* תּוֹרָה Torà, *h. e.* Legem, נְבִיאִים Nevìim, *h. e.* Prophetas, *&* כְּתוּבִים Chetuvìm, *h. e.* Hagiographos. *Nomine* תּוֹרָה Legis *comprehenduntur quinque libri Moſis a nobis Græco nomine Pentateuchus, hoc eſt, volumen quintuplex, ab Hebræis* חוּמָשׁ Chummàs *appellati, nimirum* בְּרֵאשִׁית Geneſis, וְאֵלֶּה שְׁמוֹת Exodus, וַיִּקְרָא Leviticus, בְּמִדְבַּר Numeri, *&* אֵלֶּה הַדְּבָרִים Deuteronomium; *quos omnes libros ab ipſo Moſe compoſitos fuiſſe nemo ſanæ mentis adhuc dubitavit.* נְבִיאִים Prophetarum *autem nomine veniunt Prophetæ tum priores, ut* יְהוֹשֻׁעַ Joſue, שׁוֹפְטִים Judices, *cui libro adnectunt* Hiſtoriam רוּת Ruth, סִפְרֵי שְׁמוּאֵל אֶחָד וְשֵׁנִי Samuelis libri primus, & ſecundus, *qui in Bibliis Latinis primus, & ſecundus Regum, &* מְלָכִים Reges, *qui nobis tertius, & quartus Regum; tum poſteriores, ut* יְשַׁעְיָהוּ Iſaias, יְחֶזְקֵאל Ezechiel, יִרְמְיָהוּ Jeremias *cum* קִינוֹת Threnis *ejuſdem Prophetæ, & duodecim reliqui,* הוֹשֵׁעַ Hoſeas, יוֹאֵל Joel, עָמוֹס Amos, עֹבַדְיָה Abdias, יוֹנָה Jonas, מִיכָה Micheas, נַחוּם Nahum, חֲבַקּוּק Habachuch, צְפַנְיָה Sophonias, חַגַּי Aggæus, זְכַרְיָה Zacharias, *&* מַלְאָכִי Malachias. *Denum Hebræi libros* כְּתוּבִים Hagiographos *vocant* דָּנִיֵּאל Danielem, אִיּוֹב Jobum, מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה Salomonis Proverbia, תְּהִלִּים Pſalmos, מְגִלַּת אֶסְתֵּר Librum Eſtheræ, קֹהֶלֶת Eccleſiaſtem, שִׁיר הַשִּׁירִים Canticum Canticorum, עֶזְרָא Eſdram, נְחֶמְיָה Nehemiam, וְדִבְרֵי הַיָּמִים

& duos libros Paralipomenon, *ſive* Chronicorum. *Hi ſunt libri ab Hebræis in ſuum Canonem relati. Rejiciunt enim duos libros Machabæorum, Additamenta ad Eſtheram, & Danielem, Tobiam, Judith, Baruch, Sapientiam, & Eccleſiaſticum, librum tertium, & quartum Eſdræ, qui tamen omnes, exceptis libro tertio, & quarto Eſdræ, a Concilio Tridentino Seſſione quarta cum omnibus partibus ſuis, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in Bibliis Sacris habentur, tamquam Sacri, & Canonici ſunt declarati, ac recepti. Cæterum omnes Sacræ Scripturæ libros Hebraice primum ſcriptos eſſe communis eſt Auctorum ſententia, Danielis prophetia, & Eſdræ hiſtoria exceptis, quorum maxima pars eſt Chaldaica. Sapientia, & liber ſecundus Machabæorum Lingua Græca conſcriptus eſt; Tobias, & Judith primum Chaldaica; de Baruch ambigitur, an Lingua Hebraica compoſitus fuerit, cum nuſquam apud Judæos Hebraice legatur.*

קְרֵב, קְרִיב, קְרֵב Appropinquare, accedere, prope eſſe, propinquum eſſe. Deuter. 15. 9. 2. Sam. 18. 25. tangere, attingere: offerre. Cant. 4. 1. *Iſhpehal* אִתְקְרֵב idem. Exod. 14. 20. *Item* offerri. *Pahel* קָרֵב admovere, adducere, offerre. Levit. 7. 19. Numer. 16. 35. Amos 5. 25. aſſumere. *Aphel* אַקְרֵב, אַקְרִיב offerre. Levit. 21. 6. Ezech. 43. 22. Malach. 2. 12.

קְרִיב, קְרִיבָא Propinquus, proximus, vicinus. Levit. 18. 6. *Plur.* קְרִיבִין proximi. Jerem. 48. 13. *Fœm.* קְרִיבָה proxima. Geneſ. 19. 20. *Plur.* קְרִיבָן proximæ.

קוּרְבָנָא, קוּרְבָן & קָרְבָּנָא, קָרְבָּן, & קָרְבָן Oblatio, munus, donum, ſacrificium. Levit. 2. 1. Malach. 1. 11. *Plur.* קוּרְבָנַיָא, קוּרְבָנִין oblationes, munera.

De Oblationibus.

Oblationes omnes communi vocabulo קָרְבָּנוֹת *dictæ in duas claſſes dividebantur. Aliæ enim vocabantur* זְבָחִים, *erantque cruentæ ex animalibus; aliæ dicebantur* נְסָכִים, *vel* מְנָחוֹת, *& erant incruentæ, quæ ex farina, oleo, & thure conſtabant. Harum oblationum quatuor erant genera,* עוֹלָה Holocauſtum, חַטָּאת Sacrificium piaculare, אָשָׁם Sacrificium pro delicto, & שְׁלָמִים Sacrificia ſalutaria. *His adde alia tria Sacrificia privata,* בְּכוֹר primogenitum animantium, מַעֲשֵׂר decimas eorumdem, & פֶּסַח agnum Paſchalem. *Rurſus alia erant Sacrificia publica, alia privata, alia publica privatis ſimilia, alia privata publicorum ſpeciem habentia. Demum alia vocabantur Sacrificia* קָדְשֵׁי קָדָשִׁים Sanctiſſima, *alia vero* קָדָשִׁים קַלִּים minus Sancta.

תִּקְרוּבָא, תִּקְרוּבְתָא Oblatio, munus, donum. Geneſ. 32. 21. Pſal. 45. 13.

קְרָבָא, קְרָב Bellum, prælium, conflictus. Deuteronom. 1. 41. *Plural.* bel-

Digitized by Google

קְרָבִיָא , קְרָבִין bella . Numer. 21. 14.

קַרְבִּיט Lorum , ligula , laqueolus . *Talmudiſtis in uſu . In* סַנְהֶדְרִין Sanhedrìn *fol.* 20. מתיר קרביטיו והוא נופל מאליו Solvit lora ejus , & ipſe (*ſcilicet* lectus ,) concidit ſponte ſua . *Ita in* נדרים Nedarìm *fol.* 56. אם ערסא דגדא הוא קרביטין מי אית ליה Si lectus Fortunæ iſte eſt, quomodo ſunt ipſi laqueoli ? *Ad multa hujuſmodi loca intelligenda , ſciendum , in more poſitum fuiſſe apud veteres , ut menſam perpetuam in qualibet domo Deæ Fortunæ bonæ inſtruerent , culcitamque juxta pararent . Hæc laqueolis ligabatur , ut a terra aliquantulum ſuſpenſa eſſet , ne ab ejuſdem humore madefacta corrumperetur . Hujuſmodi culcitæ Rex David in luctu Abner ſtrenuiſſimi præfecti militum Saulis inſedit , ſed ſolutis laqueolis culcita terræ adhæſit pro more lugentium , qui in terra ſedere conſueverant .*

קְרָבַץ , קְרוּבַץ Cantiones rhythmicæ . *Hac voce appellantur ab Hebræis Germanis cantus rhythmici , quos die Sabbati , aliiſque diebus Feſtis ad lætitiam ſignificandam canere ſolent . Cur ita appellati ſint , vulgo incertum . Nonnulli volunt hujuſmodi vocem* קְרוּבַץ *eſſe ſymbolum verborum , quæ Pſal.* 118. *v.* 15. *leguntur , cum ex litteris , ex quibus illa conſtant , incipiat :* קוֹל רִנָּה וִישׁוּעָה בְּאָהֳלֵי צַדִּיקִים Vox jubilationis , & ſalutis in Tabernaculis juſtorum . *Id Eliæ in Tisbì non placet . Ait enim* , denominationem iſtam a Judæis Gallis primum derivatam fuiſſe, qui inter צ , & ח raphatum , ſive aſpiratum in pronunciatione non diſtinguunt . Galli autem , aliique Judæi hæc Carmina vocant קְרוּבוֹת , unde ת male pronunciatum Germani indoctiores in צ mutarunt : קְרוּבוֹת autem vocant , quaſi Additamenta , a Verbo קָרַב , quia שֶׁמַּקְרִבִין אוֹתָם adjungunt , & applicant ea ordinariis Precibus . *De his Carminibus mentio fit a R. Aſchèr in cap.* 5. *libri Talmudici* בְּרָכוֹת Berachòth , *& in* תוספות Toſephòt עז *cap.* 1. *fol.* 8. *Dicitur autem R. Eliezer HaKKalìr ex terra Iſraelis ortum trahens feciſſe , & ordinaſſe* קרובוץ . *Elias ait :* Sic hic Auctor ſcripſit , quia & ipſe Germanus fuit . *Fertur hic Eliezer vulgo ab omnibus appellatus* אַבְקַת רוֹכֵל pulvis aromatarii (*ex Cant.* 3. 6.) דהוא חנא קרובוץ דרשן ופייטן fuiſſe Tannà , Kerobàz , inſignis Concionator , & Poeta . *Rabbì autem David in Radice* עתר *queritur , acriterque invehitur in recentiores Poetas Hebræos nimis proterve verbis , & ſententiis Biblicis abutentes in hiſce Carminibus pangendis , novaſque , ac longe petitas ſignificationes vocibus multis tribuentes , inquiens :* כמו שעשו קצת בני עמינו הנקראים בשם פייטים בקרובות אשר חברו וכו׳ Sicut fecerunt quidam ex populo noſtro , qui nominantur Poetæ , in cantionibus קרובות , quas compoſuerunt , quod eſt peccatum magnum , & qui precatur iis , commemorat iniquitatem ipſorum , & novum committit peccatum in ſe ipſum &c.

קרד

קַרְדוֹ , קַרְדוֹן Gordæa , *vel* Cardua

dua *regio*, *in cujus montibus quievit arca Noe, diluvio ceſſante*. Geneſ. 8. 4. *Hi montes a Q. Curtio vocantur* Cordæi, *& a Ptolemæo* Gordæi. *Locus Geneſeos* 8. 4. עַל הָרֵי אֲרָרָט Super montes Ararât, *ſive* Armeniæ, *exponitur in OnKeloſo* עַל טוּרֵי קַרְדּוּ Super montes Kardù; *in Jonathane autem aliquid præterea additur*: עַל טוּרֵי דְקַרְדוֹן שׁוּם טוּרָא חַד קַרְדּוֹנְיָא וְשׁוּם טוּרָא חַד אַרְמִנְיָא Super montes Kardon: nomen montis unius Kardonia, nomen montis alterius Armenia, *ubi ædificata eſt urbs Armenia in terra Orientis*. *Hiſtorici populos in illis locis habitantes alii appellarunt* Καρδοῦχοι, *alii* Gordæos, *alii* Cordyæos, *alii* Cordionos, *alii* Gordenos. *Plura vide apud Fullerum in Miſcellan. Theolog. lib.* 1. *cap.* 4. *Junium*, *Mercerum*, *Joſeph. lib.* 1. *Antiquit. Judaicar. cap.* 4. *& alios*. אַרְעָא דְקַרְדּוּ terra Kardù. Jerem. 51. 27. Iſa. 37. 38. 2. Reg. 19. 37.

קְרָה *Hebraice*. Evenire, obvenire, obviam fieri. Geneſ. 42. 29. Eſth. 4. 9. *Ithpehal Chaldaice* אִתְקְרֵי Obviam factus eſt. Exod. 3. 18.

קְרִי, קְרָיוּת Accidens, caſus, eventus. Deut. 23. 11. *in Jonathane*. *Per Synecdochen* caſus nocturnus, fluxus ſeminis viri. בַּעַל קְרִי Seminifluus. *Plur.* בעלי קריין Seminiflui. *In Tractatu* ברכות Berachôth *fol.* 22. בעל קרי אסור תורה Qui fluxum ſeminis paſſus eſt, non debet operam dare Legi, *donec aqua purificetur*. בעל קרי שנתנו עליו תשעה קבין מים טהור Seminifluus, ſi effundant ſuper eum novem cabos aquæ, mundus eſt.

בְּקְרִי Accidentaliter.

קוּרְיָן Accidentia, caſus, eventus.

קְרִי, קִרְיָא, קַרְוָא, קַרְתָּא, & קוּרְיָא Urbs, civitas. Geneſ. 47. 21. Numer. 31. 50. *Plur.* קִרְוִין, קוּרְיִין, קִרְוַיָּא, & קִרְיָתָא urbes. Numer. 35. 2. & 35. 12. Deut. 19. 5. *in Targum Hieroſolymitano*, & קוּרְיָן, קוּרְיָתָא.

קוּרְיָא Ornamenta capitis virginum, coronæ. Num. 31. 48. *in Targum Hieroſolymitano*.

קִרְוָה *Vide in* קרן.

קָרַח Glabrare ſe, calvitium ſibi inducere. *Hebraice*. Levit. 21. 5. Mich. 1. 16. *Hinc* קֵרֵחַ, קָרְחָא Calvus. 2. Reg. 2. 23.

קְרִיחַ Idem. Levit. 13. 40. *in OnKeloſo*; *Jonathan habet* קָרוּחַ.

קָרְחָא, קוּרְחָא Calvitium. Deut. 14. 1. *in Targum Hieroſolymitano*. *Per metaphoram apud Rabbinos* קָרְחַת הַכֶּרֶם Calvitium vineæ *eſt locus vitibus carens*. *Hinc a Catone, & Plinio* Vinea calvata *appellatur*, *quæ vites raras habet*. *In Tractatu* תענית Taanìth *fol.* 3. שמש רביני קרחי Sol inter calvitia, *eſt Sol ex diverſis nubium partibus emicans*, *relictis partibus nube obductis*, *quaſi locis calvis a Sole*.

קָרְחוּת, קָרְחוּתָא Calvities, locus calvus. Levit. 13. 42. *in OnKeloſo*. *Jonathan habet* קָרוּחְתָא.

קַרְחָא Glacies, gelu. Pſal. 147. 17.

קָרוּחַ, קְרוּחַ Punctatum, maculoſum, maculis reſperſum. Gen. 30. 32. *in Targum* Hie-

Hieroſolymitano, & *Jonathane*. *Plur.* קְרוּתִין, קְרוּחִין punctati. Gen. 31. 8. *Emph.* קְרוּתַיָא, & *fœm.* קְרוּחָתָא Geneſ. 30. v. 35.

קרט קַרְטָסִין , קַרְטַסְיָא Sindones: *lintea tenuiſſima a mulieribus adhibita ad tegendum, & ornandum caput.* Iſa. 3. 23.

קַרְטָגִינָא Carthago, *nomen urbis*. קַרְטְגִנָא & קַרְטָגִנָּאָה, Carthaginenſis.

קַרְטִיל Cartallus, corbis, caniſtrum, cophinus. *Græce* κόφινος, κάρταλος.

קְרִיטִים Judex. *Græce* κριτής.

קַרְטַיסִין , קַרְטְסִין Karteſima. *Ex traditione Hebræorum Feſtum fuit inſtitutum in memoriam victoriæ de Græcis reportatæ, ipſorumque Regni Romanis ſubjecti. Feſtum iſtud quotannis maximo apparatu, & ſolemnitatibus celebratum fuit. Hinc Rabbini Judæis ſuis triduo ante illud Feſtum vetarunt quidquam commercii cum Romanis habere. De hoc Feſto mentio injicitur* in מִשְׁנָה Miſnà, & גְּמָרָא Ghemarà, *quæ victoriam de Græcis relatam ad tempora Cleopatræ Reginæ Alexandri refert. De duplici autem occupatione Regni Ghemarà præterea addit:* שתי תפיסות תפסה רומי אחת בימי קלפטרא מלכתא ואחת שתפסה בימי יונים Duas occupationes occupavit Roma; unam diebus Cleopatræ Reginæ, alteram diebus Græcorum. *Itaque ad hanc recolendam memoriam Hebræi volunt Feſtum* קַרְטַיסִין *fuiſſe inſtitutum, quod vulgo appellatur ab iiſdem* Karteſima.

קוּרְטוֹר Theſaurus, gaza: ærarium, gazophylacium: domus. Numer. 22. 18. & 24. 13. *Plur.* קוּרְטוֹרַי , קוּרְטוֹרִין theſauri, æraria. Job 38. 22.

קָרַם Superindere, ſuperinducere, obducere. Geneſ. 1. 27. Ezech. 37. 6. Prov. 26. 23. incruſtare *Rabbinis*.

קְרָמְתָא , קְרָמָא Oroamentum lecti. וּבִקְרָמָא קְרִימְתָא מִצְרָאָה & in tapetibus pictis de Ægypto, *juxta Bibliorum Regiorum translationem*. Prov. 7. 16. קְרָמָה *Rabbinis eſt* membrana.

קֶרֶן, קֶרֶן , קַרְנָא Cornu. Joſ. 6. 5. tuba, buccina: vas, vitrum ad formam cornu, vel ex materia cornea factum. 1. Sam. 16. 1. uter, lagena. Gen. 21. 15. *in Targum Hieroſolymitano. Sic quoque legendum in Targum Jonathanis, pro* קְרוָוה, *ut eſt* v. 19. *Item* ſors principalis, *vulgo* capitale. Numer. 5. 7. *in Jonathane*. *Plur.* קַרְנַיָא , קַרְנִין cornua, tubæ, utres. 1. Reg. 22. 11. Dan. 7. 8. *Fœm.* קַרְנָת cornua. Exod. 29. 12. קַרְנָתָא anguli. Pſal. 69. 13.

Rabbinis præterea קֶרֶן *eſt* cornu muſicum, tuba, buccina: cucurbitula: cornu ſcarificatorium: ſors principalis, capitale pecuniarum elocatarum: extremitas, angulus: ſplendor, radius ſplendens. *Hinc* קֶרֶן פְּשׁוּטָה cornu ſimplex, & rectum, & קֶרֶן עֲגֻלָּה cornu rotundum *erant* מִכְּלֵי שִׁיר ex inſtrumentis muſicis, *prius naturale, alterum artificiale ex pluribus partibus compactum. In Tractatu* ברכות Berachòth *fol.* 62. *admonentur filii, ut paternas artes exerceant, eademque munera obire aſſueſcant, ut*

fa-

faciliùs ab iis fructum percipiant: קרנא קריא מרומי בר מזבין תאני תאני דאביך זבין *h. e.* Cornu clamabat Romæ (*videlicet* Solebant Romæ buccina proclamare); Fili vendentis ficus vende ficus, ſicut pater tuus, *neque muta, vel contemne munus ejus.* קרן של כליבה Cornu feretri. *Erat uncus cornu ſpeciem referens in feretro mortuorum, cui mortuum alligabant, ne moveretur, vel caderet, dum ad ſepulcrum ferebatur.* קרני דאומני Cornua balneatorum, *ſive* ſcarificatorum, *nimirum* cucurbitulæ. קְרָנַיִם שֶׁל יוֹצְאֵי דְרָכִים Cornua viatorum. *Erant cornua majora jumentorum a viatoribus adhibita aqua plena, ut, ſi forte aqua in itinere iis deeſſet, ea ad ſedandam ſitim uterentur.* קֶרֶן כַּרְכּוֹם Cornu croci, *videlicet* radius, ſplendor croci, color croceus. *In Tractatu* שבת Sabbàt *fol.* 127. *ſex rerum ſors capitalis ſtabilis manere homini in vita æterna dicitur.* ששה דברים אדם אוכל פירותיהם בעולם הזה והקרן קיימת לו לעולם הבא ואלו הן הכנסת אורחין וביקור חולין ועיון תפלה והשכמת בית המדרש והמגדל בניו לתלמוד תורה והדן את חבירו לכף זכות: *h. e.* Sex res ſunt, quarum fructus homo comedit in Mundo hoc, & ſors capitalis ſtabilis manet ipſi in Mundo altero, quæ ſunt: introductio, ſive ſuſceptio hoſpitum peregrinantium; viſitatio ægrotorum; attentio in Precibus; matutina frequentatio Scholæ; educatio liberorum in ſtudio Legis Divinæ; & judicans proximum ſuum æquo animo. *Alibi ad quatuor coarctantur, quæ ſunt* גמילות חסדים Beneficentia. Prov. 21. 21. הבאת שלום שבין אדם לחבירו Conciliatio pacis inter diſcordes. Pſal. 34. 15. כיבוד אב ואם Honoratio, *ſive* cultus patris, & matris. Deuter. 5. 16. ותלמוד תורה כנגד כולם Et ſtudium Legis æquipollens omnibus. Deuter. 32. 47.

Apud Rabbinos: עֶשֶׂרֶת קְרָנוֹת הֵם Decem cornua ſunt (*in Scriptura*) *nimirum* קַרְנוֹ שֶׁל אַבְרָהָם Cornu Abrahami. Iſa. 5. 1. קַרְנוֹ שֶׁל יִצְחָק Cornu Iſaaci. Geneſ. 22. 13. קַרְנוֹ שֶׁל מֹשֶׁה Cornu Moſis. Exod. 34. 29. קַרְנָהּ שֶׁל תּוֹרָה Cornu Legis. Habac. 3. 4. קַרְנוֹ שֶׁל יוֹסֵף Cornu Joſephi. Deuter. 33. 17. קַרְנָהּ שֶׁל כְּהֻנָּה Cornu Sacerdotii. Pſal. 112. 9. קַרְנוֹ שֶׁל לֵוִי Cornu Leviticum 1. Chronicorum 25. 5. קַרְנוֹ שֶׁל נְבוּאָה Cornu Prophetiæ. 1. Sam. 2. 1. קַרְנוֹ שֶׁל בֵּית הַמִּקְדָּשׁ Cornu domus Sanctuarii. Pſal. 22. 22. קַרְנוֹ שֶׁל יִשְׂרָאֵל Cornu Iſraelis. Pſal. 148. 14. *Ex R. Samuele,* שׁוֹר שֶׁהִקְרִיב אָדָם הָרִאשׁוֹן קֶרֶן אַחַת הָיְתָה בְּמִצְחוֹ Bos, quem obtulit Adamus primus, habebat unicum cornu in fronte ſua. *Circumferuntur etiam vulgo inter Hebræos hi dicendi modi:* הזכות יש לה קרן ויש לה פירות Bona opera habent ſortem capitalem, & habent fructus: עבירה יש לה קרן ואין לה פירות Tranſgreſſioni eſt ſors capitalis, ſed nulli ſunt ipſi fructus. *Per metaphoram* קַרְנֵי מִלְחָמָה Capita belli, *vel* exercitus.

קְרִינְטוֹן *Græce* Κέρινθον. Cerinthum.

Her-

Herbæ, vel floris ſpecies, quæ vulgo dicitur The . *A Plinio lib.* 21. *cap.* 12. Cerinthes *inter apum pabula numeratur, & a Theophraſto de Hiſtoria Plantarum lib. 6. cap. 7.* κήρινθον Cerinthum *ex floribus æſtivis eſſe dicitur. Vide de eo etiam Ariſtotelem de Hiſtoria Animalium lib. 9. cap. 40.*

קוּרְנְסָא, קוּרְנֵס Malleus. קוּרְנְסָא דִבְקָא Malleus muſcæ, *vel* veſpæ, *h. e.* aculeus. *R. autem Salomonem decipi, qui vult* קוּרְנֵס *eſſe malleum majorem ad extendendum, & dilatandum ferrum,* פַּטִּישׁ *autem malleum communem, colligitur ex Tractatu* שבת *fol.* 122. *ubi etiam malleus minor eodem nomine vocatur:* נוטל אדם קורנס לפצוע את האגוזין Accipiens homo malleum ad quaſſandum nuces. *Hinc ſcriptum reperitur apud R. David* Iſa. 41. 7. Malleus parvus vocatur apud Rabbinos noſtros קוּרְנֵס.

קוּרְנְסָא, קוּרְנְסָא Malleus, fuſtis. Iſa. 41. 7. Num. 8. 4. *in Jonathane*.

קְרוּנְתָא, קְרוּנְתָא Corona. *Plur.* קְרוּנְתָן coronæ. 1. Regum 7. 2. 16. 17.

קרם קִירִיס Dominus. Pſal. 33. 1.

רְתִיתָא, רְתִיתָא Tremor: horror. Hoſ. 13. 1. Job 4. 14. 2. Sam. 1. 9.

Digitized by Google

DICTIONES EX RABBINIS.

De Rabbinorum Titulis.

ר' *Abbreviatura. Idem ac* רַבָּן Rabbàn, רַבִּי Rabbì, רִבִּי Ribbì, רַב Rab. *Cum Prophetarum tempore nullus omnino titulorum uſus eſſet, nullus pariter ætate Synagogæ Magnæ, nullus denique tempeſtate Hillelis, & Scammài virorum inter Hebræos ſapientia, & doctrina longe præſtantium, tandem poſt natum Chriſtum eorumdem inter Judæos eſſe cœpit. Id vero factum vult Majemonides in præfatione in Tractatum Talmudicum* זרעים Zeraìm, *quia tanta Majorum ſuorum Sapientum apud omnes opinio, & exiſtimatio erat, ut nullis præconiis, nullis laudibus, nedum titulis, æquari poſſe videretur. Audi Majemonidem ipſum:* וזה לגדולתם וכבוד מעלתם בשביל שאי אפשר למצוא כנוי ראוי להם לכבד את שמם כמו שאין כנוי לנביאים *h. e.* Idque propter magnitudinem, & gloriam excellentiæ ipſorum, quod impoſſibile eſſet reperire titulos dignos ipſis ad honorandum nomen ipſorum, prout nulli erant tituli Prophetis ipſis. *Idem confirmat Lexicon* עָרוּךְ Arùch *in voce* אביו, *ubi hæc leguntur.* הדורות הראשונים שהיו גדולים מאד לא היו צריכין לרברבם לא ברבן ולא ברבי ולא ברב לא לחכמי בבל ולא לחכמי ארץ ישראל שהרי הלל עלה מבבל ולא נאמרה רבנות בשמו: *h. e.* Sæcula prima, quæ erant præſtantiſſima, non opus habebant ſe ampliare (*titulis*) neque per Rabbàn, neque per Rabbì, neque per Rabh, tam Sapientes Babyloniæ, quam Sapientes terræ Iſraelis. Nam Hillel aſcendit ex Babylonia, neque fuit appellatum Rabbini titulo nomen ejus. *Hillel hic vel nativitatem Chriſti attigit, vel paucis ante ipſum annis mortuus eſt. De diſcrimine, & differentia horum titulorum hæc a Rabbinis ſtatuta ſunt:* גדול מרב רבי וגדול מרבי רבן וגדול מרבן שמו ולא מצאנו אדם שנקרא רבן חוץ מן הנשיאים *h. e.* Rabbì excellentior titulus eſt, quam Rabh; Rabbàn major, quam Rabbì, at ſimplex nomen ejus majus, quam Rabbàn; neque reperimus quemquam vocatum fuiſſe Rabbàn, præter Principes. *Sic in* צמח Tzemach *David fol. 36.* רבן הוא שם חשוב במעלה יותר מרב ורבי Rabbàn eſt nomen excellentioris dignitatis, quam Rabh, *vel* Rabbì. *Majemon autem in ſupra citata Præfatione:* החכמים שהם למטה מן למעלה הזאת יכנו אותם רבן ועוד למטה מן המעלה הזאת יכנה אותם רב רבי: *h. e.* Sapientes, qui infra hanc dignitatem erant (*qui vocabantur nomine ſuo ſimplici*) cognominati fuere Rabbàn; qui infra hanc dignitatem, vocati fuere Rabbì, & Rabh. *Licet autem Majemon* Rabbàn *nomen Sapientibus etiam tributum fuiſſe velit, ex* יוחשין Juchasìn עם כל זה לא מצאנוהו לשום חכם כי אם לנשיאים לבד

h. e. tamen non reperimus illud cum ullo Sapiente, ſed cum Principibus tantummodo. *Itaque primus circa nativitatem Chriſti inter Judæos titulus fuit* רַבָּן Rabbàn *dignitatem ſummam ſignificans, quo Hillelis filii omnium primi decorati, & coboneſtati fuerunt, propterea quia per ducentos circiter annos Hebraicæ Reipublicæ clavum tenuerunt; quod nomen deinde iis conceſſum, qui præter ſummam prudentiam, & eximiam rerum tum Divinarum, tum humanarum ſcientiam, qua cæteris longe antecellebant,* נְשִׂיאִים Principes *etiam extiterunt. Decurſu autem temporis alii tituli* רַבִּי Rabbì, & רִבִּי *in terra Iſraelis;* רַב Rabh, & מַר Mar *in Babylonia prodierunt. Hinc in Talmud ſæpe occurrit* רַבִּי זֵירָא Rabbì Sirà, & רַב זֵירָא Rabh Sirà. *Quamdiu enim in Babylonia magiſtrum iſte Sirà egit* רַב Rabh *appellatus fuit; ubi vero Hieroſolymam vocatus ſolemni manuum impoſitione Rabbini, ſeu Magiſtri poteſtate decoratus fuit, cæpit appellari* רַבִּי Rabbì, & Ribbì, *ut habetur in* הֲלִיכוֹת עוֹלָם Halicòth holàm *fol.* 5. *De ratione promovendi in Rabbinum per* סְמִיכָה manuum impoſitionem, *vel verbis conceptis vide hujus Lexici pag.* 352. & 353. *Fuit igitur* רַב, רַב, & רָבָא *nomen in Babylonia Doctoribus tributum, quod pronuntiabatur per* Rof, *vel* Rovo, *vocali Kametz ad O declinante; poſtea vulgo proferri cæpit per* Rau, *ſive* Rabbà; *in Paleſtina autem* רִבִּי Ribbì *nomen invaluit, & obtinuit ex dialecto Hieroſolymitana, quemadmodum etiam uſurpabant* בִּיר, *ſive* בַּר Bir, *pro* בַּר Bar, *h. e.* filius. *Hinc ſæpe occurrit in Talmude, & Rabbinorum libris* בריבי Biribbì *per contractionem, pro* בַּר רִבִּי Bar Ribbì, *h. e.* Filius Ribbì. *Sic dicitur* אליעזר בריבי קלירי Eliezer bir Ribbì Kallri: שמעון בריבי יצחק Simeon bir Ribbì Iſaac. *Quod* בַּר *pro* בַּר filius *crebro in Targum Hieroſolymitano tum in Legem, tum in Eſtheræ hiſtoriam invenies. Poſt ſecundi Templi everſionem manſit inter Judæos* רַב Rabh, רָבָא Rabbà, & רַבִּי Rabbì. *Hujuſmodi nomina in numero plurali abſolute non uſurpantur, ſed cum Pronominibus affixis, ut* רַבּוֹתֵינוּ Rabbini noſtri, רַבּוֹתֵיכֶם Rabbini veſtri, רַבּוֹתֵיהֶם Rabbini ipſorum &c. *Sic etiam in ſingulari numero dicitur* רַבֵּנוּ Magiſter noſter; רַבּוֹ Magiſter ejus; רַבְּכֶם Magiſter veſter &c. *Animadvertendum, Judæos vulgares pro* רַבִּי Rabbì *pronunciare* Rebbì, *quaſi* רֶבִּי, *ſed id male fit. Alios titulos magnificos, & pene dixerim ſeſquipedales, ad ſe honorandos adhibent Rabbini, quos cur invenerint, quinamque ſint, vide pag. hujus Lexici* 227. & 228.

Quod attinet ad titulum omnium præſtantiſſimum רַבָּן Rabbàn, *ſeptem tantummodo Hillelis poſteri eo decorati leguntur.* Primus *fuit Rabbàn Simeon Hillelis filius, quod auctoritate Tzemach confirmatur.* רבן שמעון בן הלל הוא הראשון הנקרא משם רבן *h. e.* Rabbàn Simeon filius Hillelis primus fuit appellatus nomine Rabbàn. *Fortaſſe eſt ille idem Simeon ab Evangeliſta Luca propter juſtitiam, & pietatem commendatus, qui infantem Jeſum ulnis excipere dignatus eſt. Certe eodem tempore vixit. Cur autem inter Patres Tra-*

Digitized by Google

Traditionum non recenſeatur, alii alias conjecturas afferunt; ego autem cenſeo, ejus inmemoriam de induſtria ab Hebræis præteritam, ne inter cætera ejus geſta etiam illud litteris mandare cogerentur, ejus brachiis Chriſtum exceptum fuiſſe. Secundus *Rabbàn fuit Gamaliel ſenex, filius Simeonis, Hillelis nepos, ſub cujus diſciplina D. Paulus Apoſtolus in Judaiſmo Legem Moſaicam didiciſſe fertur. In* יוחשין *fol.* 164. *narratur, ab OnKeloſo Proſelyto ad ejus cadaver honoris, ac pietatis ergo ſeptuaginta libras thuris combuſtas fuiſſe.* Tertius *Rabbàn Simeon II. Gamalielis ſenis filius, Hillelis pronepos, qui inter cæteros in Urbis direptione deſideratus eſt.* Quartus *Rabbàn Jochanan filius Zachai. Licet non eſſet ex familia Hillelis, poſt urbis tamen vaſtitatem, & everſionem annos circiter quinque in Jaſne principatum geſſit, cum nondum ad Reipublicæ clavum regendum Gamaliel II. qui ſequitur, idoneus eſſet.* Quintus *Rabbàn Gamaliel II. Simeonis ſecundi filius, Hillelis abnepos, qui in eadem urbe Jaſne Jochanani in rerum adminiſtratione ſuffectus eſt.* Sextus *Rabbàn Simeon II'. Gamalielis ſecundi filius, qui Simeon pater fuit Rabbì Jehudæ appellati* רַבִּי יְהוּדָה הַנָּשִׂיא Rabbì Jehudà Princeps, *& propter morum ſanctitatem* רַבֵּנוּ הַקָּדוֹשׁ Rabbì noſter Sanctus, *aut per Antonomaſiam, ſive κατ' ἐξοχὴν* per excellentiam רַבִּי Rabbì. Septimus *tandem Rabbàn Gamaliel filius Rabbì Jehudà, poſt quem titulus* רַבָּן Rabbàn *in deſuetudinem abiit, qui per ducentos fere annos in uſu fuerat. Hæc omnia colliguntur ex Juchasìn, Tzemach David, Scalſcelet, Rambam, aliiſque libris Hiſtoricis.*

Ex ſingulari רַבָּן *deducitur pluralis numerus* רַבָּנִים, רַבָּנִין, & רַבָּנָן. *Hæc autem ultima forma* רַבָּנָן *in Talmude ſæpiſſime occurrit, ut* תָּנוּ רַבָּנָן docent Rabbini. *Animadvertendum, hunc pluralem numerum non eſſe ejuſdem dignitatis cum ſingulari, cum Sapientibus omnibus promiſcue, & ſine diſcrimine tribuatur. A* רַב, & רַבִּי *formatur pluralis numerus* רַבּוֹת, *cui ſemper Pronomina affiguntur, ut* רַבּוֹתֵינוּ Rabbini noſtri; הַמְבַעֵט בְּרַבּוֹתָיו Qui calcitrat contra Magiſtros ſuos; *quæ Affixa requirit etiam* רַב, *ut* רַבֵּנוּ Magiſter noſter, רַבְּכֶם Magiſter veſter &c.

ר״א *Abbreviatura. Idem ac* רַבִּי אֱלִיעֶזֶר Rabbì Eliezer, *vel* ר׳ אַבְרָהָם Rabbì Abraham. *Occurrit in Talmude. Utro autem modo legendum ſit, ex contextu clare apparebit.*

ראב״ד *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ אַבְרָהָם בַּר דָּוִד Rabbi Abraham filius Dìòr. *Hic Rabbinus librum hiſtoricum compoſuit, qui appellatur* סֵפֶר קַבָּלַת הָרַאְבַ״ד Liber Kabbalæ R. Abrahami filii Dòr. *Eodem tempore vixit, ac R. Abraham Abèn Ezrà, annoque Chriſti* 1199. *mortuus eſt, ut ex libro* יוחשין Juchasìn *fol.* 132. *colligitur. Fuit etiam alius Rabbinus* ראב״ד R. braham filius David *vocatus, qui annis viginti poſt priorem quædam Commentaria in Talmud e-*

 di-

didit, & הַשָּׂגוֹת Animadverſiones *in Rambam evulgavit. Huic, & aliis multis abbreviatis nominibus articulum* ה *præmiſſum invenies.*

ראביה *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ אֱלִיעֶזֶר בַּר יוֹסֵי הַגְּלִילִי Rabbì Elieʒer filius Rabbì Joſe Galilæi. *Citatur etiam crebro in Commentariis Talmudicis per hanc eamdem Abbreviaturam* ראביה Rabbì Aſcèr.

ראבע *Abbreviatura. Idem ac* רַבִּי אַבֶּן עֶזְרָא Rabbì Abèn Eʒrà. *Cum articulo præpoſito* הרבע. *Kimchius propter eximiam doctrinam eum vocat* מוֹרֵה צֶדֶק Doctorem Juſtitiæ. Pſal. 19. 1. *Hæc eadem Abbreviatura* ראבע *interdum apud Talmudiſtas exponenda eſt per* ר׳ אֱלִיעֶזֶר בֶּן עֲקִיבָא R. Elieʒer filius Achibæ.

הראם ראם *Abbreviatura. Idem ac* הַגָּאוֹן ר׳ אֵלִיָּהוּ מִזְרָחִי Illuſtris R. Elias Miſrachì, *videlicet* Orientalis.

רָאָה Videre, aſpicere, prævidere: animadvertere, percipere: experiri. כְּפִי הַנִּרְאֶה Sicuti videtur, ut apparet. *Apud R. Abèn Eʒrà crebro hæc Abbreviatura occurrit,* יֵרָאֶה היוד Videbitur Jod, *h. e.* pronuntiabitur, proferetur Jod. *Ejus oppoſitum eſt* יֵעָלֵם היוד Occultabitur Jod, *h. e.* occultum erit in pronuntiatione Jod, non pronuntiabitur. *Idem Abèn Eʒrà de littera Jod poſita in fine dictionis ſcribit in libro* צחות Tzacùth *hæc:* ואם היה פיתוח הנו לשון רבים ויראה היוד יָדַי רַגְלַי ואם אחריו ואו יעלם היוד *h. e.* Quod ſi fuerit Pathachatum, *h. e. cum Pathach*, eſt numeri pluralis, & videbitur, *h. e. pronuntiabitur*, Jod, ut in יָדַי רַגְלַי: quod ſi poſt ſe habuerit litteram Vau, occultabitur Jod, *h. e. quieſcet, non pronuntiabitur. Idem Abèn Eʒrà* נָח נִרְאֶה *appellat* Scheva quieſcens, *quod ſubintelligitur ſub conſona mobili. Hinc in eodem libro* צחות Tzacùth: *In* שָׁמַר *littera Mem eſt cum Pathach,* בעבור שאחריו נח נראה שאוא השוא *propterea quod poſt ſe habet* נָח נִרְאֶה *Scheva quieſcens ſub conſona mobili: ſic* הא נָח נֶעְלָם He quieſcens: ואו נִרְאֶה Vau mobile. *Eſt autem* צחות Tzacùth, *vel* ספר צחות Sepher Tzachùt, *liber Elegantiarum. Res Grammaticas tractat, fuitque compoſitus a R. Abrahamo filio R. Meir Hiſpano, qui fuit appellatus vulgo Abèn Eʒrà. Cum tribus aliis opuſculis Grammaticis Venetiis editus eſt in 8. anno* 306. *videlicet Chriſti Domini* 1546. *apud Danielem Bombergum.*

רָאוּי Dignum, conveniens, decens.

רְאִיָּה Viſio, viſus. אֵין זוֹ רְאִיָּה Non eſt ea vera viſio. *Item* apparitio, comparitio. *Deus juſſerat*, Exod. 23: 17. *mares ter quotannis coram ſe apparere in Templo Hieroſolymitano cum dono, & oblatione aliqua. Hæc igitur apparitio vocabatur ſimpliciter* רְאִיָּה, *vel* עוֹלַת רְאִיָּה Oblatio, Sacrificium oblationis, Oblatio præſentiæ. *In Talmud de re hac reperitur liber peculiaris inſcriptus* חֲגִיגָה Chagigà, *qui incipit,* הכל חייבין בראייה Omnes tenentur ad apparitionem; omnes tenentur præcepto illi obtemperare, *quod habetur Exod.* 23. Tribus vicibus quo-

tan-

tannis יֵרָאֶה כָּל־זְכוּרְךָ apparebit omnis maſculus tuus coram facie Domini. *Ab hac apparitione nonnulli a Talmudiſtis excipiuntur. Cum autem a Deo non ſit definitum, quid quiſque offerre debuerit, Rabbini ſanxerunt, a nemine minus offerendum* שְׁתֵּי כֶּסֶף duobus nummis argenteis, *ponderis triginta duorum granorum hordei. Nemini autem licebat vacuum apparere.* Exod. 23. 15. וְלֹא יֵרָאוּ פָנַי רֵיקָם Et non apparebis in conſpectu meo vacuus, *juxta Vulgatam.* רְאִיַּת פָּנִים Viſio vultus, præſentia. רַאֲיָה ratio, probatio, demonſtratio. חַכְמֵי הָרְאָיוֹת ſapientes probationum, *h. e.* Phyſici, *probationes ſuas ex rerum naturalium cauſſis afferentes.* רְאוּת viſio, viſus. כְּלֵי רְאוּת organa viſus. *Item* ſenſus viſus. רֵיאָה pulmo. מַרְאֵה מָקוֹם index loci, index libri, concordantia. *Dicitur etiam* מוֹרֵא מָקוֹם index. רוֹאָ, רֵוִי, aſpectus, vultus. רֵוּו, רִיוּוּת Idem. רֵאָיוֹן Apparitio, comparitio. *In Talmude legitur:* אלו דברים שאין להם שיעור הפיאה והבכורים והריאיון וגמילות חסדים ותלמוד תורה *h. e.* Iſtæ ſunt res, quibus non eſt menſura (*in Lege data*) nempe angulus agri, primitiæ, comparitio in Feſtis, beneficentia, & ſtudium Legis.

רָבַב Multum, multiplex eſſe. רוֹב multitudo, magna pars. רוּבָּם plerique ipſorum. רִיבּוּי multitudo: numerus pluralis, ſignum numeri pluralis. רַבִּים multi: numerus pluralis, *& ſic fœminine* רַבּוֹת לְשׁוֹן. רַבִּים vox, locutio pluralis. בְּרַבִּים in numero plurali. לְרַבִּים ad numerum pluralem. *Item* publice, palam. רִבּוֹן dominus, herus. רִבּוֹנְתָא domina, hera. רַב Doctor, Magiſter. רַבֵּנוּ Præceptor noſter. רַבּוֹ Præceptor ejus. רַבְּכֶם Præceptor veſter. *Plur.* רַבּוֹת magiſtri, præceptores: *ſemper tamen cum Affixis conjungitur, ut* רַבּוֹתֵינוּ Rabbini, Doctores noſtri. רַבָּן idem. *Plur.* רַבָּנָן Rabbini. רַבָּנוּת Rabbinatus, Magiſterium; Magiſtratus: Magiſtralis dignitas.

רָבָה Multiplicari, augeri, creſcere, germinare, provenire. רִבָּה multiplicare, magni facere, educare. תַּרְבּוּת indoles, mores: educatio, progenies, ſoboles.

רבי״ם *Kabbaliſtæ vocem hanc exponunt in* Pſal. 3. v. 2. רַבִּים קָמִים עָלָי Multi inſurgunt contra me: רבי״ם *h. e.* רוֹמִיִּים Romani, בַּבְלִיִּים Babylonii, יְוָנִים Græci, מָדִים Perſæ.

De Uſura.

רִבִּית, תַּרְבִּית Fœnus, uſura. *Hinc* אֲבַק רִבִּית Pulvis fœnoris. *Eſt uſura, non tamen proprie, ſed improprie, ſicque appellatur, quod ſit uſura ſubtilis inſtar pulveris, ut vix uſura eſſe cognoſcatur. De* אֲבַק רִבִּית pulvere fœnoris *ſæpe in Talmude mentio fit, variæque ejuſdem ſpecies paſſim legentibus occurrunt. Solet autem locum habere hujuſmodi uſura, quoties quis rem emptam majori pretio aliis vendit, quam ipſe emit. Accidit etiam cum*

quis

quis agrum venditurus, hanc conditionem adjicit, ſi hodie emeris, illum tibi vendam centum Ducatis, ſin autem pecuniam poſt menſem ſolveris, Ducatos centum, & viginti pro eodem agro mihi ſolvere teneberis. Additio enim viginti Ducatorum videtur eſſe uſura centum Ducatorum poſt menſem ſolutorum, quos citius accepiſſet venditor, ſi citius agrum emptor emiſſet. Vocatur etiam רִבִּית מוּקְדֶּמֶת Uſura anticipata, *ſi quis ab aliquo mutuam pecuniam accipiat, & ad eum dona mittat, antequam ſibi pecunia numeretur: quod ſi poſt reſtitutam pecuniam ei aliquid donet, tunc dicitur* אֲבַק רִבִּית pulvis fœnoris. *Hinc Majemon in* הלכות מלוה ולוה *cap. 5. & 6. ſcriptum reliquit:* כל אֲבַק רִבִּית עִם הַכּוּתִים מוּתָּר לַכֹּל *h. e.* Omnis pulvis fœnoris cum Gentilibus (*h. e. Chriſtianis*) licitus eſt cuivis. רִבִּית קְצוּצָה *eſt* uſura ex pacto determinata, *de qua contrahentes inter ſe convenerunt. Hinc Majemon in Statutis de* מלוה ולוה *inquit:* כל שהתנה בשעת הלואה הוא רבית קצוצה *h. e.* Quicumque paciſcitur tempore mutuationis, illud dicitur *Ribbìt Ketzutzà. Exemplum hujus uſuræ poteſt eſſe hujuſmodi ex Majemonide. Hebræus pecuniam mutuam accipit a Chriſtiano. Dum eum ipſi redditurus eſt, quidam occurrit, aitque: dato eam mihi, tibique tantum dabo, quantum quilibet alius,* הרי זה רבית קצוצה ea eſt uſura ex pacto, & conventione. *Contra, Chriſtianus mutuo accepit pecuniam a Judæo cum uſura. Redditurus Chriſtianus interpellatur ab alio Judæo dicente: Dato eam mihi, tibique tantum dabo, quantum tu dediſti Judæo. Si Chriſtianus iſte Judæum creditori ſuo Judæo exhibuerit, ipſoque probante, ei pecuniam tradiderit,* הרי זה רבית קצוצה ea eſt uſura ex pacto, & conventione.

רבע רְבִיעָה Pluvia. מְרוּבָּע quadrangulum, quadratum.

רָבַץ Cubare. רִבֵּץ docere. הִרְבִּיץ cubare fecit.

רג *Abbreviatura. Idem ac* רַבֵּנוּ גֵּרְשׁוֹם Rabbènu Gerſom. 2. רַבָּן גַּמְלִיאֵל Rabbàn Gamaliel. *Eſt unus ex poſteris Hillelis, & ſæpe de eo in Talmude mentio fit.* 3. רֵישׁ גְּמָרָא Principium Ghemarà. *Quid ſit* גְּמָרָא Ghemarà *vide in Diſputatione huic Lexico præpoſita. Cum ſervilibus* וברג Et in principio Ghemarà.

רָגַז Iraſci, commoveri. רַגְזָן iracundus. רַגְזָנִית iracunda. רוֹגֶז ira, indignatio.

רגל הִרְגִּיל Aſſuefacere, exercere, conſueſcere. *Apud Talmudicos* excoriare beſtiam a pellibus, *ut cutis integra maneat.* נִרְגַּל aſſuefieri. הוּרְגַּל aſſuefieri. מוּרְגָּל aſſuetus, exercitatus, aſſuefactus. בַּאֲשֶׁר יוּרְגַּל הַנַּעַר Quando aſſuefit puer. *In Tractatu* נִדָּה Niddà *fol.* 16. Tria odi, imo quatuor non diligo, primum שר הנרגל בבית המשתאות *h. e.* Principem (*Doctorem*) aſſuetum in domo epularum, *videlicet* œnopoliis &c. רָגִיל aſſuetus, aſſuefactus, expeditus, promptus, exercitatus. רְגִילוּת aſ-

Digitized by Google

aſſuefactio, uſus, conſuetudo, converſatio. הֶרְגֵּל uſus, exercitatio. רֶגֶל Pes. רַגְלִין crura. רַגְלַיִם pedes. *Proverbium* הַשֶּׁקֶר אֵין לוֹ רַגְלַיִם Mendacium non habet pedes, *nimirum inconſtans eſt, facileque evaneſcit*. רגלוהי דבר אנש אינון ערבין ביה לאתר דמתבעי תמן טובילין יתיה: *h. e.* Pedes hominis dulces (*h. e. commodi*) ſunt ipſi: in locum, in quem cupit, ferunt eum.

רגש, הִרְגִּישׁ Sentire, ſenſu percipere: cognoſcere. הֶרְגֵּשׁ, הַרְגָּשָׁה ſenſus. נֶפֶשׁ הַמַּרְגֶּשֶׁת anima ſenſitiva. אַרְגָּשִׁי ſenſibile, ſenſitivum. מוּרְגָּשׁ quod ſub ſenſum cadit. צוּרָה מוּרְגֶּשֶׁת forma ſenſibilis.

רִבּוֹנִי דְּעָלְמָא Domine Mundi. *Eſt Dei periphraſis, pro qua ſolent Rabbini adhibere* רִבּוֹן שֶׁל עוֹלָמִים *vel* רִבּוֹנוֹ שֶׁל עוֹלָם.

2. רֵאשִׁית דָּבָר Principium rei; primo; primum. *Ejus uſus frequens eſt in epiſtolarum initiis*.

רָדַף Perſequi, inſequi, conſequi, inſectari. רְדִיפָה *apud Logicos* conſecutio, conſequens. רְדִיפַת הַשֵּׁמוֹת ſynonymia. שֵׁם הַנִּרְדָּף nomen ſynonymum. הַרְדָּפָה cognominatio.

רד״ק *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ דָוִד קִמְחִי R. David Kimchì. *Cum articulo* הרד״ק. *De R. David Kimchì vide Diſputationem huic Lexico præmiſſam.*

רָהַט Currere; accurrere. לְפוּם רִיהֲטָא curſus, feſtinationis cauſa: *Adverbialiter* breviter, curſim, obiter, brevitatis cauſa. *Feſtinatio enim rem breviorem efficit.*

רָוָה Irrigari, inebriari. רְוִי Irrigatio, inebriatio.

רוּחַ Spiritus: ventus; animus, mens: Mundi plaga. רוּחָנִי, רוּחָנִי ſpiritualis. רוּחָנִית ſpiritualiter. רוּחוֹת partes, plagæ. מִכָּל־רוּחוֹתָיו ab omnibus plagis ſuis.

רֶוַח Spatium, intervallum, interſtitium, diſtantia: ſuburbium. מְרֻוָּח, נִרְוָח latum, ſpatioſum. זָוִיָה נִרְוַחַת angulus latus, obtuſus. הִרְוִיחַ recreare: dilatare: lucrari. רֵיוַח lucrum. הַרְוָחָה latitudo: dilatatio. *Ejus oppoſitum* צוּקָה anguſtia.

רום, רוֹמִי Romanus. רוֹמָא, רוֹמִי Roma. *Plur.* רוֹמָאֵי, רוֹמִיִּים Romani.

רַוָּק Cœlebs, juvenis. *Plur.* רַוָּקִין cœlibes. *In Tractatu* קדוש Kiddùs *fol.* 82. לא יישנו שני רווקים בטלית אחת Non cubabunt duo cœlibes ſub pallio uno, *ne pravis cupiditatibus moveantur.*

רוק Spuere, inſpuere, excreare. *In Talmude ad illud* Eccleſ. 12. 14. Omne opus Deus adducet in judicium על כל הנעלם ſuper omne occultum &c. Rabbì Jehudà dixit; זה ההורג כנה בפני חבירו ונמאס *h. e.* Hic eſt, qui occidit pediculum in conſpectu ſocii ſui, ut nauſea ipſi moveatur: Samuel dixit: זה שרק בפני חבירו ונמאס *h. e.* Hic eſt, qui exſpuit coram ſocio ſuo, & faſtidium ipſi movet. *Hoc enim fœdum, turpe, & contumelioſum apud Judæos habebatur.* *In Tractatu* חגיגה Chagigà *fol.* 5. *Hinc in* עירובין Eruvìn *fol.* 99. כיח בפני רבו חייב מיתה *h. e.* Qui excreat coram Magiſtro ſuo, reus eſt mortis. *Cum enim*

in

Digitized by Google

in alterius conſpectu excreare olim injurioſum eſſet, ac propterea prohibitum, longe ignominioſiſſimum erat id facere coram Magiſtro, & Præceptore ſuo. Injuriam hanc maximam Chriſto illatam a Judæis in ejuſdem ſanctiſſimam faciem temere exſpuentibus notare voluit Evangeliſta Matthæus cap. 27. 30. Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Et exſpuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus. *Ex quo etiam clare licet colligere, gentem perfidam capitali in Chriſtum odio compulſam omni injuriarum, & contumeliarum genere eum cumulare voluiſſe.*

רוק, רוּקָא Sputum. *Rabbinis ſæpe in uſu eſt* רוק תָּפֵל ſputum inſipidum, *nimirum jejunum. Quid ſit* ſputum inſipidum, *docet Majemon in parte* 2. *in* הלכות אסורי ביאה *cap.* 9. §. 38. *Inquit enim:* איזהו רוק תפל Quodnam eſt ſputum inſipidum? Si quis nihil guſtaverit ab initio noctis, & dormiverit, a media nocte poſteriore uſque in craſtinum, antequam comedat, vocatur רוק תָּפֵל ſputum inſipidum. *Hinc in* שבת Sabbàt *cap.* 14. רוק תפל אפילו על גב העין אסור Sputum jejunum vetitum eſt ponere ſuper oculum in Sabbato. *Ex hoc plane intelligitur, cur Phariſæi dicerent, Chriſtum Sabbatum violaſſe, cum eo die oculos cæci ſputo inunxiſſet,* Joan 9. 16. *Id enim recta ipſorum Traditioni repugnabat.*

ר״ח *Abbreviatura. Idem ac* רֵאשִׁית חָכְמָה Principium Sapientiæ. *Eſt nomen libri celebris. Hinc legitur:* כָּתַב בַּעַל ר״ח Scribit auctor libri Reſcìt chochmà. *Aliquando occurrit* ר״חהק, *tuncque* הק *ſignificat* הַקָּצָר breve, parvum, *quibus verbis deſignatur compendium ex priori libro extractum.* 2. רַב חַסְדָּא Rabbinus Chaſdà, *inſignis inter Doctores Babylonicos, cujus laudes ſæpe in Talmude prædicantur.* 3. רֹאשׁ חֹדֶשׁ Caput menſis. *Cum ſervilibus* לר״ח, הר״ח, *ubi* ךָ *Genitivum indicat,* בר״ח. *Significat etiam* ר״ח *nomina quorumdam Rabbinorum, præcipue in Talmude, ut* ר׳ חננאל Rabbì Chananael, ר׳ חנינא R. Chaninà &c. *Quodnam autem nomen legendum ſit, facile patebit, cum primo totum, & integrum ſcribi ſoleat, poſtea vero abbreviari.*

Cur autem ראש חֹדֶשׁ Caput menſis *ita appelletur, ea ratio eſt, quia Luna quolibet menſe fieri quodammodo nova videtur, quod per dictionem* חֹדֶשׁ, *quæ* innovationem *ſignificat, aperte indicatur. Cum autem ſoleant ab antiquis temporibus menſium initia Hebræi ſolemniter celebrare, non erit ab re de iis nonnulla addere.*

De Feſto Noviluniorum.

Feſtum Noviluniorum apud Græcos dictum Neomeniarum, apud Latinos Calendarum, die primo cujuslibet menſis ab Hebræis celebratur. Moyſis temporibus in omnium menſium initiis offerebatur Sacrificium, ſcilicet duo juvenci ſubrumi, aries unus, agni ſeptem anniculi, hircus

Digitized by Google

eus unus pro peccatis in holocauſtum ſempiternum cum libaminibus ſuis. Aperiebatur etiam in iis, ut in Sabbatis, porta Nicanoris. Poſt Moyſem, Judæi veteres, Sacrificio omiſſo, toto Noviluniorum die conviviis, compotationibus, ventrique explendo vacabant. Nunc temporis quoque in omne gaudii genus Judæi effunduntur epulando, prandendo, jocando. Ad veſperam autem novam exorientem Lunam geſtientes excipiunt, Deoque Planetarum parenti benedicentes eum enixe orant, ut proſpera quæque largiatur, & omnia mala, & calamitates averruncet. Cum vero hodie propter Noviluniorum ambiguitatem duo dies ſolennes agantur, Judæis permittitur poſt prandium mercaturam exercere, aliiſque rebus operam dare, exceptis fœminis, quibus datum otiari ob earum memoriam, quæ Novilunio inaures conflando vitulo aureo tradere recuſarunt. Cæterum quamvis verbis expreſſis, & apertis mandatum de hujuſmodi Feſti celebratione in מִקְרָא Sacra Scriptura *non habeatur, multi tamen loci ſunt, v. g.* Numer. 28. 11. Ezech. 46. 1. l. 2. Chron. 2. 4. *ex quibus admodum veroſimiliter conjici poteſt, Deum hanc ſolemnitatem præcepiſſe. De cauſſa autem inſtitutionis hujus Feſti Auctores inter ſe non conſentiunt. Aliis enim placet, iſtiuſmodi Feſtum a Deo inſtitutum fuiſſe, ut tamquam typus, & figura renovationem hominis per afflatum, & illuminationem Spiritus Sancti adumbraret; aliis, ut Judæi ſingulis menſibus recordarentur, lucem rerum omnium initio ſumma Dei benignitate creatam fuiſſe ad hominum ſolamen, ac beneficium; aliis tandem, ut Iſraelitæ ſuperſtitionem Gentium ad Idololatriam maxime proclivium averſati non Planetis, cæteriſque Cæleſtibus ſignis juxta earum conſuetudinem menſes ſuos dicandos, ſed ſoli Deo bonorum omnium largitori beneficentiſſimo conſecrandos eſſe perdiſcerent. Ea porro de cauſſa hodie per biduum Novilunia celebrari quidam exiſtimant, quia id temporis omnino incertum, ac dubium eſt, in quem diem menſis* נִיסָן Martii *Novilunium incidat. Cætera Novilunia etiam antiquitus biduo fuiſſe celebrata ex ipſiſmet Sacræ Scripturæ verbis apertiſſime colligitur.* 1. Sam. 20. v. 24. & 27. וַיְהִי הַחֹדֶשׁ וַיֵּשֶׁב הַמֶּלֶךְ עַל הַלֶּחֶם לֶאֱכוֹל׃ וַיְהִי מִמָּחֳרַת הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי וַיֹּאמֶר שָׁאוּל אֶל־יְהוֹנָתָן בְּנוֹ מַדּוּעַ לֹא בָא בֶן־יִשַׁי גַּם תְּמוֹל גַּם הַיּוֹם אֶל־הַלָּחֶם׃ *h. e.* Et fuit Novilunium, & ſedit Rex ad convivium, ut veſcerentur. Poſtridie autem Novilunii dixit Saul Jonathani filio ſuo; quare non venit filius Iſai tum heri, tum hodie ad convivium? *Juxta autem opinionem aliorum id accidit propter* ספק המאורים *ſc.* dubium de luminaribus. *Porro rejectis ſententiis abſonis, & a veritate longe abhorrentibus,* dubium de luminaribus *indicat, anceps, & ambiguum eſſe, utra de inchoando Novilunio Divinæ Legis mens fuerit, Lunæ apparitio, an vero Solis cum Luna conjunctio. Novam enim Lunam bifariam poſſumus appellare, vel clare, & diſtincte nobis apparentem, vel ſtatim a Solis congreſſu recedentem, quamvis propter circumfuſos Solares radios adhuc obſcuram. Cum itaque ex Legis mandato non conſtet, ex utro die Novilu-*

lunii initium ducendum ſit, Judæi, ne alterutrum tantum diem feſtum celebrantes Legem a Deo latam tranſgredi videantur, utrumque diem ſolemnem agunt. Ex hoc vero Novilunio per biduum celebrato fit, ut dies decimus quintus menſis Martii, quo Paſcha comedendum, geminetur, duoque dies ſacri apud Judæos peragantur, cum a Deo unus tantummodo ab initio ſit definitus. Cæterum Legi Divinæ accommodatior videtur ſententia Novilunii a congreſſu Solis cum Luna incipiendi, quam a Lunæ apparitione, cum magis naturæ conſentanea ſit, & multo tutior, nullis umquam impedientibus nubibus, ad rectam totius anni menſuram, & rationem conſtituendam. Jam vero non idem olim apud Judæos modus fuit apparitionem Lunæ cognoſcendi. Primum enim, legatis a Synedrio miſſis, ut in locis excelſis naſcentis Lunæ radios expectarent, per excurſores de ejus apparitione omnes terræ Sanctæ regiones admonebantur. Poſtea vero extra Hieroſolymam in verticem altiſſimorum montium quidam aſcendentes, unde Lunæ ſplendorem videre poſſent, perticis ex cedro, ſtupa linea, & lignis oleoſis paſſim accenſis, exorientem aliis deinceps indicabant. Cum vero quidam ex Gentibus talem Judæorum ritum deridentes eos aliquoties facibus domibus ſuperpoſitis decepiſſent, hujuſmodi apparitionem per nuncios iterum ſignificarunt. Quod ſi montium nomina, quorum cacumina petebant primum Lunæ ſplendorem excepturi, ſcire deſideras, præcipui, & excelſiores ſunt ſequentes, ſcilicet mons Olivarum, Sartaba, Gerophina, Choveran, & Baltin.

Cæterum ex מִקְרָא Sacris litteris *paſſim colligitur, menſes non fuiſſe vocatos certis nominibus, ſed a numero, & ordine, quem obtinebant, primum, ſecundum, tertium, & ſic deinceps uſque ad duodecimum. Temporis autem progreſſu, antequam Hebræi Babylonem captivi abducerentur, lingua Hebraica quatuor tantummodo menſes vocarunt, ſcilicet* Septembrem איתנים *Etanìm*, Octobrem בול *Bul*, Martium אביב *Abib*, & Aprilem זו *Sif. Poſt captivitatem vero linguæ Hebraicæ prorſus obliti, & linguam Chaldaicam docti menſibus omnibus Chaldaica nomina indiderunt. Sic* ניכן *Nisàn dictus menſis reſpondens noſtro* Martio, אייר *Iiàr* Aprili, סיון *Sivàn* Majo, תמוז *Tamùz* Junio, אב *Ab* Julio, אלול *Elùl* Auguſto, תשרי *Tisrì* Septembri, מרחשון *Marcheſuàn* Octobri, ככלו *Kislevù* Novembri, טבת *Tebèt* Decembri, שבט *Scebàt* Januario, אדר *Adàr* Februario, & *in anno intercalari* ואדר *Vaadàr, quaſi Adàr iteratus. Exemplum prioris appellationis habemus in Capite Exodi quadrageſimo, Numerorum undecimo, & primi libri Paralipomenon Capite vigeſimo ſeptimo; poſterioris autem in Capite tertio, & decimo ſexto Eſtheræ, primo Baruch, Zachariæ ſeptimo, libri primi Machabæorum Capite ſexto, & libri tertii Regum Capite ſexto, & octavo. Animadvertendum, hos menſes apud Hebræos Lunares non ſemper Romanorum menſibus reſpondiſſe, ſed frequenter ſingulos in binos incidiſſe. Qui plura de menſuris temporum apud Judæos deſiderat, legat quintam ex noſtris Diſſertationibus Patavii typis*

Se-

Digitized by Google

Seminarii editis anno 1729. &, Deo dante, multo auctioribus brevi edendis.

Id præterea de menſibus Hebræorum animadvertendum, alios ex iis triginta dies alternatim habuiſſe, alios viginti novem. Quamobrem illi מְלֵאִים pleni (*quales omnes fuiſſe ſub Patriarchis primis colligitur ex collatione* Geneſ. 7. 11. & 8. 4.) *hi* חֲסֵרִים cavi *dicebantur. Id autem olim, Templo ſtante, pendere ſolebat ut plurimum a Lunæ phaſi, nunc vero tantummodo a calculo Aſtronomico, adeo ut interdum octo menſes* מְלֵאִים pleni, *interdum vero octo* חֲסֵרִים cavi *in anno reperiantur. Ex Talmude autem habetur, menſem* אֱלוּל Elùl, *videlicet* Auguſti, *plerumque fuiſſe* חָסֵר cavum, *nec a diebus Eſdræ unquam* מָלֵא plenum. *Itaque Judæi ab urbe Hieroſolyma remoti, poſt diem vigeſimum nonum* אֱלוּל Elùl *anni novi initium celebrabant, niſi* סנהדרים Synedrium *eos per nuncios admonuiſſet,* אֱלוּל Elùl *eſſe plenum, h. e. ex diebus triginta eo anno conſtare. Hodie menſium* מְלֵאִים plenorum, & חֲסֵרִים cavorum *diviſio ceſſavit, neque amplius phaſis Lunæ ratio habetur, ſed juxta Cyclum Hillelianum novemdecim annorum annos ſuos, menſeſque diſpoſuerunt inde ab anno 670. Æræ Contractuum, ita ut non amplius a cauſis incertis, ut olim, pendeat anni intercalatio, & quantitas, ac numerus, ſed a cauſſis certiſſimis. De Cyclo Paſchali Hilleliano dicto, facem præbente omnibus, qui de Cyclis Paſchalibus poſtea ſcripſerunt, & in Eccleſiam Catholicam Romanam introducto, vide Bibliotb. Rabbin. Bartoloccii part. 2. pag. 545. & ſeq.*

רתו״ל *Abbreviatura. Idem ac* רַק הַיִּים וְשָׁלוֹם יוֹסִיפוּ לָךְ Tantummodo vita, & Salus addantur tibi. *Uſurpatur in fine Epiſtolarum, pro* Vive, & Vale.

רָחֵם Miſereri. רַחֲמָן miſericors; *nomen Divinum apud Rabbinos.* רַחֲמָנָא Deus. רַחֲמָנִית miſericors. *fœmina. Plur.* רַחֲמָנִיוֹת miſericordes. רַחֲמָנוּת miſericordia, benignitas.

רָחַק Dimenſio, diſtantia. *Hinc corpus eſt* שֶׁיֵּשׁ לוֹ, cui ſunt שְׁלֹשָׁה רְחָקִים tres dimenſiones, *videlicet longitudo, latitudo, & profunditas.*

ר״י *Abbreviatura. Idem ac* רֹאשׁ יְשִׁיבָה Caput, Princeps Synagogæ, Archiſynagogus, Rector univerſitatis: Caput Academiæ: נַעֲשָׂה לר״י Factus eſt Caput Academiæ. *Plur.* רָאשֵׁי יְשִׁיבוֹת Capita Academiarum. 2. ר״י *inſervit nonnullis nominibus propriis formandis, ut* ר׳ יִשְׁמָעֵאל Rabbi Iſmael, ר׳ יַעֲקוֹב Rabbi Jacob, ר׳ יְהוּדָה R. Jehudà, *quæ nomina ex præcedentibus colliges, cum prius integra ponantur, deinde brevitatis ergo per Abbreviaturam repetantur.*

ריבא *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יַעֲקֹב בֶּן אֱלִיעֶזֶר R. Jacob filius Eliezer. *Sæpe de eo mentio fit in compendiis Talmudicis.*

ריב״ג *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יוֹסֵף בֶּן גּוֹרִיוֹן R. Joſeph filius Gorionis. *Librum quemdam Hebraice compoſuit, ubi breviter de*

LXX. Interpretibus, Urbis Hieroſolymitanæ excidio, & Machabæis differit.

ריב״ז *Abbreviatura. Idem ac* רַבָּן יוֹחָנָן בֶּן זַכָּאי Rabbàn Jochanàn filius Zachæi.

ריב״ט *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יוֹסֵף בֵּן רַבִּי טוֹבִיָּה Rabbì Joſeph filius R. Tobiæ.

ריב״ל *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יְהוֹשֻׁעַ בֶּן לֵוִי R. Joſua filius Levi. *Inter Talmudicos Doctores eſt valde celebris.*

ריב״ם *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יוֹסֵף בַּר מֵאִיר R. Joſeph filius Meir. *Multos Tractatus Talmudis commentatus eſt, obiitque anno Chriſti* 1141. *Præceptor fuit R. Majemonidis.*

ריב״ן *Abbreviatura. Idem ac* רַבִּי יִצְחָק בַּר נָתָן R. Iſaac filius Nathanis. 2. ר׳ יְהוּדָה בַּר נַחְמָן Rabbì Jehudà filius Nachmanis. *Compoſuit librum, qui inſcribitur* הלכות פסוקות Conſuetudines deciſæ. *Vixit circa annum Chriſti* 755.

ריב״ש *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יִצְחָק בַּר שֵׁשֶׁת Rabbì Iſaac filius Sceſat. *Liber* שאלות ותשובות Quæſtionum, & reſponſionum *inter Hebræos celebris ab eo fuit conſcriptus. Floruit anno Chriſti* 1374.

רי״ג *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יוֹסֵף גֶּקַטִילְיָא R. Joſeph GeKatilià, *qui compoſuit librum inſcriptum* שַׁעֲרֵי אוֹרָה Portæ lucis.

רי״ה *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יַנַּאי הַכֹּהֵן R. Jannài Sacerdos.

רי״ח *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יְהוּדָא חַיָּט R. Jehudà ſartor. *Librum celebrem Kabbaliſticum* מִנְחַת יְהוּדָה Oblatio Jehudà *exaravit.*

ריטב״א *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יוֹם טוֹב בַּר אַבְרָהָם R. Jom Tof filius Abrahami. *Præter nonnullos libros celebres ſcripſit etiam Commentarium in R. Majemonidem, ab ipſo vocatum* מַגִּיד מִשְׁנָה. *Vixit circa annum Chriſti* 1380.

רי״נ *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יַעֲקֹב נַקְדָּן R. Jacob punctator. *De eo mentionem facit Elias in Fragmentis Tabularum.*

ריצב״א *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ יִצְחָק בְּרַבִּי אַבְרָהָם R. Iſaac filius R. Abrahami.

ריצב״ט *Abbreviatura. Idem ac* רַבֵּינוּ יִצְחָק בְּרַבִּי טוֹדְרוֹס R. Iſaac filius R. Toderùs, *h. e.* Theodori.

ריק, הֵרִיק Evacuare. רֵיקוּת, רֵיקָנוּת vacuitas, vacuum. לְרֵיקָנוּת fruſtra, incaſſum. רֵיקָן vacuus, vanus.

רכב, הִרְכִּיב Componere, conjungere: ramos arborum inſerere. מוּרְכָּב compoſitum. *Ejus oppoſitum* פָּשׁוּט ſimplex. מִלָּה מוּרְכֶּבֶת dictio compoſita. הַרְכָּבוּת, הַרְכָּבָה compoſitio, inſitio.

רכז, מַרְכָּז Centrum. מרכז הארץ centrum terræ. מרכז העיגול centrum circuli. *Plur.* שני המרכזים duo centra.

ר״ל *Abbreviatura. Idem ac* רוֹצֶה לוֹמַר Vult dicere, *vel* רְצוֹנִי לוֹמַר voluntas mea eſt dicere, volo dicere, *vel* רְצוֹנוֹ voluntas ejus. *Adhibent, ubi aliquid volunt clarius exponere, quemadmodum Latini uſurpant,* hoc eſt, nimirum, videlicet. 2. רַבִּי לֵוִי Rabbì Levi. 3. רֵישׁ לָקִישׁ Reſch LaKìs. *Doctor Talmudicus celebris, cujus mentio cre-*

bra

Digitized by Google

bra eſt in גמרא Ghemarà. 4. רָאוּי לְתַקֵּן Debet corrigi, *vel* רָאוּי לִהְיוֹת debet eſſe. *In fine librorum ſolet adhiberi, ubi Typographorum errata recenſentur.*

רלב״ג *Abbreviatura. Idem ac* רַבִּי לֵוִי בֶּן גֵּרְשׁוֹם Rabbì Levi filius Gerſom. *Extant ejuſdem Commentarii in totam* מִקְרָא Sacram Scripturam. *Aliorum etiam librorum auctor eſt, nimirum libri celebris* מלחמות יהוה Bella Domini, *Commentarii in* תּוֹרָה Legem, *& Commentarii in libros Samuelis. Ejus avus maternus fuit Rambàn, videlicet R. Moſcè ben Nachman, qui vulgo dicitur Gerundenſis. Mortuus autem eſt anno Chriſti* 1370.

ר״ם *Abbreviatura. Idem ac* רֵישׁ מְתִיבְתָּא Caput Synagogæ. *Chaldaice ita appellatur; nam vulgo Hebraice, ut jam ſupra diximus, vocatur* רֹאשׁ הַיְשִׁיבָה. 2. ר׳ מֵאִיר R. Meìr. *Si abſolute ponatur hæc Abbreviatura, intelligendus eſt Doctor Talmudicus. Secus ſignificat* ר׳ מֹשֶׁה Rabbì Moſcè, *ut in illo*, אִמּוֹ שֶׁל הרמ״ם מִקּוֹצִי Mater Rabbì Moſis MiKKotzi. 3. רַעְיָא מְהֵימְנָא Paſtor fidelis. *Hoc nomine appellatur Auctor, qui Additamenta in* זוהר Zohar *ſcripſit. Sæpe in libro* ראשית חכמה Reſcìt Cochmà *de eo mentio fit; v. g. fol.* 32. ופי׳ בר״מ Et explicatio in Paſtore fideli; *ſic* וברמ״ דף רמז Et in Paſtore fideli fol. 247.

רמ״א *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ מֵאִיר אוֹמֵר R. Meir inquit. *Ejus uſus præcipue in Talmude.*

רמב״ם *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ מֹשֶׁה בֶּן מַיְמוֹנִי R. Moſcè filius Majemonidis, *vulgo dictus per Abbreviaturam* Rambàm.

Vita Rabbini Majemonidis.

Licet R. Majemon patria Cordubenſis fuerit, vocatur tamen Moſes Ægyptius, quia in Ægypto ſtudiis operam dedit. Septuaginta annos vixit, tantamque laudem doctrina ſua eſt conſecutus, ut de eo illud inter Hebræos vulgo dicatur: ממשה עד משה לא היה כמשה A Moſe (*Propheta*) uſque ad Moſem (*Ægyptium*) non fuit ſicut iſte Moſes. *Floruit circa annum Chriſti* 1200. *& in terra Iſraelis ſepulcro mandatus eſt. Varia ſunt ejus opera. Admodum enim juvenis, videlicet anno ætatis vigeſimo tertio Commentarium in* מִשְׁנָיוֹת Miſnajòt *incepit, eique ſupremam manum anno trigeſimo impoſuit. Librum autem* יָד Jad, *&* מִשְׁנֵה תּוֹרָה Miſnè Torà, *ex quatuor voluminibus conſtantem, anno quadrageſimo ſecundo abſolvit; poſt quem librum* מִצְוֹת Mitzvòt, *h. e.* Præceptorum *publici juris fecit. Anno quinquageſimo edidit celeberrimum librum* מוֹרֵה נְבוּכִים Morè Nevuchìm *Lingua Arabica. Hunc autem, ut Hebræis gratum faceret, R. Samuel Abèn Tibbòn vertit in Linguam Hebræam, qui poſtea a R. Scem Tof, & Ephodæo Commentariis eſt illuſtratus.*

Ab-

Digitized by Google

רמבן *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ מֹשֶׁה בֶּן נַחְמָן R. Moſcè filius Nachman, *Gerundenſis Hiſpanus. Auctor eſt multorum librorum, & circa annum Chriſti 1212. florere cœpit.* 2. ר׳ מֵאִיר בֶּן נָתָן R. Meir filius Nathanis, *cujus frequens mentio in Talmude.*

רָמַז Indicare, annuere, innuere, deſignare. רְמִיזָה, רֶמֶז nutus, indicium. *Proverbium* לְחַכִּימָא בִּרְמִיזָא וּלְשַׁטְיָא בְּכוּרְמִיזָא Sapienti nutus, ſtulto fuſtis convenit, *cum ad alterum admonendum nutus ſufficiat, ad alterum vero corrigendum fuſtis ſit adhibendus.*

רמח *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ מֹשֶׁה חַזָּן R. Moſcè Chazàn, *h. e.* Præcentor. *Elias exiſtimat, Rabbinum hunc eum eſſe, qui Commentariolum in Maſoram magnam ſcripſit. Hæc eadem Abbreviatura* רמח *per ſpeciem Kabbalæ* גִּימַטְרִיָּא Gematrià *ab Hebræis vulgo appellatæ, ratione numerorum habita, valet* 248. *quot ſunt præcepta a Rabbinis dictà* מִצְוֹת עֲשֵׂה jubentia, *quibus aliquid agere jubemur. Itaque volunt ſingulis membris ſingula præcepta accommodata eſſe, ut recordentur homines, & animo, atque cogitatione reputent, a Deo omnia, & ſingula hominis membra eo conſilio creata fuiſſe, ut ſedulo ea præſtent, quæ Deus ab eodem homine fieri juſſit. De præceptis tum jubentibus, tum prohibentibus extat Traditio in Tractatu* מַכּוֹת Maccòth *cap. 3. fol. 23.* תריג מצות נאמרו לו למשה בסיני שסה לאוין כמנין ימות החמה: רמח עשיים כנגד איבריו של אדם אמר רב המנונא מאי קרא׳ תורה צוה לנו משה מורשה תורה בגימטריא היכי *h. e.* 613. præcepta dicta fuerunt Moſi in Sinai; 365. negativa, juxta numerum dierum Solarium; 248. factiva, ſive jubentia, *vel* affirmativa, juxta membra hominis. Dixit R. Menunnà. Qua Scriptura id probatur? תורה Legem præcepit nobis Moſes hæreditariam. Deuter. 33. 4. ubi תורה Geometrice eſt 613. *Ad hunc locum Gloſſa R. Salomonis ſubjicit:* 248. præcepta jubentia ſunt, quia unicuique membro dicitur: Fac, Serva præceptum. 365. præcepta negativa ſunt, quia ſingulis diebus monentur homines, ne tranſgrediantur cs Domini. *Membrorum autem numerum hoc pacto Hebræi numerant. Primum igitur ab uno latere eliciunt* 101. *membra, totidemque ab altero, ex quibus numerus* 202. *exſurgit. Nimirum* ביד in manu *triginta, videlicet ſex in ſingulis digitis: duo* בקנה in tibia: *duo* במרפק in cubito: *unum* בזרוע in brachio, *ſive* lacerto: *quatuor* בכתף in humero: *undecim* צלעות coſtæ: *triginta* ברגל *in pede, nimirum in unoquoque digito ſex: quinque* בארכובא in genu: *unum* בירך in femore: *tria* בקוליות in coxis (*in Talmud legitur* בְּקַטְלִיּוֹת *h. e.* כף הירך acetabulo: *decem* בקורסל in talo: *duo* בשוק in cruce. *En numerus* 101. *cum gemina, erit* 202. *His adde quinque vertebras* בנקביו in foraminibus ſuis, בפתחי הלב in apertionibus cordis, *h. e.* thorace; *octo* בצואר in collo; *octodecim* חוליות vertebras in ſpina dorſi; *novem* בראש in capite. *Hujuſmodi*

ana-

Digitized by Google

anatomia membrorum corporis a Rabbinis facta legitur in libello אַבְקַת רוֹכֵל, *quæ tamen ex Corpore Juris Cod.* אהלות Oholôt *cap. 1. ſumpta eſt. Utrum autem probanda ſit, necne, penes veros, peritos, & cordatos Anatomicos judicium eſto.*

רמך *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ מֹשֶׁה כֹּהֵן R. Moſes Sacerdos. *Si præponas articulum, legitur* הרמך. *Tempore Rambàm floruit, & de eo mentionem facit* יוחסין Juchasìn *fol.* 132.

רנבר *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ נִסִּים בַּר רְאוּבֵן R. Niſsìm filius Ruben.

רס, רִסִּין Supercilia. *Conſtr.* רִסֵּי ſupercilia.

רע *Abbreviatura. Idem ac* רַבִּי עֲקִיבָא R. AKìba.

רַע, לְרַע Infra, ſub, inferne. מִלְּרַע idem. *Item vox penacuta. Ex forma* מִן לְרַע *contracta fit* מִלְּרַע, *& quandoque Daghes in Lamed euphoniæ cauſſa omittitur.*

רָעַב Eſurire. רַעַבְתָּן Famelicus. לא ריאה אדם עצמו על הבריות ברעבתן *h. e.* Non oſtendet homo ſeipſum hominibus tamquam famelicum, *videlicet voracitate nimia. Sic in* ביצא Betzà *fol.* 25. Non comedet homo allium, & cæpas a capite ipſorum, ſed a folliculis ואם אכל הרי זה רעבתן & ſi comederit ſic, habetur famelicus, vorator. *Fœm.* רַעַבְתָּנִית famelica, voratrix. *Tritum apud Rabbinos:* בשעת דבר כנוס רגליך ובעת רעב פזר רגליך Tempore peſtis collige pedes tuos: ſed tempore famis diſperge pedes tuos. *Nimirum tempore peſtis intra domeſticos parietes conſiſtendum, hominumque colloquia, & familiaritates vitandæ, ne forte incolumes inficiantur; at fame graſſante, relinquenda domus, & eo feſtinanter eundum, ubi vitæ neceſſaria ſuppetunt.*

רעה *Abbreviatura. Idem ac* רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם. *Solet præcedere* מֹשֶׁה. Moſes præceptor noſter, qui in pace requieſcat.

ריצה, רְעִי Stercus, excrementum, fimus.

רָעַם, הִתְרָעֵם Obmurmurare, murmurare, conqueri. תַּרְעוֹמָה, & תּוּרְעֲמָא murmuratio, murmur, querela, lamentatio.

רף *Abbreviatura. Idem ac* ראש פֶּרֶק Initium capitis. *Sæpe in Aruch invenies, ubi aliquid in teſtimonium adducitur ex initio Capitis Talmudici.* 2. ראש פסוק Initium verſus. *Plur.* רָאשֵׁי פְּסוּקִים initia verſuum. *Frequenter occurrit in Maſora.* 3. *Si præponas* ה, הרף *idem eſt, ac* חָכָם רַבִּי פֶּרֶץ Sapiens R. Perez, *qui fertur fuiſſe auctor inſignis libri inſcripti* מַעֲרֶכֶת הָאֱלֹהוּת Diſpoſitio Divinitatis.

רָצָה Velle, benevolum eſſe. הִרְצָה *Talmudicis* numerare, perſolvere numeratas pecunias. רָצוֹן voluntas, benevolentia. רְצוֹנִי voluntarius. *Fœm.* רְצוֹנִית voluntaria. נִתְרַצָּה placari. רִצּוּי placatio. *Per dictionem* נִרְצָה Nirtzà, *h. e.* acceptum ſit, *quæ eſt ultima in ritibus Cœnæ Paſchalis, innuitur, Deo gratias ſemper agendas eſſe, ejuſque bonitatem, atque clementiam*

fine

Digitized by Google

ſine intermiſſione celebrandam. Recitata itaque precatiuncula quadam, quæ incipit, Laudabunt te Domine &c. *quartum cyathum conſueta benedictione benedicunt,* בָּרוּךְ אַתָּה Benedictus tu &c. בּוֹרֵא פְּרִי גָּפֶן creans fructum vitis &c. *& in latus ſiniſtrum incumbentes juxta morem eum omnium ultimum exhauriunt, Cœnæque Paſchali, quæ ad dimidiam tantummodo noctem protrahi poteſt, finem imponunt.*

Per voces etiam וּרְחַץ Urchàtz, *h. e.* & Lava, *&* רַחְצָה Rochtzà, *quæ idem ſignificat, quarum altera eſt ſecunda in ritibus Cœnæ Paſchalis, altera ſexta, indicatur, manuum ablutionem faciendam eſſe. Solent enim Judæi, hauſto primo vini poculo benedicto, ſtatim manus lavare.*

רצע, רְצוּעָה Corrigia calcei. מַרְצֵעַ ſubula. רַצְעָן cerdo, calcearius, ſuror.

רצף, רָצוּף Continuum, conjunctum, conſequens. יָמִים רְצוּפִים dies continui, conſequentes. עוֹנֶג רָצוּף oblectatio continua.

רקק, רָקִיק Tenue: diaphanum. רָקָק aqua lutoſa, cum luto mixta: lacuna, palus.

רש״ *Abbreviatura. Idem ac* רַבָּן שִׁמְעוֹן Rabbàn Simeon. *Occurrit in Talmude, & in Zohar.*

רשב״א *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ שְׁלֹמֹה בֶּן אַדְרֵת R. Salomon filius Adràt. *In* יוחסין Juchasin *fol.* 133. *dicitur R. Salomon, filius Abrahami, filius Adràt. Fuit diſcipulus Rambàn, h. e. R. Moſis Nachmanidis, floruitque circa annum Chriſti* 1280. *multoſque inſignes libros compoſuit.* 2. רַבֵּנוּ שִׁמְעוֹן בַּר אַבְרָהָם Rabbènu Simeon filius Abrahami. *De eo mentio fit in* יוחסין *fol.* 131. *Auctor eſt* תוספות Additionum ad Talmud, פסקי הרשב״א PisKè harasbà, *h. e.* Judiciorum, Sententiarum Judicialium, *&* תשובות Reſponſionum Rasbà.

רשב״ג *Abbreviatura. Idem ac* רַבָּן שִׁמְעוֹן בֶּן גַּמְלִיאֵל Rabbàn Simeon filius Gamalielis. *Aliquando fini hujus Abbreviaturæ additur* א, *quod ſignificat* אָמַר inquit, *& initio præponitur* ד *caſum Genitivum deſignans. Rabbàn Simeon fuit pater R. Jehudà, qui vulgo ab Hebræis vocatur* הַקָּדוֹשׁ Sanctus. *Floruit circa annum Chriſti* 150.

רבב״ט *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ שִׁמְעוֹן רַב טוֹבִיָּה R. Simeon filius Rabbì Tobiæ.

רשב״י *Abbreviatura. Idem ac* ר׳ שִׁמְעוֹן בֶּן יוֹחָאי Rabbì Simeon filius Jochai. *Solet etiam vocari tantummodo R. Simeon. Magiſtrum, ac præceptorem habuit Rabbinum AKibam, qui in bello Adriani contra Judæos circa annum Chriſti* 120. *Martyr occubuit annis quinquaginta poſt Hieroſolymitanæ Urbis, & Templi excidium, & vaſtitatem. Dicitur hic R. Simeon auctor fuiſſe celeberrimi libri* זוֹהַר Zohar, *qui eſt Commentarius Kabbaliſticus in Pentateuchum, ſive quinque libros Moſis.*

Digitized by Google

Hiſtoria de Libro זוהר Zohar, *qui poſt Talmud ſemper maximi ab Hebræis habitus fuit.*

Juvat in gratiam Philo-Hebræorum Hiſtoriam de libro זוהר Zohar *Hebraico ſermone exaratam ex Tractatu* שבת Sabbàt *deſumptam proponere. Cum igitur ſimul eſſent R. Jehudà R. Joſe, & R. Simeon, & ad eos acceſſiſſet R. Jehudà* בן גרים Ben gherìm, *h. e.* parentibus Proſelytis natus, פתח ר יהודה ואמר כמה נאים מעשיהם של אומה זו: תקנו שווקים תקנו גשרים תקנו מרחצאות: ר יוסי שתק ענה ר שמעון בן יוחאי ואמ כל מה שתקנו לא תקנו אלא לצורך עצמם: תקנו שווקים להושיב בהם שוחרים מרחצאות לעדן בהן עצמם: גשרים ליטול מהן מכס: הלך יהודה בן גרים וסיפר דבריהם ונשמעו למלכות: אמרו יהודה שעילה יתעלה יוסי ששתק יגלה לציפורי שמעון שגינה יהרג: אזל הוא ובריה טשו בי מדרשא כל יומא הוו מייתין להו דביתיהו ריפתא וכוזא דמיא: וכרכי כי תקיף גזירתה אמר ליה לבריה נשים דעתן קלה עליהן דילמא מצערי לה ומגליא לן: אזלו טשו במערתא: איתרחיש ניסא איברי להו חרובא ועינא דמיא: והוו משלחי מנייהו והוו יתבי עד צואריהו בחלא כולי יומא גרסי: בעידן צלויי לבשי מיכסו ומצלו והדר משלחי מניהו כי היכי דלא ליבלו: איתבו תריסר שני במערתא אתא אליהו וקם אפתחא דמערתא אמר מאן לודעיה לבר יוחאי דמית קיסר ובטיל גזירתיה: נפקו חזו אינשי דקא כרבי וזרעי וכו *h. e.* Exorſus eſt R. Jehudà dicens. Quam pulcra ſunt opera populi hujus (*Romani*). Diſpoſuerunt fora, ordinarunt pontes, exſtruunt balnea. R. Joſe ad hæc ſubricuit. At R. Simeon ben Jochài reſpondit, ac dixit. Quidquid ordinarunt, ordinarunt tantummodo proprii commodi cauſſa. (*In Tractatu* עבודה זרה De Idololatria, *legitur* זונות Scorta: ignominiæ cauſſa.) Diſpoſuerunt fora, ut illic reſideant mercatores; balnea, ut in illis voluptatem capiant; pontes, ut ex illis vectigal exigant. Tunc abiens R. Jehudà בן גרים *Ben gherìm, h. e. parentibus Proſelytis natus*, evulgavit hos ſermones, ita ut innotuerint Imperatori. Editum edictum hujus argumenti. Jehudà, qui laudavit, extolletur: Joſe, qui tacuit, relegabitur in Cypriam: Simeon, qui vitupetavit, occidetur. Tunc R. Simeon, & filius abſconderunt ſe in Schola, & attulerunt ipſis quotidie buccellam panis, & poculum aquæ. At cum ſeverum, & grave eſſet edictum Regium, dixit pater filio ſuo. Mulierum animus levis, & inconſtans eſt; fortaſſe dolebunt noſtri cauſſa, & prodent nos. Abiernnt itaque, & occultarunt ſe in ſpelunca quadam. Accidit miraculum. Creara ipſis arbor ſiliqua (*ut ejus fructibus veſcerentur*) & aquæ fons. Illi, abjectis veſtimentis, ſederunt uſque ad collum in arena tota die ſtudentes. Tempore precum aperiebant ſe, & precabantur: poſtea rurſus de-

Digitized by Google

depoſuerunt veſtimenta ſua, ne veteraſcerent. Cum ita habitaſſent per annos duodecim (*in aliis libris, ubi eadem Hiſtoria narratur, habetur* שלש עשרה tredecim. *Ita in Talmude Hieroſolymitano lib.* שביעית *cap. 9. in Medràs Eſther cap. 1. v. 9. ad verba* וגם רשתי, *in Medràs Kobèleth cap.* 10. *v.* 8. & *in* בראשית רבא Bereſcit Rabbà *ſect. 79.*) in ſpelunca iſta, Elias venit, & ad oſtium ſpeluncæ ſtans dixit : Quis indicabit filio Jochài, mortuum eſſe Cæſarem, & irritum redditum eſſe decretum ejus? Egredimini, & videte homines, quomodo colant, & ſerant &c. *Hactenus in citato Tractatu* שבת Sabbàt. *Animadverte, quam infirmis, & inſtabilibus fundamentis Judæorum ſententia nitatur, qui ex eo, quod in allata Hiſtoria dicatur, R. Simeonem, ejuſque filium aſſiduam in ſpelunca ſtudiis operam dediſſe, ſibi perſuadent, eos libri* זוהר Zohar *auctores fuiſſe. Quis non videt, qui rem totam attente perpendit, eam puram, putamque fabulam redolere? Quis vero tam facilis ſit, ut ſibi perſuadeat, librum* זוהר Zohar *per mille, & amplius annos in Ægypto delituiſſe, ut Judæi temere contendunt? Quæ Academia, quæ Schola inibi tamdiu duravit, quæ tam inſignem, & refertum ſcientiarum, rerumque ſingularium, ut Judæi ajunt, theſaurum tot ſeculorum ſpatio hominibus inviderit, neque in eorum manus venire permiſerit? quinam tam ſeduli ejuſdem cuſtodes fuerint, ut eum a tineis, temporum & caſuum injuria ſervarint? Quod ſi rem attente ad trutinam revocaveris, librum* זוהר *valde recentiorem eſſe, & R. Simeoni ſuppoſitum, plane animadvertes. Hinc Joannes Morinus vir doctiſſimus lib. 2. Exercitat. 9. de Hebræi Græcique textus auctoritate, R. Abraham Zachùt, R. Gedalia, aliique Rabbini ingenue fatentur, nullibi umquam ante annum Chriſti* 1290. זוהר Zohar *mentionem factam eſſe, quamvis multi ante illud tempus eam Kabbalæ ſpeciem tractarint, qua ille refertiſſimus eſt. Poſt Maſorethas autem compoſitum eum fuiſſe illud liquido evincit, quia in eo texitur Alphabetum litterarum majuſcularum, & minuſcularum, mentio fit de litteris magnis, & parvis, quæ ante Maſorethas non exiſtebant. Nam neque Talmud litterarum iſtarum meminit, neque ipſe Tractatus* סופרים, *ſive* Scribatum, *qui totus eſt in explicanda ratione deſcribendi libros ſacros. Adde, in libro* זוהר Zohar *reperiri multas voces barbaras derivatas ex* רבות *Rabbòt, aliiſque Midraſcìm, ex Targum Jonathanis, & Hieroſolymitano, plures etiam locutiones, dicendi modos, & fabulas Talmudicas ei inſertas eſſe. Neque minus recentioris ætatis argumentum eſt laus ſapientiæ, eruditionis, & doctrinæ Iſraelitis, ſive Arabibus in eo ſæpe tributa, qui tamen ſcientiarum commendatione eximii eſſe cæperunt ducentis tantummodo poſt Mahumetem annis. Quid ſi nemo Judæorum de libro* זוהר Zohar *ante tercentos annos ne verbum quidem audivit? quid ſi Moſes Cordubenſis, qui totam fere vitam in Ægypto egit, & honorificam Simeonis ben Jochài mentionem fecit, & aliorum librorum auctores protulit, de hoc nihil omnino dixit? Lege R. Abraham Levitam, a*

quo

Digitized by Google

quo ante annos quingentos Judæorum Hiſtoria conſcripta eſt , & in ea antiquorum Rabbinorum libri celebrati , nihilque de זהר *invenies . Lege Itinerarium R. Benjamin , qui toto orbe peragrato in illud contulit quidquid apud Judæos admiratione dignum , & exiſtimatione viderat , nihilque in eo de* זהר Zohar *erit . Ex his itaque recte inferre licet librum* זהר Zohar *a Simeone filio Jochài compoſitum non fuiſſe . R. Abraham Zachùt in* יוחשין Juchasìn *fol.* 42. *librum* זהר Zohar *non R. Simeoni , ſed ejus filio R. Eliezer , filii diſcipulis , & diſcipulorum diſcipulis eum adſcribendum cenſet . Hæc ſunt ejus verba :* ספר הזוהר בנוהו על שמו אף על פי שהוא לא עשאהו כיון שתלמידיו ובנו ותלמידי תלמידיו עשוהו על מה שקבלו ממנו וכו׳ . *Neque vero apud Rabbinos novum , & inuſuatum eſt aliorum auctorum nomina quibuſdam libris tribuere , quæ ipſis jure non conveniunt . Hinc idem Zachùt fol.* 52. *ſcriptum reliquit de libro inſcripto* פרקי PirKè , *h. e.* Capitula R. Eliezer : כבר ידוע שאעפי שהוא המכונה לרבי אליעזר האחרונים עשו פרקיו כמו הזוהר המכונה לר׳ שמעון וכן נמצא ספר יצירה המכונה לאברהם אבינו: *h. e.* Jam notum eſt , quod etiamſi iſte liber (*PirKè*) cognomen habeat R. Eliezer , poſteriores tamen fecerunt capita ejus , ut liber Zohar cognomen habet R. Simeonis . Sic etiam liber Jetzirà nomen habet Abrahami Patriarchæ noſtri . *Sic ab eodem Zachùt libri Siphrà , Siphrè , Toſiphtà confecti dicuntur* אליבא דר׳ עקיבא ad cor , & ſententiam R. AKibæ , *licet annos circiter ſexaginta poſt mortem ejuſdem ſint exarati . Itaque juxta opinionem R. Abraham Zachùt liber* זהר Zohar *non fuit revera a R. Simeone compoſitus , ſed nihilominus quodammodo ejuſdem auctor vocari poteſt , cum ejus doctrinam complectatur , quam diſcipuli ab eo hauſerant . Hinc R. Gedalià in libro* שלשלת Scalſcèlet , *quem compoſuit , ſcriptum reliquit :* Scito , R. Simeonem , & filium ejus R. Eliezer nihil ſcripſiſſe de libro Zohar , qui hodie eſt in manibus noſtris , ſed diſcipuli ejus , ac diſcipuli diſcipulorum ipſorum ſcripſerunt eum in foliis multis , ſexaginta circiter annis poſt mortem ejus , וקבלתי על פה שזה החיבור הוא כל כך גדול הכמות שאם היה נמצא כלו יחד היה משאת גמל & accepi ore tenus , tantam fuiſſe molem hujus compoſitionis , ut , ſi conjuncta tota eſſet , vix camelus eam ferret . *Ex eo , quia nullibi in eo* גמרא Ghemarà , *neque aliorum Tractatuum Talmudicorum mentio fit , Judæi inferunt , ante collectum Talmud eum conſcriptum fuiſſe . Animadvertenda duo ſunt de hoc libro , alterum , eum in multis juribus doctrinæ* גמרא Ghemarà *repugnare , alterum vero , ejuſdem Conſtitutiones de iis rebus , quæ in* גמרא Ghemarà *non ſunt expoſitæ , tamquam authenticas a Rabbinis receptas fuiſſe , & in uſum traductas . Editus eſt Mantuæ in* 4. *anno* 318. *h. e. Chriſti* 1558. *& Cremonæ anno* 319. *h. e.* 1559. *in folio , cui editioni adjectæ ſunt Concordantiæ locorum*

Digitized by Google

Sacræ Scripturæ, aliaque addita, quæ efficiunt, ut Cremonenſis editio a Judæis Mantuanæ præferatur.

Extat etiam זֹהַר חָדָשׁ Zohar novus *Cracoviæ editus in* 4. *anno Chriſti* 1603. *Hujus ſtylus, & materia convenit cum Zohar antiquo. Quidquid autem in exemplari antiquiſſimo Zohar antiqui typis editi manu ſcripto ex terra Iſraelis allato reperitur, in hoc continetur, additis etiam* ואיכה, מדרש שיר השירים & מדרש הנעלם, תקונים, *ubi variæ lectiones ex antiquo exemplari exhibentur. Multa præterea de punctis vocalibus, & accentibus habentur, quorum inventio utrum ejus antiquitatis, quam Judæi eſſe volunt, ſit, non eſt hujus loci quærere.*

רשב״ם *Abbreviatura. Idem ac* Rasbàm, *h. e.* ר׳ שְׁמוּאֵל בֶּן מֵאִיר Rabbì Samuel filius Meir. *Hic Meir fuit gener R. Salomonis, duoſque filios reliquit, quorum alter vulgo appellatus fuit Rasbàm, alter vero Rabbènu Tam. Hic Rasbàm eſt unus ex auctoribus* תוספות Additionum *Talmudicarum, ut habetur in* יוחסין Juchasìn fol. 131. *Anno Chriſti* 1171. *occubuit.*

רשה, רְשׁוּת, רְשִׁיוֹן Facultas, poteſtas, licentia. *Plur.* רשויות, poteſtates, licentiæ, privilegia. רַשַּׁאי licitus, liber, qui licentiam, poteſtatem habet. *Plur.* רַשָּׁאִין licentiam habentes.

רש״ט *Abbreviatura. Idem ac* רַבִּי שֵׁם טוֹב Rabbì Scem Tou. *Compoſuit librum* פרדס רמונים, *h. e.* Hortum malorum Punicorum, *de quo in libro* כפתור Caphtòr *ſæpe mentio fit.*

Vita Rabbì Salomonis Jarchì.

רש״י *Abbreviatura. Idem ac* רַבִּי שְׁלֹמֹה יַרְחִי Rabbì Salomon Jarchì, *qui vulgo ab Hebræis* רש״י Raſcì *dicitur, ab aliis etiam* Rasì. *Præceptores habuit Rabbènu Gerſon, & R. Salomonem filium Gavìrol, Doctores celeberrimos. Patria Campanus Trecenſis fuit, qui vicus Galliæ Narbonenſis eſt non procul a Montepeſſulano, vulgo* Montpellier. *Gallum eum extitiſſe ſatis probant voces Gallicæ ab eo ſæpe adhibitæ, quibus dictiones Hebraicas, addito vocabulo* בְּלַעַז Belàhaz, *videlicet* barbare, *h. e. Gallice interpretatur, & exponit. Ejus Commentaria in totam Sacram Scripturam inſignita tribus litteris* רש״י Raſcì *ſuperne appoſitis collocata ſunt in Bibliis Buxtorphii vel in margine interiori, vel exteriori, vel Textui ſubjecta. Talmudis etiam partem potiſſimam commentatus eſt, Codici obſcuriſſimo, tenebriſque undique circumfuſo maximam lucem afferens. Ejus Commentaria in Talmudis latere interiori imprimi conſueverunt. SchiKardus narrat, eum morte abreptum Commentaria hæc ad umbilicum perducere non potuiſſe, ac propterea in quarta Talmudis parte* מַכּוֹת Maccòth *dicta ſubſtitiſſe, propter*

quæ Commentaria κατ᾽ἐξοχὴν *nomine* פַּרְשַׁנְדָּתָא Parſchandâta, *hoc eſt*, Interpretis, *per Antonomaſiam fuit ab Hebræis cohoneſtatus. Itaque reliqua Talmudis Commentaria ab ejus diſcipulo R. Jehudâ Nathanis filio confecta ſunt. R. Scelomò Jarchì ſtylus implexus eſt, valde obſcurus, impurus, nimis conciſus, pauciſſimiſque verbis multa complectens. Ob hanc rem rectum exiſtimarunt alii Rabbini in ejus Commentaria* בֵּיאוּרִים Biurîm, *hoc eſt*, Elucidationes *ſcribere. Grammatica præcepta, & regulæ contra ejus ſcriptionem non uno in loco reclamant, fabulæque Talmudicæ, & nugæ Commentariis Biblicis ab eo inſertæ non mediocriter de ejus ingenio, & fama detrahunt. Tantam vero Rabbinus hic apud Hebræos auctoritatem habuit, ut propter ſingularem, & eximiam apud eos ſanctitatis, & ſcientiæ opinionem futuros eventus prædixiſſe feratur, parumque abſuerit, quin inter cæteros Prophetas ab iiſdem ſit numeratus. Obiit annos natus ſeptuaginta quinque magnum ſui deſiderium Judæis omnibus relinquens.*

רש״י *Abbreviatura. Idem ac* רֹאשׁ שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל Caput Tribuum Iſrael.

רשל, הִתְרַשֵּׁל Pigrum, remiſſum eſſe. הִתְרַשְּׁלוּת pigritia, ſocordia, torpor, remiſſio. מְרַשֵּׁל laxans, remiſſum faciens. מְרוּשָּׁלִים remiſſi, laxi.

רָשַׁם Deſignare, deſcribere, exarare, notare. רוֹשֶׁם deſcriptio, deſignatio, obſignatio, nota. רִשּׁוּם delineatio. רְשִׁימָה idem.

רש״ע. רשל״ע *Abbreviatura. Idem ac* רִבּוֹן שֶׁל עוֹלָם Domine Mundi, *vel* רִבּוֹן שֶׁל עוֹלָמִים Domine Mundorum. *Eſt Dei epitheton. Huic Abbreviaturæ ſæpe inſertam litteram* ב *invenies, ut* רבש״ע.

ר״ת *Abbreviatura. Idem ac* רָאשֵׁי תֵיבוֹת Principia dictionum, *vel* רֹאשׁ תֵּיבָה Principium dictionis. *Ita appellantur Abbreviaturæ, quia ex primis litteris variarum dictionum conflantur.* 2. רַבֵּנוּ תַּם Magiſter noſter Tam. *Fuit nepos ex filia Rabbì Salomonis Jarchì. Cæterum R. Jacob dicitur, fuitque unus ex Auctoribus* תוספות Additionum Talmudicarum. *Auctor fuit etiam celebris libri inſcripti* סֵפֶר הַיָּשָׁר, *mortuuſque eſt in Gallia anno Chriſti* 1170. *non procul a patria avi ſui.*

רָתַח Fervere, effervеſcere, ebullire. מַיִם רוֹתְחִים aquæ ferventes. רִתַּח fervefecit. רִתּוּחַ fervefactio, ebullitio. מְרוּתָּח fervidum, fervens, ebulliens. רְתָחָא, רוֹתְחָא fervor, ſpuma fervoris. מַרְתֵּחַ frixum. רַתְחָן fervidus, iracundus. הִרְתִּיחַ ſpumam emittere.

Digitized by Google

INCIPIENTIA A שׁ

שׁ *In numeris valet tercentos. Modo eſt littera radicalis, modo ſervilis. In principio dictionis idem eſt, ac Hebraicum* אֲשֶׁר, qui, quæ, quod; *ſignificat tamen ipſa ut plurimum* quia, *vel* quod, *& habet ſubjectas vocales Pathach, & Sægol modo cum Daghes in littera ſequenti, modo ſine; aliquando occurrit cum Sceva, & interdum ante ſe habet præpoſitionem* ב, *vel* כ.

שׁאב שָׁאִיבְתָּא Tibia, fiſtula, *ita appellata ab aeris attractu, a radice* שׁאב attrahere. Deuter. 16. 14. *in Jonathane.*

בֵּית הַשּׁוֹאֵבָה *Erat locus certus in mulierum atrio, ita dictus, in quo ſolemnis quædam feſtivitas celebrabatur in* חַג סֻכּוֹת Feſto Tabernaculorum. *Cum autem dies hic feſtus inſignis admodum eſſet, in* מִשְׁנָה Miſnà *Tractatu* סוכה Succà *cap.* 5. *legitur* כל מי שלא ראה שמחת בית השואבה לא ראה שמחה מימיו Qui non vidit lætitiam domus hauſtus, vel hauriendi, nullum umquam vidit gaudium. *De ſignificatione hujus nominis multa apud Rabbinos habentur. In Talmud Hieroſolymitano Tractatu* סוכה Succà *fol.* 55. Dixit R. Jehoſuàh ben Levi: Quare vocatur nomen ejus בית השואבה *Beth-haſchoavàh?* propterea quod inde hauriebant (שׁוֹאֲבִים) Spiritum ſanctum, juxta illud: *Et haurietis aquas &c R. Bartenora ad verba*, Lætitia domus hauriendi, *ait;* propterea quod omnis hæc lætitia fiebat propter aquam libaminis, quæ hauriebatur, ideo vocarunt eam Lætitiam, vel Gaudium domus hauriendi, juxta illud: *Et haurietis aquas cum gaudio. Sic Majemon* בית השואבה *Beth-haſchoavàh* eſt nomen loci, quem lætitiæ deſtinarant, & hoc nomine appellarunt, propter illud: *Et haurietis aquas cum gaudio.* Iſa. 12. 3. *Celebrabatur autem hoc Feſtum, cum Chriſtus Joannis 7. 37. Judæis dixit:* Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat; *ubi appellatur* ἡμέρα μεγάλη τῆς ἑορτῆς dies magnus Feſtivitatis. *Qui ſcire cupit ritus gaudii, ſive Feſti illius, legat citatum Caput Talmudicum, & pag. 326. hujus Lexici.*

שׁאג, שָׁאנֵי, *& ſine* א שָׁנֵי *Species lignorum*. Cant. 1. 17.

שׁאל Rogare, interrogare, petere, expetere, quærere, inquirere, requirere. Geneſ. 37. 15. Deut. 18. 16. panem petere, mendicare. Prov. 20. *Pahel* שַׁיֵּל idem. Geneſ. 43. 7. *Ex alia forma* וִישַׁאֲלוּן & petent. Pſal. 109. 10. *Ithpahel* אִשְׁתְּאַל quæri, inquiri, interrogari, inveniri. *Aphel* אַשְׁאֵל mutuum dare. Exod. 12. 36.

Pe-

שְׁאַלְתָּא , שְׁאֵלָא , שֵׁאֱלָא , שְׁאֵלָא Petitio, poſtulatio, interrogatio, quæſtio. Judic. 8. 24. Pſal. 106. 14. 1. Reg. 2. 16.

שֵׁילוּתָא , שֵׁילוּת Idem. Pſal. 106. 15. *pro* שְׁאֵלוּת.

מִשְׁאֲלָא Idem. *Plur. conſtr.* מִשְׁאֲלֵי petitiones. Pſal. 37. 4.

שְׁאוֹל , שְׁיוֹל , שִׁיּוֹל Infernus, ſepulcrum. *Apud Talmudicos in* מועד קטן *fol.* 28. שיולא איצטלא דמילתא לבר חורין דשלימו זוודיה *h. e.* Sepulcrum eſt quaſi ſtola melotæ homini nobili, cujus viaticum abſumptum eſt. *Nimirum mors ei pulcra accidit, cujus opes conſumptæ ſunt, (homini ſcilicet diviti in paupertatem prolapſo) quemadmodum pretioſa eſt veſtis ex lana melota confecta.*

שאם *Pahel* שַׁאֲמֵם. Perturbare, turbare, profligare. Exod. 14. 24. *in Jonathane*.

שאם אִשְׁתַּאַם *Vide in* שתם.

שְׁאַף Anhelare, aſpirare: haurire, attrahere. Job 7. 2. *Raro hoc Verbum Chaldaice uſurpatum invenies.*

שאר *Ithpehal* אִשְׁתְּאַר, & *Ithpahel* אִשְׁתָּאַר, *vel* אִשְׁתַּיַּר Supereſſe, reliquum, reſiduum eſſe, ſuperſtitem remanere. Geneſ. 32. 8. 1. Sam. 16. 11. *Aphel* אַשְׁאַר relinquere, reliquum facere. Exod. 10. 12. Deut. 2. 34. *Pahel* שַׁיֵּר Idem. Geneſ. 10. 12. *in Jonathane*.

שְׁיָרָא , שְׁאָרָא , שְׁאָר , שְׁיָר Reliquus, reliquum, reſiduum, reliquiæ. Eſth. 9. 12. *in Targum ſecundo*. Iſa. 10. 20. & 21. turba, multitudo, exercitus. Iſa. 60. 6.

שְׁאָרוּת Idem. Eccleſ. 3. 19.

שְׁיוּרָא , שְׁיוּר Idem: *cum* ו *pro* א. Geneſ. 45. 7. *in Jonathane*.

שְׁבָא , שְׁבָה Captivum ducere, abducere, detinere, deportare. Geneſ. 34. 29. Numer. 21. 1. 2. Reg. 6. 22. *Ithpehal* אִשְׁתְּבֵי , אִשְׁתְּבָא capi, captivum abduci, captivum eſſe. Geneſ. 14. 14. 1. Reg. 8. 47. *In Talmudis Tractatu* בבא בתרא Bavà Batrà *fol.* 8. פריון שביי מצוה רבה היא Redemptio captivorum magnum præceptum eſt.

שְׁבְיָא , שְׁבִיתָא Captivitas, turba captiva, captivorum multitudo. Jerem. 15. 2. Pſal. 78. 61.

שבב *Cum* ר *inſerto Pahel* שַׁרְבֵּב Demittere. וְשַׁרְבִּיבוּ & demiſerunt. Jer. 38. 6. & 11.

שְׁבִיבָא , שְׁבִיב Scintilla, flamma. Dan. 3. 22. *Plur.* שְׁבִיבִין ſcintillæ. Dan. 7. 9.

שָׁבָב Vicinus, proximus. Exod. 12. 4. *Plur.* שְׁבָבִין vicini. Pſal. 89. 42. *Rabbinis Conſtr.* שְׁבָבֵי בִישֵׁי vicini mali. *Fœm.* שֵׁבַבְתָּא vicina. Exod. 3. 22. *Plur.* שֵׁבַבְתָּן vicinæ. Ruth 4. 17.

שֵׁיבָבוּת Vicinia. Deuter. 13. 11. *in Jonathane*.

שׁוּבְבִית , שׁוּבֶבֶת Viciniam viſitans, diſcurſatrix viſitans vicinas confabulandi gratia, *qualem ad unguem Apoſtolus deſcribit* 1. ad Timoth. 5. 13. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσιν περιερχόμεναι τὰς οἰκίας. οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι, καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέον-

δέοντα. Simul autem & otioſæ diſcunt circuire domos: non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes, quæ non oportet. *Hinc a Talmudiſtis in Tractatu* סוטא Sotà *fol.* 22. בְּתוּלָה צַלְיָנִית וְאַלְמָנָה שׁוֹבָבִית virginis orantis jugiter, & viduæ vicinas viſitantis *officium ſuſpectum dicitur, cum ſub eo Veneris aucupium latere videatur, dicunturque propterea Mundum perdere, cum ſuperſtitioſe virginitatem, & ætatem liberis procreandis idoneam amittant.*

שבה אִשְׁתַּבְהַר Gloriari; ſplendere. Exod. 34. 29. 30. 35. Prov. 25. 14.

שְׁבְהוֹרָא, שִׁבְהוֹרָא, שְׁבְהוֹר Honor, decus, decor, ſplendor, gloria, majeſtas. Job 40. 5.

שַׁבְהִירָא, שַׁבְהִיר Idem. Prov. 16. 31.

שְׁבַן Putredo, tabes, caries. Iſa. 5. 24.

שְׁבְזִין & שַׁבְזִיזָא, שַׁבְזִיז Sapphirus. Exod. 28. 19. Thren. 4. 7. *Plur.* שַׁבְזִיזִין ſapphiri. Cant. 5. 14. Ezech. 28. 13.

מְשַׁבְזָג Sella coriacea, ſella corio obducta.

שְׁבַח Laudare, glorificare, cantare. Exod. 15. 10. Prov. 31. 28 *Ithpahel* אִשְׁתַּבַּח laudari, glorificari: gloriari. Iſa. 60. 21. Jerem. 9. 24. Pſal. 52. 3.

שְׁבַחְתָּא, שְׁבָחָא, שְׁבָח Laus, encomium, gloria: canticum. Pſal. 40. 4.

תּוּשְׁבַּחְתָּא, תּוּשְׁבָּחָא Idem. Iſa. 60. 6. Pſal. 30. 1. *Plur.* תּוּשְׁבְּחָת, תּוּשְׁבְּחָן laudes, Exod. 15. 11.

שִׁבְהִין Oblectationes, deliciæ. Prov. 8. 30.

שְׁבַט, שִׁבְטָא Virga, baculus. Prov. 22. 15. & 13. 24. *Juxta hunc ſenſum tantummodo in Salomonis Proverbiis redditur dictio Hebraica* שֵׁבֶט. *Plur.* שִׁבְטִין virgæ.

שְׁבִיט Virgam habens: virgatum, caudatum. *In* ברכות Berachòth *fol.* 58. כּוֹכְבָא דִשְׁבִיט Stella, quæ habet virgam, *videlicet* Cometa. *Gloſſa addit:* Stella, quæ projicit inſtar ſagittæ fulgura ex uno loco in alium, quæque longa eſt inſtar virgæ, quam a ſe ſpargit.

שִׁבְטָא, שֵׁבֶט Tribus, familia: ſceptrum. Numer. 18. 2. 1. Reg. 11. 32. *Plur.* שִׁבְטַיָּא, שִׁבְטֵי, שִׁבְטִין tribus. Pſal. 122. 4. Judic. 21. 24.

שְׁבָט Schebbàt. *Menſis, qui noſtro* Januario reſpondet. *Eſt nomen menſis undecimi apud Hebræos.* לְחַד עֲשַׂר יַרְחָא הוּא יַרְחָא שְׁבָט Undecimo menſe, qui eſt menſis Scevat. Zach. 1. 7. Eſth. 3. 7. *in ſecundo Targum, ubi ſinguli menſes recenſentur, & hic dicitur* רֵישׁ יַרְחֵי שַׁתָּא לְאִילָנַיָּא שְׁבָט primus menſis, *ſive* initium anni arborum. *Ab eo enim ſupputatio fiebat fructuum arborum, quo menſe maturi eſſent, & quo menſe ex iis decimæ ſolvendæ.*

שְׁבַךְ, שׁוֹבְכָא, שׁוֹבְכָא Columbarium, columbarum nidus. Iſa. 60. 8. Hoſ. 11. 11. *Plur.* שׁוֹבְכִין, שׁוֹבְכֵי & *fœmin.* שׁוֹבְכוֹת columbaria.

שַׁבְכִין Armillæ: monilia. Num. 31. 50.

Sic

Digitized by Google

Sic legendum Exod. 35. 22. *in Jonathane*, *pro* שֵׁירְין.

שבך שַׁבְּכָא *Vide in* סכך.

שבל שְׁבִילָא, שְׁבִיל Semita, via, trames. Job 18. 10 Pſal. 119. 35. *Plur.* שְׁבִילִין, שְׁבִילֵי viæ, ſemitæ. Jerem. 18. 15.

שׁוּבַּלְתָּא, & שִׁבְּלָא, שִׁבּוֹלָא, שׁוּבַּל, סוּבַּלְתָּא Spica. Geneſ. 41. 47. Job 24. 24. Judic. 12. 6. *Plur.* שִׁבְּלִין, שׁוּבְּלִין, שִׁבְּלִין, שׁוּבְּלֵי ſpicæ. Geneſ. 41. 5.

שׁוּבָּל Idem. Geneſ. 41. 47. *in Jonathane*.

שִׁבּוֹל Idem. Job 24. 24. *Plur.* שִׁבּוֹלִין Ruth 2. 2.

שׁוּבְּלָא Onyx, onyche. *Eliæ*, & *Baal Aruch* ſpica odorifera, ſpica nardi. Exod. 30. 34. *Reſpondet Hebræo* שְׁחֵלֶת. *Recenſetur inter aromata, quæ adhibebantur ad ſuffitum odorum conficiendum. A Talmudicis appellatur* שִׁיבּוֹלֶת נֵרְדְּ ſpica nardi.

שבס שְׁבִיס Vitta, capitis reticulum, ornamentum muliebre. *Plur.* שְׁבִיסִין, שְׁבִיסַיָּא reticula, ornamenta capitis muliebria, vittæ. Iſa. 3. 18. *Ex Aben Ezrà ſunt vittæ tum viris, tum mulieribus communes, ſed ſpecie, & aſpectu pulchriores, & ornatiores. In* נגעים Negaìm *cap.* 11. ושבים של סבכה Et ornamentum vittæ; *in* כלים Kelim *autem* ושבים שלה Et ornamentum ejus, *videlicet* vittæ, וחוטין שלה Et fila ejus. *Sermo eſt in locis citatis de virginum, vel mulierum vittis, qua ratione pollutæ cenſendæ ſint. Itaque ibidem exponitur* שְׁבִיס *eſſe peculiare vittæ ornamentum fronti adhærens, ab una aure ad alteram extenſum, de quo mentio in Iſaia fit;* חוּטִין *vero eſſe fila ſerica coloris varii a vitta, quibus filis vitta capillis, & capiti accommodatur. Solebant igitur Hebræi vittæ, v. g. hyacinthinæ, vel viridi fila rubra, nigra, vel alba addere, ut pulchrior, & gratior vittæ ſpecies evaderet.*

שַׁבְסְרֵי *Vide in* עסר.

שְׁבַע, שִׁבְעָא, שִׁבְעָה, שִׁבְעָא, שׁוּבְעָא Septem. Geneſ. 5. 25. & 7. 2. ſeptimus. *Per apocopam* שַׁב, *pro* שִׁבְעָא, & שִׁיב. Gen. 29. 18 *in Targum Jonathanis. Uſurpatur præſertim a Talmudicis, & Hieroſolymitanis. Plur.* שִׁבְעִין, שַׁבְעִין ſeptuaginta. Geneſ. 5. 12. *Hieroſolymitane* שׁוּבְעִין Geneſ. 25. 7.

שׁוּבְעָתֵי, שִׁבְעָתֵי Idem. Num. 21. 19. *in Targum Hieroſolymitano. Fœm.* שְׁבַע, שִׁבְעָתֵי ſeptem.

שְׁבִיעָיָא, שְׁבִיעָאָה, שְׁבִיעַאי Septimus. Geneſ. 2. 2. Ezech. 45. 25. *Fœmin.* שְׁבִיעָתָא, שְׁבִיעֵיתָא ſeptima. Exod. 23. 11. Deuter. 15. 9.

שְׁבוּעֲתָא Septimana. Levit. 23. 16. *Plur.* שְׁבוּעִין, שְׁבוּעַיָּא & *fœm.* שְׁבוּעָן Levit. 23. 15.

שְׁבוּעָאֵי Sebuæi, *h. e.* hebdomadarii. *Fuit Secta inter Judæos Feſtum Septimanarum, hoc eſt, Pentecoſtes diverſa ab aliis ratione computans. Conſule Scaligeri Trihæreſeon cap.* 1.

אִשְׁתְּבַע *Ithpehal*, & אִשְׁתַּבַּע *Ithpahel*, Jurare. Levit. 5. 24. Jerem. 5. 5. *Aphel* אַשְׁבַּע, ad-

אשביע adjurare. Cant. 2. 7. & 8. 4.

שבע Jurare. Exod. 13. 19. *in Targum Hieroſolymitano*.

שבועתא, שבועה Juramentum, jusjurandum. Deut. 32. 40. Zach. 8. 17. Pſal. 106. 26. *Conſtr.* שבועת Eccleſ. 6. 6. Pſal. 10. 2.

De variis Juramenti ſpeciebus antiquitus in uſu apud Hebræos.

Olim apud Hebræos variæ erant jurandi rationes, & ſpecies, quarum aliæ antiquiſſimæ, aliæ temporis progreſſu a Rabbinis excogitatæ, & inventæ. Itaque apud Rabbinos ד מיני שבועות הן *quatuor ſunt juramentorum ſpecies, nimirum* שבועת שוא Juramentum falſum, שבועת ביטוי Juramentum leve, & temerarium; שבועת העדות Juramentum teſtimonii; שבועת הפקדון Juramentum depoſiti, *de quorum ſingulis Majemon part. 3. in* הלכות שבועות *tractationem inſtituit. Idem Majemon agit de* שבועת הדיינין *h. e.* juramento ſolenni judicii alicui a Judicibus præcepto *in ejuſdem libri cap.* 11. *quemadmodum Fagius in Paraphr. Chaldaic. in Exod. cap.* 23. *Chriſtianus Gerſon in Talmud lib.* 1. *cap.* 25. *& alii. Solebant autem Hebræi* per vitam Rabbinorum *ipſorum jurare, ut colligitur ex Tractatu* פסחין Peſachìn *fol.* 113. וכי משתבעי משחבעי המי בחייהן רבנן קדישי דבארעא דישראל Et cum jurabant, jurabant ſic: Per vitam Rabbinorum ſanctorum in terra Iſraelis. *Variæ autem jurandi formulæ paſſim in Rabbinorum libris occurrunt. In* ראש השנה Roſch haſchanà *fol.* 17. *mentio fit de juramento* per vitam Regis: נשבע בחיי המלך Juravit per vitam Regis. *Hic mos jurandi olim in uſu fuit etiam apud Ægyptios. Hinc Aben Ezrà* Exod. 20. v. 7. *ſcriptum reliquit*. Conſuetudo Ægyptiorum eſt in hunc uſque diem, ut qui juraverit בראש המלך *per caput Regis*, & juramentum non ſervaverit, filius ſit mortis, *h. e.* morte plectatur. Ac licet tantum auri pondus, quantum corporis ejuſdem pondus eſt, daret, vivus non relinqueretur, quia Regem palam contempſit. *Jurabant etiam Hebræi* per coronam Regis, *ut patet ex* קדושין Kidduſcìn *fol.* 9. *hac formula*, תגא דמלכא: Per Cœlum, *cujus exemplum eſt in* מדרש קהלת Medràs Kohèleth *cap.* 1. השמים הזכרתני Per Cœlum in memoriam revocaſti mihi. *Sic in* ברכות Berachòth *fol.* 55. השמים כן הוא Per Cœlum res ita habet. *Hujuſmodi temerarium juramentum Chriſtus Matth.* 5. 34. *omnino prohibuit*. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ. Ego autem dico vobis: non jurare omnino, neque per Cœlum, quia thronus Dei eſt. *Jurabant quoque* per Terram, per Solem, per Lunam, per Planetas, *ut oſtendit Majemon in* הלכות שבועות *cap.* 12. *Sic* per Altare, *ut in* Echà rab. cap. 2. 10. כמה השביעו במזבח הפנימי Quomodo jurare fecit eum? Per altare interius. *Sic* per Templum *hac formula*, המעון הזה Per habitaculum hoc: *ut*

Digitized by Google

ut המעון הזה לא אלין הלילה Per habitaculum hoc non dormiam hac nocte. *Gloſſa addit* בבית המקדש נשבע Per domum Sanctuarii jurat. *Etenim* מָעוֹן habitaculi *nomine Templum Hieroſolymitanum appellatum fuit, quia Dei erat habitaculum. Etiam hac formula olim Hebræi jurabant*, אֵיכַל Per Templum, *cujus juramenti exemplum extat in* קִדּוּשִׁין Kiddùſcìn *fol.* 71. *ubi Rabbì Jochanàn ait* אֵיכְלָא בִּידֵינוּ הִיא Per Templum in manibus noſtris eſt hæc res, *h.e.* in poteſtate noſtra. *Ubi Gloſſa:* שבועה בהיכלו של מקום Juramentum eſt, per Templum Dei. *Hoc eſt exemplum temerarii illius juramenti a Chriſto Matth.* 23. 16. *acriter reprehenſi.* Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ λέγοντες, ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν &c. Væ vobis duces cæci, qui dicitis, quiſquis juraverit per Templum, nihil eſt &c. *Sic* per cultum Dei, *h. e.* per Deum, *vel* per Fidem, *hac formula* הָעֲבוֹדָה, *quæ jurandi ratio Talmudicis præſertim in uſu fuit. Hinc in* תַּעֲנִית Taànìth *fol.* 24. אמר להן העבודה העבודה הרי הן הקדש עליך Per Fidem ſunt ſacra tibi. שהן קודמין לבתי Dixit ipſis: Per cultum Dei, per Fidem anteverſuræ ſunt filiam meam. *Ibidem.* אמר לה העבודה שאין בקופה של צדקה כלום Dixit ipſi: Per cultum Dei, ſi eſt in arca eleemoſynæ quidquam amplius. *In* בבא בתרא Bavà Batrà *fol.* 11. *Sic jurabant* per caput proprium, *ut* דור לי בחיי ראשך Jura mihi per vitam capitis tui. *In* סנהדרין Sanhedrìn *fol.* 24. *Sic* per Moſem, *ut* משה דינון מיחדין ליה עימיה דו קטיל ליה Per Moſem, ſi adjungant ei alium, occidet eum. *In* Horajòth *cap.* 3. משה דאנא מסתכל ולא מסע דעתי Per Moſem, ego aſpexi (*Sacerdotes benedicentes*) & non avocatus fuit animus meus. *Gloſſa explicat:* משה לשון שבועה Moſes ſignificat juramentum. *Denique ex Majemonide ſolebant Hebræi juramentum præſtare* per Decalogum, per Sacras Litteras, per libros Legis, & per ſingulos Prophetas, *quo tendit etiam illud* ערוך Arùch *in* שבע *ſecundo;* הנשבע בעשרת הדברים ובספר התורה אין לו הפרה לעולם Qui jurat per Decem verba, *h. e.* Decalogum, & per librum Legis, numquam in perpetuum id revocare poteſt.

שְׂבַע Saturari, ſatiari. Ruth 2. 14. Job 7. 4. *Pahel* שַׂבַּע ſaturare, ſatiare. Pſal. 90. 14. *Aphel* אַשְׂבַּע idem. Pſal. 107. 9. Thren. 3. 15.

שְׂבַע, שָׂבַע Satur. Geneſ. 35. 29.

שׂוּבְעָא, שִׂבְעָא Saturitas, ſatietas. Geneſ. 41. 30.

שִׂבְעֲנָא Idem. Prov. 3. 10.

שָׂבְעָא Idem. Pſal. 78. 25.

שְׁבַק Sinere, linquere, relinquere, derelinquere, deſerere, dimittere, permittere, concedere, remittere, condonare. Pſal. 22. 2. Ruth 2. 20. Num. 14. 19. *Ithpehal* אִשְׁתְּבַק & *Ithpahel* אִשְׁתַּבַּק remitti, condonari. Num. 15. 28. relinqui, derelinqui, deſeri. Iſa. 17. 9. Jer. 49. 11. Job 18. 4.

שְׁבוּק Remiſſio, condonatio. Job 2. 1. Num. 19. 9. *in Jonathane*.

שְׁבִיקָה, שִׁבְקָא Deſertio, derelictio.

שְׁבוּק Idem. Eſth. 2. 18.

שְׁבִיקוּתָא Idem. Pſal. 130. 4.

שִׁבְקִין Rami, propagines craſſiores. Ezech. 17. 6.

מַשְׁבַּקְתָּא Mulier derelicta, expulſa, repudiata.

שְׁבַר, שַׁבְרָא, שִׁבְרָא Simplex, fatuus, ſtultus, inſanus, amens, excors. Job 5. 2. Pſal. 19. 8. Prov. 9. 4. *Plur. conſtr.* שַׁבְרֵי fatui. Prov. 1. 22. 32. & 7. 7.

שְׁבִירָא Idem. Job 5. 2.

שַׁבְרוּתָא Stultitia, fatuitas, ſimplicitas. Prov. 1. 22.

שַׁבְרִירָא Cæcitas. *Plur. emphat.* שַׁבְרִירַיָּא cæcitates. Gen. 19. 11.

שַׁבְרְתָא Fatuitas, ſimplicitas. Prov. 9. 13. *In Textu Hebræo legitur* פְּתַיּוּת. *Quare vox Chaldæa videtur legenda* שַׁבְרְתָא. *In exemplaribus Venetis, quæ derivantur ab hac radice, ſæpe habent in medio litteram* כ *pro* ב, *ſed Biblia Regia, Elias, & Aruch ſemper exhibent per* ב.

מַשְׁבֵּר Sella parturientis.

שַׁבְרִירִין Scotomata, tenebræ oculorum ſubitæ cum vertigine. *Ita dicuntur, quia ſunt quodammodo oculorum fatuitates, vel fatuus viſus oculorum, vel viſus fractura, a radice* שְׁבַר frangere. *Emphat.* מְחוֹ בְּשַׁבְרִירַיָּא Percuſſerunt ſubito ſcotomate. Geneſ. 19. 11. *In Textu Hebraico* בַּסַּנְוֵרִים. *In Tractatu* גטין Gittin *fol.* 69. שברירי דליליה cæcitates nocturnæ, & שברירי דיממא cæcitates diurnæ *ſunt morbus, cui ibidem remedia ſuggeruntur. De hoc morbo mentio fit tum in Tractatu* עבודה זרה Avodà zarà *fol.* 12. *tum in Tractatu* פסחים Peſachim *fol.* 112. Ne bibat quiſquam aquam tempore nocturno: ſi biberit, ſanguis ejus ſit super caput ejus propter periculum. Quale periculum? סכנת שברירי periculum cæcitatis. Quod ſi ſitiat, & bibat, quæ eſt curatio ejus?

שברירי

ברירי

רירי

ירי

רי

Videlicet verba quædam magica proferebantur, & vox ſuperior ordine propoſito magice ſcripta collo alligabatur. Quemadmodum autem vox ſingulis diebus littera una decurtata pronuntiabatur, ut tandem nihil ex ea remaneret, ita cæcitatis morbus paulatim depulſus denique omnino tollebatur. Cornel. Agrippa lib. 3. *cap.* 11. *in dictione* Abracadabra *remedium contra febrim poſitum vult. Ait enim, per eam eodem modo ſcriptam, ac ſcribebatur vox ſuperior, & collo appenſam totidem diebus febrim imminui, & expelli, ex quot litteris ipſa conſtat. Præterea in* עין *dicitur* שברירי Savrirì *eſſe Angelus cæcitatibus præpoſitus, qui arte magica compelli poteſt ad ſcotomata, & cæcitates avertendas. In* יומא Jomà *fol.* 28. שברירי דשמשא קשו משמשא

Fia-

Fractură Solis graviores ſunt ipſo Sole. *Nimirum fractus Solis ſplendor per nubes gravior eſt pleno ejuſdem ſplendore. Sic ſimulata, & ficta amicitia periculoſior eſt vera, & aperta amicitia.*

שׁוֹבֵר Apocha; *vulgo* quietanza. *Eſt ſcriptum, quo creditor reddit quietum debitorem de ſoluta pecunia, v. g. cum creditor dicit, non eſt chirographum tuum nunc apud me, ſed eſt ruri, vel in urbe, interea* אֶכְתּוֹב לָךְ שׁוֹבֵר ſcribam tibi apocham, *donec chirographum accepero. A Rabbinis ita deſcribitur;* שׁוֹבֵר eſt שְׁטַר contractus, ſive litteræ, quas mutuo dans dat debitori, שֶׁנִּפְרַע מִמֶּנּוּ, quod ſolutionem acceperit ab ipſo. *Plur.* שׁוֹבָרִים apochæ.

שֶׁבֶר *Nomen vocalis I brevis, quæ alio nomine dicitur* חִירֶק קָטָן ChireK parvum, *nimirum breve, vel* חִירֶק בְּלִי יוֹד ChireK ſine Jod, *quo a ChireK cum Jod, id eſt, magno, ſive longo diſtinguitur. Hujus dictionis uſus frequens in Abèn Ezrà.*

שׁוּבְרָא Urtica. *Talmudiſtis in uſu. Dicitur alias* פתילת המדבר Ellychnium ſylveſtre, *quia ex ea ſiccata ellychnium fiebat. Ab Aruch exponitur ſermone vernaculo* פירוליא Ferula.

שָׁבוּר Schavùr. *Sapor Perſarum Rex, de quo Hebræi ſæpe mentionem faciunt. Hoc cognomine a Talmudicis appellatur R. Samuel ob ejuſdem ſummam auctoritatem, quam in deciſionibus ſuis obtinebat. De eo Baal Aruch in* שבור: Samuel inter Iſraelitas æſtimatus fuit ut Sapor Rex inter Gentiles. *Et in* בבא בתרא *fol.* 115. אמינא מילתא דלא אמרה שבור מלכא ומנו שמואל Dico ego rem, quam non dixit Sapor Rex. *Gloſſa.* Quia conſuetudo obtinebat ſecundum ipſum in judiciis, idcirco ſic vocatur, & eſt nomen Regis Perſiæ. *Ita in* פסחים *fol.* 54. *ubi Gloſſa.* Samuel vocatur a Rabbà Sapor Rex, quia exercitatus fuit in judiciis, & conſuetudo ſecundum ipſum in iis obtinebat, quemadmodum judicium egrediens a Rege, quod ratum habetur. Sapor autem fuit Rex Perſarum in diebus Rabbà.

שְׁבַשׁ Expandere, extendere, dilatare ramos. Pſal. 80. 12. *Pahel* שַׁבֵּשׁ perplexum reddere, implicare. Job 40. 12. Pſal. 80. 12. perturbare, turbare, confundere, ſeducere, pellicere, perſuadere. Jerem. 20. 7. *Ithpahel* אִשְׁתַּבַּשׁ perplexum, attonitum eſſe: ſeduci: implicari, contorqueri. Jerem. 20. 7. Dan. 5. 9.

שַׁבְשְׁתָּא, שִׁבְשְׁתָּא, שִׁבְשָׁא Ramus, ramus tener, ſurculus, propago, palmes. Ezech. 15. 2. *Plur.* שִׁבְשִׁין rami, palmites. Joel. 1. 7.

שַׁבְשֵׁב Germinare, frondeſcere, repullulare. Job 14. 7.

שַׁבְשְׁבִין Rami. Gen. 3. 14. *in Jonathane. Fortaſſe legendum* שַׁבְשְׁבִין ſepes.

שְׁבַת Quieſcere, ceſſare, feriari ab operibus. Exod. 31. 17.

שַׁבַּתָּא, & שְׁבַת, שַׁבְּתָא, שַׁבַּת, & *Hieroſolymitane* שַׁבַּתָא, Sabbatum, ceſſatio, quies, requies. Exod. 31. 16. ſeptimana, heb-

hebdomada. Eſth. 2. 9. *Sic in Novo Teſtamento*. Luc. 18. 12. Νηςεύω δὶς τῦ Σαββάτυ. Jejuno bis in Sabbato, *h. e.* Septimana, & Matth. 28. 1. ὀψὲ δὲ Σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων. Veſpere autem Sabbatorum, cum luceſceret prima Sabbati, *h. e.* hebdomadæ. *Sæpe per ſyncopam* שַׁבָּא. Iſa. 66. 23. *aliquando* שַׁב *per apocopam, ut* Deut. 5. 14. *in Jonathane. A Rabbinis* שַׁבָּת הַגָּדוֹל Sabbatum magnum *vocatur Sabbatum proxime præcedens Paſcha. Ratio nominis deducitur ex miraculo, quod Patribus Hebræorum contigit in Ægypto, ut colligitur ex* מִנְהָגִים Ritualibus *in ritibus Paſchæ. Plur.* שַׁבִּין, שַׁבַּיָּא. Levit. 23. 38. Exod. 31. 13. *Ex dialecto Hieroſolymitana* שׁוּבְתֵיכוֹן Sabbata veſtra. Levit. 23. 32. *in Targum Hieroſolymitano. In Jonathane per ſyncopam* שׁוּבַיכוֹן.

De Sabbato.

Ex duobus Feſtis Hebræorum, quæ ſæpe ſingulis annis celebrantur, unum eſt Sabbatum, quod in Sacris litteris variis ſignificationibus ſubjectum eſt. Ut plurimum enim שבת Sabbati *nomine omnia Feſta, & ſolemnitates a Deo inſtitutæ appellantur; deinde annus Sabbaticus intelligitur; præterea tota hebdomada; tandem proprie, & peculiariter ſeptima quælibet dies cujuſque hebdomadæ. A veſpera autem ad veſperam Sabbatum celebratur, ejuſque ſolemnitas conſiſtit in ceſſatione ab omni opere, ritibus quibuſdam, & cæremoniis, & in itinere Sabbatico, quod ſpatio bis mille cubitorum a Judæis ſolet definiri. Nullum autem operæ pretium me facturum arbitror, ſi levia quælibet, vel potius nugas enarravero, quibus ſe teneri Judæi diebus Sabbati præcepto* תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה Torà Scebehàl Pe, *h. e.* Legis Oralis, *vel* ore traditæ *prædicant, cum inutiles tantum, & ridiculas quæſtiones de iis excitent, futilibuſque operibus præſtandis ſe Sabbatum ſecundum Legem Divinam religioſiſſime celebrare glorientur. Nam ſi quis diligenter ad trutinam revocet, quæ die Sabbati agunt, vel a quibus abſtinent, aperte intelliget, eos hominibus fucum facere ſuperſtitioſa rerum minimarum, leviſſimarumque obſervatione, a vera autem pietate, veroque Dei cultu quam longiſſime abeſſe. Quod ſi quis opera Judæis vetita die Sabbati præcipua, & generalia, a quibus alia deinde derivantur, ſcire deſiderat, habentur in* משנה Miſnà *ſect.* 2. *cap.* 39. *Tanta autem religione, atque adeo ſuperſtitione Sabbati quies, & ceſſatio ab omni opere ſemper a Judæis obſervata fuit, ut res ſuas diripi, urbes incendi, ſe demum in captivitatem abduci ſæpius paſſi ſint, ne hujuſmodi præceptum violarent. Hinc Hieroſolyma olim a Ptolemæo Lagi filio ob deſidiam Judæorum oculos capta. Hanc ſuperſtitionem, & ſcrupulum ex eorum animis evellere conatus eſt Matthias Haſſamonæus ſtrenuiſſimus Judæorum Imperator, docuitque, nullo modo Legi Divinæ eſſe contrarium aggredientem hoſtem propellere, illatamque vim totis viribus tempore*

quo-

Digitized by Google

quolibet propulſare. Nullas enim leges neceſſitati ſancitas eſſe, quæ humanæ imbecillitatis patrocinium ſuſcipiens, quidquid cogit, excuſat, & defendit. Sed cum iterum poſtea hujuſmodi præpoſtera opinio eorum animos invaſiſſet, a Pompejo, & Antiocho, portis effractis, ſtratiſque muris, urbs diruta eſt, & exciſa, Judæique ad aras ſacrificantes pecudum more mactati, & occiſi. Leges autem de Sabbato adeo ſuperſtitioſe ſervando, & colendo Judæis a רַבִּי יְהוּדָה Rabbì Jehudà inter ipſos magni nominis in תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה Lege Orali traditæ ſunt. Ritus vero die Sabbati peragendi ſunt clangor buccinæ, lucernarum accenſio, menſarum inſtructio, & מִקְרָא Sacræ Scripturæ lectio. Circa veſperam igitur, Sole occumbente, quolibet die Veneris mulieres quæque domi ſuæ lampada ſex luminibus conſtantem accendunt; quod ſi oleum deſit, ad illud parandum oſtiatim a ditioribus pecuniam corrogant. Simul ac lampas ardere incipit, manibus verſus eam ſublatis brevem precationem mulier recitat, quæ eſt hujuſmodi: בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם אֲשֶׁר קִדְּשָׁנוּ וְצִוָּנוּ לְהַדְלִיק נֵר שֶׁל שַׁבָּת h. e. Benedictus nunc Dominus Deus noſter, Rex Mundi, qui nos præceptis ſuis ſanctificavit, & lucernam Sabbatinam accendere præcepit. Quia vero precatio hæc ex Rabbinorum ſtatuto eſſet recitanda, lucerna nondum accenſa, ideo alteram manum ei opponit, ut ſplendor ab oculis removeatur, idque idem cenſetur, ac ſi lucerna non ardeat. Eam porro ob cauſſam mulieres adeo accurate lucernarum accendendarum præcepto ſatisfacere conantur, quia משנה Miſnà ſect. 6. minitatur, eas propter tria potiſſimum peccata tempore partus interituras. על שלוש עבירות נשים מתות בשעת לדתן על שאינן זהירות בנדה ובחלה ובהדלקת הנר: h. e. Propter tria peccata mulieres moriuntur tempore partus: quia non ſatis cautæ fuerunt circa impuritatem ſuam menſtruam, circa placentam farinaceam, & circa accenſionem lucernæ. Præmium vero ſedulis, & attentis hac in re fœminis promittitur, & veluti merces proponitur docta, & erudita filiorum ſoboles. Implendæ quidem legi a Rabbinis traditæ ſatis eſſet lucernam unam accendere, pietatis tamen, & religionis exercendæ gratia ſingulas accendunt. Solent autem Patresfamilias die Veneris mulieres de lucernarum accenſione admonere, ne forte vel negligentia, vel oblivione hujuſmodi munus prætereant. Quod ſi a Chriſti fidelibus lucernæ Sabbatinæ accenderentur, irrita, & inanis eſſet accenſio. Cur autem lucernarum accenſio ad fœminas pertineat, omiſſis aliis futilibus, & inanibus rationibus a Judæis excogitatis, ea potiſſimum videtur ratio eſſe, quia mulieres intra domeſticos parietes concluſæ rei domeſticæ curam gerere ſolent, viris interim aliis rebus, occupationibuſque diſtentis, & implicatis. Accenſis vero lampadibus, inſtruuntur menſæ, & cibi apponuntur, qui venturo etiam Sabbato ſufficiant. Mane autem Sabbati tardius profeſtis diebus e lecto ſurgentes, & veſtibus a quotidianis diverſis induti, poſtquam in Synagogam convenerunt, præpoſitis quibuſdam Pſalmis,

&

Digitized by Google

& Precibus abſconditum in arca, & repoſitum Sacrum codicem extrahunt, unamque Sacræ Scripturæ Sectionem ab ipſis appellatam פָּרָשָׁה Paraſcà *legunt cum ejus compendio* הַפְטָרָה Aphtarà *dicto. Poſt hæc toti cœtui benedicitur, duæque Preces adduntur, in quarum altera oratur pro Principe, cui ſerviunt; in altera vero Sacrificium ſtante Templo die Sabbati offerri ſolitum recitatur. Tam ante, quam poſt meridiem nonnulla a Rabbinis dicuntur ad explicationem, interpretationemque eorum, quæ in* מִקְרָא Sacra Scriptura *lecta ſunt, pertinentia. His expletis, epulantes, genioque indulgentes diutius, quam reliquis hebdomadæ diebus, tribus vicibus menſæ accumbunt, ſcilicet ſemel veſpere Veneris, & bis die Sabbati, & in cibum, potumque multi adeo ſe ingurgitant, ut crapula ſæpe crapulam excipiat. Hoc præcepto de tribus conviviis Sabbato celebrandis adeo ſe teneri volunt, ut ne pauperibus quidem, & ex aliorum miſericordia viventibus iis abſtinere permittatur. Solent etiam die Sabbati Nuptias ſæpiſſime celebrare læta omina futuræ prolis inde capientes. Rationem eas celebrandi a me ſemel conſpectam, atque ad unguem deſcriptam vide pag. 429. In Nuptiis celebrandis die Sabbati vetitum ipſis inſtrumenta muſica pulſare, conceſſum tamen Chriſti fidelium opera ad edendum ſonum uti. Cæterum opera die Sabbati Judæis a Rabbinis permiſſa ad tria ſumma capita referuntur, ad neceſſitatem, charitatem, & pietatem. Neceſſitatis opera ea Rabbini cenſent, quæ ſine magno vitæ periculo, vel detrimento in craſtinum differri nequeunt, ut ægroto remedium adhibere, medicinam diluere, parienti præſto eſſe, Libros ſacros, cibum Sabbaticum, & pueros ex incendio extrahere, adverſarium, hoſtemque mortem inferre conantem repellere. Quod vero attinet ad charitatis opera, cum Judæi admodum ſint inhumani, & crudeles, putentque in iis ſemper periculi ſummi, & præſentiſſimi rationem habendam eſſe, ne Sabbatum violetur, ideo definiri non poſſe exiſtimo, quænam iſthæc opera ſint, quæ ſine Sabbati violatione ab iis exerceantur. Nam quid attinet dicere, utrum liceat a ſerpente, vel urſo Judæum appetitum Sabbato defendere, vel in foveam prolapſo auxilium ferre, cum legamus, hominem impenſe ſuperſtitioſum caſu in latrinam immerſum ibidem ſponte periiſſe? Cum enim in cloacam incidiſſet Judæus quidam TeucKsburgi anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo, & ab ea erui Sabbato renuens decretum audiſſet a Richardo de Clara Comite Glovernia ad deterrendum hominem factum, ne extraheretur die Dominico ſequenti, maluit homo bonus pervicaciter frigore, & fœtore illic interire, quam obſtinatam, ſtultamque animo infixam ſuperſtitionem abjicere. O amentiam incredibilem! Jam vero quam pietatem ex animi, & cordis intimo promanantem in Judæis agnoſcas? In Synagogis enim Sacram Scripturam legentes, & Preces recitantes blaterones potius videntur, quam deprecatores; tempus vero Dei venerationi, & cultui divinitus conſtitutum, & miſericordiæ divinæ implorandæ aſſignatum comeſſando, obambulando, inanes ſermones invicem ferendo ut plurimum miſere inſumunt.*

Digitized by Google

mant. Ex quibus omnibus clare apparet, Judæos ad ſuperſtitionem eſſe religioſos in rebus minimis, atque adeo ſæpe ridiculis; quæ vero ad exactam Legis ſatisfactionem ſpectant, maximique momenti ſunt, vel deſidioſe contemnere, vel malitioſe præterire. De itinere Sabbatico vide pag. hujus Lexici 398. 399.

שְׁבֶת Ceſſatio ab opere. *Ex Dei præcepto qui alium vulneraverat, & læſerat, ut Chirurgi, vel Medici auxilio, & opera indigeret, & in lecto decumberet, neque propterea rebus ſuis, & negotiis operam dare poſſet, tenebatur ceſſationem, & intermiſſionem operæ, impenſaſque factas perſolvere. Hæc ſunt Exodi verba* 21. 19. וְכִי יְרִיבֻן אֲנָשִׁים וְהִכָּה אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ בְּאֶבֶן אוֹ בְאֶגְרֹף וְלֹא יָמוּת וְנָפַל לְמִשְׁכָּב׃ אִם יָקוּם וְהִתְהַלֵּךְ בַּחוּץ עַל־מִשְׁעַנְתּוֹ וְנִקָּה הַמַּכֶּה רַק שִׁבְתּוֹ יִתֵּן וְרַפֹּא יְרַפֵּא׃ Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed jacuerit in lectulo. Si ſurrexerit, & ambulaverit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit, qui percuſſerit, ita tamen, ut operas ejus, & impenſas in Medicos reſtituat. *Hoc Dei præceptum temporis progreſſu Rabbini explicarunt, &* שְׁבֶת ceſſationem ab opere *in* שֶׁבֶת גְּדוֹלָה ceſſationem magnam, *&* שֶׁבֶת קְטַנָּה ceſſationem parvam *diſtinxerunt. Compenſandæ* שֶׁבֶת גְּדוֹלָה ceſſationi magnæ *tenebatur ex Rabbinis, qui alium ita læſerat, ut manu, pede, aut alio membro decurtatus inutilis ad laborem evaderet;* שֶׁבֶת קְטַנָּה ceſſationi *autem* parvæ, *ſi priſtinæ incolumitati, & integritati læſus reſtitutus fuiſſet. Tunc enim tantummodo operæ intermiſſæ damnum, & Medicorum mercedem de ſuo ſolvebat. Vide* גטין Gittin *fol.* 42.

שְׁבוּת Sabbatiſmus. *Rabbinorum ſtatutum de vera Sabbati obſervatione. Hinc in* משנה Miſnà *in libro* ביצה Betzà *cap. 5. de Sabbatiſmo habetur.* כל שחייבין עליו משום שבות משום רשות משום מצוה בשבת חייבין עליו ביום ואלו הן משום שבות לא עולין באילן ולא רוכבין על גבי בהמה ולא שטין על פני המים ולא מטפחים ולא מספקין ולא מרקדין *h. e.* De quocunque tenentur propter Sabbatiſmum, vel propter licentiam, vel propter præceptum, de eodem etiam tenentur in alio die Feſto. Illa autem ſunt propter Sabbatiſmum: non aſcendunt in arborem; non equitant ſuper aliquo animali; non nant in aqua; non plaudunt manibus; non percutiunt manu femur; non ſaltant. *Verba autem illa* משום שבות propter Sabbatiſmum, *ſignificant propter ſtatutum Rabbinicum, quo Rabbini ſtatuerunt, licet non habeatur mandatum Divinum expreſſum, abſtinendum eſſe ab hoc, vel illo opere die Sabbati, ne ex ejuſdem occaſione agatur aliquid, quod in Sabbato omnino vetitum eſt. Sic in arborem aſcendere die Sabbati prohibentur, ne ex ea ramum avellant; equitare, ne ad regendum equum virgam cædant; ſaltare, ne occaſionem præbeant inſtrumenti muſici conficiendi &c. Generatim* שְׁבוּת *ſignificat* de-

Mmmm cte-

cretum, ſtatutum Rabbinicum. *Hinc in Tractatu* חגיגה Chagigà *fol.* 16. לעולם אל תהא שבות קלה בעיניך שהרי סמיכה אינה אלא משום רבנן: *h. e.* Numquam ſit ſtatutum Rabbinicum vile in oculis tuis. Nam ecce manuum impoſitio non eſt, niſi ſtatutum Rabbinicum, & tamen diſſenſerunt de ea Magnates ſeculi. דִּבְרֵי שְׁבוּת Verba ſtatuti Rabbinici; Statutum Rabbinicum. הַזָּאַת שְׁבוּת Aſperſio, *ſive* condimentum doctrinæ Rabbinicæ.

מַשְׁבּוּתָאֵי Sabbatarii. *Fuerunt Heretici, qui verum Sabbati obſervationem juxta doctrinam Chriſti profitebantur. Ab Euſebio lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. cap. 22.* μασβωθαῖοι *appellantur, & inter Hereticos recenſentur.*

שַׁבְּתַאי Sabbatæus. *Ita vocatur planeta Saturnus, quia diei Sabbato præeſt, quemadmodum alii planetæ aliis hebdomadæ diebus.*

שִׁבְתָּא Sivtà. *Nomen ſpiritus immundi, noctu ob noctis impuritatem manibus hominum inſidentis, aut etiam interdiu, quoties homines mane aqua recte non abluerunt manus. Itaque ajunt Rabbini, quidquid tunc agitur manibus, male agi. Vide de eo Tractatum* חולין *fol.* 107. חענית *fol.* 20. *&* יומא *fol.* 77.

שְׂגָא Deeſſe, deficere, deſiderari, requiri. Numer. 31. 49. 1. Sam. 25. 15. *Aphel* אַשְׂגֵּי Idem.

שְׂגֵי *Vide in* שאג.

שְׂגָא Creſcere, multiplicari, augeri. Dan. 3. 31. Eſdræ 4. 22.

שַׂגִּיא Amplus, multus. Dan. 2. 6. *Adverbialiter* multum, vehementer, plurimum. Dan. 5. 9. *&* 6. 14.

שַׂגֵּב Exaltare, extollere, protegere, defendere. Pſal. 20. 2. roborare. Pſal. 91. 14. Prov. 4. 6.

שגד שִׁגְדָא Amygdala, *arbor, & fructus, vel* amygdalum. Eccleſ. 12. 5. *Plur.* שִׁגְדִין amygdala. Geneſ. 43. 11. Num. 17. 8.

שִׁגְרוֹנָא Spaſmus. *Nonnullis* coxendicum dolor, *vulgo* Sciatica. *In* גמין *fol.* 69. לשגרונא ליתי פתיא דמונינ Ad Iſchiaticam afferat vaſculum plenum ſalſuginis piſciculorum. *R. Salomon ibidem ſcriptum reliquit* שִׁגְרוֹנָא *eſſe* חולי הַיְרֵכַיִם morbum ſemorum, & coxendicis.

שגח *Aphel* אַשְׁגַּח Proſpicere, reſpicere, providere, rationem habere. Job 2. 2.

הַשְׁגִּיחַ Curare, rationem, *&* curam habere, attendere. *Proprie de Deo adhibetur, cujus providentia omnia reguntur, & gubernantur, juxta illud* Prov. 15. 3. בְּכָל־מָקוֹם עֵינֵי יְהוָה צֹפוֹת רָעִים וְטוֹבִים In omni loco oculi Domini ſpeculantur bonos, & malos. *Hinc R. Levi Job 4. ait, Jobum ab initio in ea ſententia fuiſſe pœnitentiam, & Preces ad Deum effuſas inanes prorſus eſſe, ac ſine ullo fructu,* להיותו בלתי משעה בזה *h. e.*

השלם השפל *h. e.* quod ipſe non proſpiceret in hunc Mundum inferiorem. *Addit etiam, eum fuiſſe* נבוך ומבולבל perplexum, & confuſum in iis, quæ ad providentiam divinam pertinent. *Rabbinis autem admodum frequentes ſunt hi dicendi modi:* לא הוה קא משגח ביה Non curavit illud; לא השגיחו עליה Non attenderunt ad illud, non curarunt illud.

שגל שגלתא, שגלא Uxor, conjux, *proprie Regis, vel Imperatoris. Talmudiſtis* regina. *Plur.* שגלת, שגלן uxores, conjuges. Dan. 5. 2. & 23. *In Tractatu* ראש השנה Roſc haſcanà *fol.* 4. *ajunt:* שגל מלכתא היא Semper Seegàl Regina eſt. *Hinc etiam R. Salomon Pſal.* 45. 10. שגל *interpretatur per* מלכה Reginam, & Nehem. 2. 6. *legitur:* Dixit mihi Rex, והשגל יושבת אצלו uxore aſſidente ipſi.

שגר Mittere, dimittere, abjicere, emittere, ejicere, projicere. Iſa. 22.19. Jerem. 22.19. Deuter. 28.26. ויהון שגרין Et erunt calidi, & caleſient. Ezech. 39. 9. *Sic explicant Biblia Regia.*

שגש *Pahel.* Turbare, conturbare, diſſipare, terrorem incutere, profligare, tumultuari, ſtrepere. 1. Sam. 7. 10. Eſth. 9. 24. *Ithpehal* אשתגש, *vel Ithpahel* אשתגש, & אשתגשש turbari, conturbari, commoveri, concuti. Iſa. 29. 9. tumultuari, fremere, perſtrepere. 1. Sam. 4. 5. 1. Reg. 1. 41. Jerem. 25. 27.

שגעש *Pahel: Idem ac* שגש. *Ithpahel* אשתגעש conturbari, perturbari ad inſaniam, inſanire. Nah. 2. 4. Jerem. 51. 7.

שגושא, שגושיא, שגושא, שגוש Turbatio, perturbatio, conturbatio, ſtrepitus, tumultus, ſeditio. Zach. 14. 13. Pſal. 19. 4. murmurator, ſuſurro. Prov. 18. 8.

שגושתא Idem. Eſth. 6. 1. *in Targum ſecundo.*

שגושתא Idem. Eſth. 1. 10.

שדא, שדי Jacere, abjicere, dejicere, ejicere, projicere, præcipitare. Job 38. 6. jaculari, ejaculari, jaculis conficere. Jerem. 50. 14. 1. Sam. 20. 20. fundere, effundere, profundere. Thren. 4. 11. Exod. 2. 9. Pſal. 69. 25. *Pahel* שדא, שדי Idem. *Talmudicis* nere. *Ithpehal* אשתדי abjici, ejici, projici. Numer. 35. 33. *in Jonathane:* commoveri, agitari. Iſa. 24. 19. volare. Iſa. 6. 6. *Aphel* אשדי effundere. Ezech. 24. 9. *Particip.* ומשדי & projiciebar. 2. Sam. 16. 13.

שדיות, שדיות Effuſio, profuſio. Gen. 49. 12. *in Jonathane.* Numer. 35. 25. & 33.

אשתדיות Motio, commotio, agitatio. Iſa. 7. 2.

שידא, שיד, שד Dæmon, Satan. *Plur.* שידין, שדין Dæmones. Pſal. 91. 6. Iſa. 34. 14. *Dæmon dicitur* שד *quaſi* vaſtator, & perditor *a Verbo* שדד perdere, vaſtare, *quia rationes omnes, & modos excogitat, quibus hominum genus perdat, & deſtruat. Ex Talmudicis* ששה דברים נאמרו בשדים שלשה כמלאכי השרת ושלשה כבני אדם: Sex proprietates dicuntur de Dæmonibus, in tribus ſimiles ſunt Angelis,

Digitized by Google

& tribus ſimiles ſunt hominibus. *Ajunt itaque, Dæmones habere alas ſicuti Angeli, volare ab una extremitate Mundi ad alteram ſicut Angeli, futura ſcire ſicut Angeli. Edere autem, & bibere ſicut homines, gignere, & multiplicari ſicut homines, & mori ſicut homines. Alia multa abſona, abſurda, & a veritate prorſus aliena imperitæ plebeculæ obtrudunt Rabbini credenda in ſcriptis ſuis. Audi, ſi potes, ſine ſtomacho, & indignatione, quæ ſcribit R. Salomon ad Pſal. 89. v. 33.* השידים בני ארם הראשון היו Dæmones filii Adami primi fuerunt. *Undenam tam ineptam opinionem hauſit R. Salomon? ex Magiſtris Talmudicis fabularum & neniarum ut plurimum inventoribus. Legerat enim in Talmude, Adamum a Deo acriter objurgatum, quod contra ejuſdem præceptum ex arbore vetita comediſſet, ac propterea excommunicatum per centum, & triginta annos, tunc primum generaſſe liberos ſecundum ſimilitudinem ſuam. Hæc ſunt ipſiſſima Talmudis verba:* אמר ר׳ ירמיה בן אליעזר כל אותם השנים שהיה ארם הראשון בנידוי הוליר רוחין ושידין ולילין שנא ויחי ארם שלשים ומאת שנה וגו *h. e.* Dixerat R. Jeremias filius Eliezer. Omnibus iſtis annis, quibus fuit Adam primus in anathemate excommunicationis, genuit ſpiritus, dæmones, & ſpectra nocturna, ſicuti dicitur. *Et vixit Adam triginta, & centum annos, & genuit liberos in ſimilitudine ſua, & in imagine ſua,* מכלל דעד האירנא לא אוליר id docet, quia ad hoc uſque tempus non genuerat in ſimilitudine ſua. *Addit præterea R. Salomon, dæmones iſtos, ac malignos ſpiritus eo tempore ab Adamo ex fluxu ſeminis nocturni genitos fuiſſe, quo excommunicatus, & ſeparatus ab uxore ſua Eva fuerat. Quid vero dicendum de eo, quod legitur in* בראשית רבא Bereſcith Rabbà *ſect.* 20. & 24. *Audi.* R. Simon dixit אֵם כֹּל חַי Geneſ. 3. 20. *h. e.* אמן של כל החיים mater omnium viventium. Dixerat enim R. Simon: כל מאה ושלשים שנה שפירשה חוה מארם היו רוחות הזכרים מתחממים ממנה והיא יולדת מהם ורוחות נקבות מתחממות מארם ומולירות ממנו הה׳ אשר בהעותו והוכחתיו בשבט אנשים ובנגעי בני ארם: *h. e.* Omnibus centum, & triginta annis, quando ſeparata fuit Eva ab Adamo, fuerunt ſpiritus maſculi incaleſcentes ab ea (*h. e. concubuerunt cum ea*) ipſaque pariebat ab illis: & ſpiritus fœminæ incaluerunt ab Adamo, & pariebant ab illo. Illud ipſum eſt, quod dicitur: Cum perverſe egerit, caſtigabo eum virga hominum, & plagis filiorum hominum. 2. Sam. 7. 14. *Placuit hæc afferre, ut ex his, & ſimilibus conjiciatur, quanti a Chriſtianis Rabbinorum Commentarii in Sacram Scripturam faciendi ſint, cum hujuſmodi interpretationibus abſonis, ineptis, & abſurdis paſſim ſcateant.*

שַׁדַּי Omnipotens, præpotens. *Eſt nomen Divinum Deum denominans a potentia ſumma, qua pollet:* אֲנִי אֵל שַׁדַּי Ego ſum Deus Omnipotens. Geneſ. 17. 1. *Ex R. Salomone hoc nomen componitur ex Pronomine* שֶׁ,

&

& די. *Quare* Ego ſum Deus שַׁדַּי *idem eſt, ac ſi diceret*, שיש די באלהותי לכל בריה quod eſt ſufficientia, id eſt, ſufficiens poteſtas in omnem creaturam.

שְׁדַךְ Quieſcere, requieſcere, pacatum, quietum, tranquillum eſſe. Jud. 30. 11. 2. Reg. 11. 20. *Pahel* שַׁדֵּךְ tranquillum reddere, ſedare, placare. Pſal. 90. 11. Job 37. 17. *Ithpehal* אִשְׁתְּדַךְ ſedari. Eſth. 2. 1. & 7. 11.

שְׁדִיךְ Quietus, tranquillus. Job 21. 23.

שְׁדוּכְיָא Quies, tranquillitas. Ezech. 16. 49.

שַׁדֵּל *Pahel*. Perſuadere, pellicere, allicere. Judic. 14. 15. Ezech. 38. 4. Prov. 1. 10. *Ithpahel* אִשְׁתַּדַּל luctari. Gen. 32. 24. Cant. 3. 6. conari, operam dare, curare. Ecclef. 1. 17. occupatum eſſe. Ruth 2. 20.

שדף *Ithpehal* אִשְׁתְּדִיף או אִשְׁתְּדָפָא aut communicando communicat apud ſe. 1. Reg. 16. 27. אִשְׁתְּדוּף aduri, uredine tangi: *vel Ithpahel* אִשְׁתַּדַּף: *ut* שָׂדֶה שֶׁנִּשְׁדְּפָה ager, qui aduſtus eſt. *In compendio Aruch manuſcripto legitur ad marginem in littera Aleph:* אשתדוף אילן זקן שלא נושא פירות יותר אשתדוף *h. e.* eſt arbor vetula, quæ nullos amplius profert fructus.

שִׁדְפוֹנָא Aduſtio, uredo ſegetum. Deuter. 28. 22. 1. Reg. 8. 37. Amos 4. 9.

שַׁדַּר *Pahel* Mittere, emittere. Prov. 26. 6. Eſth. 9. 19. luctari, contendere. Gen. 32. 25. *in Targum Hieroſolymitano. Ithpahel* אִשְׁתַּדַּר mitti, emitti. Prov. 17. 11. Job 18. 8. conari, ſatagere, contendere, operam dare. Dan. 6. 15.

שְׁדְרָא, שִׁדְרָא Dorſum, ſpina dorſi. וְתַרְתֵּין שִׁדְרָאִין & duplex dorſum. Deut. 14. 7. *in Targum Jonathanis*.

אֶשְׁתַּדּוּר Conſpiratio, rebellio. Eſdræ 4. 15. & אֶשְׁתְּדוּר Thren. 1. 1. & אֶשְׁתְּדוּר Cant. 5. 17. *R. David Kimchi vult, rebellionem ita dici a mittendo, quia ad rebellionem proclives ſolent ſæpe mittere ad eos, a quibus auxilium, & ſubſidia flagitant.*

שְׁהָא, שְׁהָה Morari, cunctari, tardare, expectare, præſtolari. Exod. 19. 39. mirari, admirari, obſtupeſcere. Gen. 24. 21. Iſa. 29. 9. *Ithpehal* אִשְׁתְּהִי detineri. Gen. 32. 24. *in Jonathane. Ex Aphel Particip.* וְלָא מַשְׁהֵי & non cunctatur. Deut. 7. 10. *in Targum Hieroſolymitano. In* משנה Miſnà *Tractatu* יבמות Jevammòt *cap. 6. & jure Hebræorum legitur:* נשא אשה ושהה עמה עשר שנים ולא ילדה אינו רשאי ליבטל וכו *h. e.* Si quis duxerit uxorem, & moratus fuerit cum ea decem annis, & non pepererit, non eſt ei permiſſum otiari &c. *videlicet a procreandis liberis*, ſed expellet eam, vel ducet juxta eam aliam. Expulſa poteſt duci ab alio, qui poteſt etiam לשהות עמה morari cum ea per decem annos. *Id confirmatur Abrahami exemplo, qui poſt decem annos cum Sara ſterili traductos ancillam Agar duxit*: Geneſ. 16. 3.

Va-

Digitized by Google

שַׁחֲוָתָא Vaſtitates : *alii legunt* שַׁוְּוָתָא Pſal. 73. 18.

שְׁהִי *Hæ duæ voces* שְׁהִי פְּהִי *ſunt abbreviatæ, & ſymbola aliarum vocum, quarum prior* שְׁהִי *pro* שַׁבָּת הַיּוֹם Sabbatum eſt hodie : *altera* פְּהִי *pro* פֶּסַח הַיּוֹם Paſcha hodie. *In* גמרא Ghemarà *ad verba illa* Eſth. 3. 8. וְדָתֵי הַמֶּלֶךְ אֵינָם עוֹשִׂים Et leges Regis ipſi non faciunt, *legitur* דמפקים לכולא שתא בשהי ופהי quod proferunt, ſive proloquuntur, & excipiunt toto anno, Sabbatum eſt hodie, Paſcha eſt hodie. *In Tractatu* מגלה Megillà *fol.* 13. *Nimirum ubi excitantur ad obeunda munera, & præſtandas operas pro Rege, ut ab iis ſe eximant, reſpondent, & reponunt ; Sabbatum noſtrum hodie eſt, Paſcha hodie eſt, ac propterea omnino vetitum quidlibet ſervile agere. Sic in Targum ſecundo libri Eſther cap.* 3. 8. Subſiliunt, & ſaltant (*in Feſto Tabernaculorum*) inſtar hædorum ; neque ſcimus, num maledicant nobis, an vero benedicant, vocantque illud Feſtum Tabernaculorum, neque faciunt opus Regis, dicentes nobis : Dies prohibitus eſt nobis ומפקין לכולא שתא שהי פהי & producunt toto anno illud ; Sabbatum hodie eſt ; Paſcha hodie eſt, neque faciunt in eo opus aliquod Regis &c.

שהד שַׁהֲרוּתָא *Vide in* סהר.

שהר שָׁהִיר Vigilat. Eſth. 6. 1. *Quædam exemplaria male ſcribunt per* ד.

שוא, שְׁוָה Æquari, æqualem eſſe. Pſal. 139. 12. commodum, utile, dignum, aptum, idoneum eſſe, convenire, expedire, conveniens eſſe. Iſa. 16. 6. Eſth. 2. 1. *in Targum ſecundo*. valere : admirari, obſtupeſcere. Habac. 1. 5. æquare, adæquare, aſſimilare, comparare. *Ithpehal* אִשְׁתְּוֵה æquari, adæquari, comparari, æſtimari, ſimile, æquale eſſe, *vel* fieri. Pſal. 49. 13. 21. & 89. 7. tremere, contremiſcere, trepidare. Iſa. 66. 2. poni, reponi, collocari. Job 20. 4. Ezech. 1. 15. *Pahel* שַׁוִּי ponere, apponere, deponere, imponere, reponere. Geneſ. 21. 14. Dan. 5. 21. 1. Sam. 4. 20. ſternere, ſubſternere, ſtratum ponere. *Ithpahel* אִשְׁתַּוִּי poni, deponi, reponi. Dan. 3. 29. *Aphel* אַשְׁוִי æſtimare. Pſal. 48. 10.

שָׁוֵא, שָׁוֵה, שָׁוֵי Æqualis, par, æquus, idoneus, dignus, aptus, utilis : æquum, juſtum. Eſth. 2. 1. *in Targum ſecundo. Plur. fœm.* שָׁוְיָן æquales. Pſal. 139. 12.

שְׁוִיאוּ Æquitas, æquabilitas. Eſth. 3. 8. *in Targum ſecundo*.

שְׁוִיָא, שְׁוִי, שְׁוִוי Stratum, cubile, lectus, ſponda. 1. Reg. 1. 47. ſedes, locus. 1. Sam. 20. 25. *Plur.* שְׁוָיִן lecti. Amos 2. 8.

שְׁוִיוּתָא Idem. Deuter. 28. 28. *in Jonathane*.

שווין *Vide ſupra in* שוך.

תַּשְׁוִיתָא, תַּשְׁוִית Fundamentum, baſis. Ezech. 43. 24.

תְּשִׁיוּתָא Idem. Job 30. 22.

תַּשְׁוִיתָא, תַּשְׁוִין Strata, tapetes lecorum. Prov. 31. 22.

שוב Seneſcere, conſeneſcere, cane-

neſcere, canum fieri. 1. Sam. 12. 2.

שׁוּד Fundere, effundere. *Ithpehal Præteritum* עַל דַּם זַכַּי דְאִתְּשִׁיד propter ſanguinem innocentem, qui effuſus eſt. Iſa. 26. 21.

שַׁר, שִׁיר *Vide in* שרר.

שְׁוַח Apparere, naſci, oriri, exoriri, germinare. Prov. 27. 25.

שׁוּחַ Curvari, incurvari, deprimi, dejici. Pſal. 10. 10. & 38. 7. Job 9. 13.

שׁוּחַ Demiſſus, dejectus. Job 22. 29.

שׁוּחֲתָא, שׁוּחָא, שׁוּחַ Foſſa, fovea. Pſal. 94. 13. Job 33. 18. vaſtitas, vaſtatio. Job 30. 3. *Plur.* שׁוּחִין foveæ. Pſal. 119. 85. *A Rabbinis etiam accipitur pro* מְצוּדָה rete.

שַׁיְחָא, שִׁיחָא, שִׁיחַ Idem. Pſal. 35. 7. & 57. 7. *Apud Rabbinos* חבורות והשיחין המערות Ciſternæ, foveæ, & ſpeluncæ: היה חופר בור שיח ומערה Fuit fodiens ciſternam, foveam, & ſpeluncam. *A Talmudicis hæc diſtinguuntur. Etenim apud ipſos* בור ciſterna *eſt rotunda:* שיח foſſa *eſt longa, & anguſta:* מערה Spelunca *eſt quadrata, & tecta tabulato, cui tamen ineſt orificium:* חריצין ſunt foveæ quadratæ, *& latæ, ut* מערות, *ſed undique apertæ:* נעיצין *foveæ anguſtæ infra, at ſuperne latæ.*

שַׁחֲוּתָא Idem. Pſal. 16. 10.

שִׁיחֵי Torcularia. Zach. 14. 10.

שׂוּחַ *Hebraice.* Meditari, loqui, colloqui, eloqui. *In Targum raro occurrit.* Job 7. 11. Numer. 21. 28. *in Jonathane.*

שִׂיחָא Loquacitas, ſermo, confabulatio. Prov. 23. 29. *Ex Rabbinis quidam* יוחנן בן זכאי Johannes filius Zacchæi *toto vitæ ſuæ tempore ne ullum quidem verbum profanum locutus eſt. Quid vero ſit* שִׂיחַת דְּקָלִים ſermo palmarum *ex Baal Aruch in* סח *colligitur, cujus verba hæc ſunt.* Die tranquillo, quo nullus plane venti flatus animadvertitur, ſolent in iis locis, ubi in hac re ſunt exercitati, inter palmas linteum expandere, quod ſi commoveatur, ſtant inter duas palmas vicinas, & aſpiciunt, quomodo rami illarum agitentur inter ſe invicem. In hac re certa habent ſigna, ex quibus periti multas res poſſunt cognoſcere. Sic dicunt de Mar, ſive Domino Abrahamo Gaon, qui vixit anno 1140. æræ Contractuum, שהיה מכיר בשיחת דקלים quod cognoverit ſermonem palmarum.

שׁוּט Itare, circuire, ſpatiari, vagari, deambulare, peragrare, diſcurrere, accurrere. Num. 11. 8. Job 1. 7. ſulcare, remigare. Ezech. 27. 6. natare. Iſa. 25. 11. exundare. Thren. 3. 54. ſpernere, deſpicere, contemnere. Geneſ. 25. 34. Pſal. 22. 25. levem eſſe, *vel* fieri: linere, illinere *in Aruch. Ex Pahel Partic.* הֲווֹ מְשׁוֹטְטִין fuerunt currentes, *ſc.* converſæ, reſpicientes. Gen. 22. 10. *in Targum Hieroſolymitano. Aphel* אַשִׁיט ſpernere, contemnere. 2. Sam. 19. 43. *Ithpehal* אִתְּשַׁט ſperni, contemni, deſpici. 1. Sam. 2. 30.

שְׁטָא, שִׁיט, שְׁיָט, שְׁט Contemptus, le-

levis, deſpectus, vilis. Pſal. 15. 4. 1. Sam. 15. 9. 1. Reg. 16. 31.

שְׁטוּתָא Contemptus. Prov. 12. 8.

שׁוֹטָא Flagellum, ſcutica. Prov. 26. 3.

שׁוֹטִיתָא Virga, baculus, ſcipio. Jud. 6. 21. 1. Sam. 14. 43.

De Myrti ramo geſtari ſolito ante Sponſam die Nuptiarum.

Interdum שׁוֹטִיתָא *apud Talmudicos eſt* myrti ramus, *cum quo in ſolemni Nuptiarum die ſolebant præ lætitia ante Sponſam ſaltare. In Annotatione R. Salomonis in* שבת Sabbàt *fol.* 77. *legitur:* שוטיתא שטותא *h. e.* Ramus myrti, qui dicitur שׁוֹטִיתָא eſt שְׁטוּתָא ſtultitia, *vel*, dicitur quaſi שטותא ſtultitia, quia ſaltans hoc pacto ſtultus videtur. *Verbum autem* שׁוֹטִיתָא *interpretatur* בַּד שֶׁל הֲדַס baculum myrti, cum quo ante Sponſam ſaltant. *In Tractatu* כתובות Chetubòth *narratur accidiſſe, ut ſenex quidam Rabbinus cum ejuſmodi ramo myrteo ſaltaret. Itaque qui aderant indignatione ſumma commoti acriter ad inania, & vilia declinantem increparunt, Rabbinorum honorem, & majeſtatem ea ratione contemni arbitrantes. Cum igitur ſiniſtrum omen in ejus morte apparuiſſet, alii dicebant* אהנייא ליה שוטיתא לסבא Hic eſt fructus rami myrtei ſenis (*cum quo nimirum ſaltavit*): *alii vero* שטותא לסבא ſtultitiæ ſenis: *alii* שיטתיה לסבא conſuetudinis *pravæ* ſenis.

שׁוֹטָא Virga. Num. 22. 27. *in Jonathane.*

שַׁיָּט, שָׁיְטָא Natator. Iſa. 25. 11. remex. *Plur.* שָׁיְטִין remiges. Ezech. 27. 6.

מְשׁוֹט Remus. *Inſtrumentum* natationis navium. Ezech. 27. 29. *Plur.* מְשׁוֹטִין Remi. Iſa. 43. 14.

שׁוּל Radix: imum rei, fundum. *Plur.* שׁוּלַי radices. Iſa. 6. 9.

שׁוּלְיָא, שׁוּלְיָא Diſcipulus: Scholaris. *Rabbinis, & Talmudicis in uſu.*

שׁוּם, שֵׁם Nomen. *Hæc forma non ſolet habere* א *emphaticum, neque affixa, excipe nonnulla loca, neque numerum pluralem. Cum Pronomine igitur repetitur* שׁוּם Geneſ. 5. 2. וּקְרָא יָת שׁוּמְהוֹן Et vocavit nomen ipſorum; *quemadmodum etiam* Deuter. 7. 24. & 12. 3. *Apud Maſorethas in uſu* שׁוּם בַּר נָשׁ nomen filii viri, *h. e.* nomen proprium hominis.

שׁוּם Aliquid. *Si ei addas negationem, ut* לָא שׁוּם *ſignificat* nihil, nihil omnino: מִשּׁוּם propter: מִשּׁוּם שֶׁ, *vel* מִשּׁוּם דְּ propterea, propterea quod: עַל שׁוּם מָה quamobrem? cur? quare? מִשּׁוּם הָכִי quamobrem *ſine interrogatione*: עַל שׁוּם שֶׁלֹּא propterea quod non: מִשּׁוּם שֶׁנֶּאֱמַר propterea quod dictum eſt: אֵין שׁוּם אָדָם nullus homo.

שׁוּם Allium. *A Rabbinis propter acrem ſaporem, & odorem dicitur* שׁוּם בַּעַל בָּכִי allium auctor, *ſive* cauſſa fletus, *cum gravi, & acri odore ſuo lacrymas excitet. In* בבא קמא Ba-

Digitized by Google

Bavà Kamà *fol.* 82. *quinque virtutes allio ineſſe dicuntur :* חמשה דברים נאמרים בשום משביע ומשחן ומצהיל פנים ומרבה הזרע והורג כינים שבבני מעיים ויש אומרים מכניס אהבה ומוציא את הקנאה: *h. e.* Quinque res dicuntur de allio, ſaturat, calefacit, ſplendidam reddit faciem, multiplicat ſemen, & occidit vermiculos in inteſtinis. Alii dicunt etiam, eum gignere amorem, & tollere zelotypiam.

שׁוּמָא Tumor, inflatio. Levit. 13. 2. *in Jonathane:* macula, nota. Num. 19. 2. *in Jonathane:* angulus, extremitas, latus. Levit. 19. 27. *in Jonathane. Talmudiſtis* verruca: אין מעידים על השומא Non perhibent teſtimonium de verruca. *Nimirum vir cujuſdam mulieris dicitur mortuus : quidam teſtatur, ſe eum mortuum vidiſſe, & fuiſſe maritum mulieris illius probare vult ſigno externo, videlicet verruca, quam in aliquo membro corporis habuerit. Hujuſmodi teſtimonium ex verruca deſumptum nihil omnino valet ad probandum, neque a Judicibus admittitur.*

שׂוּם, שִׂים Ponere, apponere, adhibere, proponere, ſtatuere, conſtituere. *Ithpehal* אִתְּשָׂם poni, apponi, conſtitui.

שׁוּע Linere, oblinere : calce obducere. Deut. 27. 2. *in Jonathane. Ithpehal* אִתְּשַׁע illini, calce obduci. Levit. 18. 43. 48.

שִׁיעַ, שֵׁיעָא Lutum, cæmentum, tectorium, calx. Gen. 11. 3. Numer. 19. 15. nervus, manica, compes. Job 13. 27.

שׁוּעָא Petra, rupes *in Targum.* Prov. 30. 19.

שׁוּעָא Liberalis, nobilis, dives. Job 34. 19.

שׁוּעִית *Vide in* שׁעה.

שׁוּף Terere, conterere, contundere, comminuere. Pſal. 94. 5. ungi, inungi. Deut. 28. 40. 2. Sam. 14. 2. Mich. 6. 15.

שׁוֹק, שׁוֹק, שׁוֹקָא, & שָׁק, שָׁקָא Armus, crus. Exod. 29. 22. Numer. 18. 18. *Plur.* שׁוֹקִין crura. Deuter. 28. 35. *Rabbinis* בָּתֵּי שׁוֹקַיִם Domus crurum, *h. e.* caligæ. *In* ברכות Berachòt *fol.* 24. שׁוֹקָא בְּאִשָּׁה עֶרְוָה Crura in muliere res pudenda ſunt, *ſcilicet crura nuda. Hinc in more poſitum apud Judæos eſt, ut ipſorum mulieres, & puellæ demiſſis ad talos veſtibus verecundiæ cauſſa utantur, ne viros ad libidinem excitent.*

שׁוּק, שׁוּקָא Vicus, platea, forum. Eccleſ. 12. 4. Prov. 7. 8. בְּשׁוּק in platea, foris. Geneſ. 9. 22. לְשׁוּקָא foras. *Plur.* שׁוּקִין vici, plateæ. Zach. 9. 3. Ezech. 7. 19. & שְׁוָקִין Prov. 26. 13. *Rabbinis illud tritum* מי שאין לו דמים לא יצא בשוק Cui non ſunt pecuniæ, non exeat in forum. *Cum enim ſine pecunia res in foro proſtantes comparari non poſſint, qui ad forum accedit ea deſtitutus, rerum omnium in eo copiam, & abundantiam conſpicatus triſtitia afficitur, vel ſaltem eas malo, ac pravo animo appetit, & concupiſcit.*

Digitized by Google

שׁוּק Humiliare, deprimere, dejicere. *Unde* לְמַשּׁוּק Pſal. 74. 3. *Elias legit* לְמַשּׁוֹח. *Biblia Regia*, *& Pſalterium Nebienſe* לְמַשּׁוֹחַ ad humiliandum.

שׁוּר Solvi, diſſolvi. Amos 3. 5. habitare, commorari. Pſal. 36. 8.

שׁוּר, שׁוּרָא Murus. Geneſ. 49. 6. Thren. 2. 8. *Plur.* שׁוּרִין, שׁוּרַיָּא muri. Exod. 14. 22. 2. Reg. 25. 4.

שׁוּר Umbilicus. *Hebraice* שֹׁרֶר.

שִׁיר, שִׁירָא, שִׁירְתָא Canticum. *Plur.* שִׁירְתָא, שִׁירִין cantica.

שִׁיר *Vide in* שׁוּר.

שׁוּר Salire, ſubſilire, inſilire, exilire, ſaltare: inſolentem eſſe. *Pahel* שַׁוַּר idem. Exod. 17. 8. *in Jonathane*. Job 37. 1. Cant. 2. 8. *Item* ſubſilire fecit. Pſal. 29. 6.

שַׁוָּר, מְשַׁוֵּר Saltator, *qui foſſam tranſilit, vel in altum exſilit.*

מְשַׁוַּרְתָּא Saltus. *In Tractatu* סנהדרין Sanhedrin *fol.* 64. כְּמְשַׁוַּרְתָּא דְפוּרַיָּא Sicut ſaltus (*puerorum*) in Feſto Purim; *h. e.* ſortium, *quando Aman acerrimus Judæorum hoſtis ſortes miſit ad eos penitus delendos. Nunc iſtud Feſtum eſt Hebræorum bacchanalia. Vide hujus Lexici pag.* 457. *In Aruch autem hæc habentur.* Moris eſt in toto Mundo, ut pueri, & juvenes in Feſto Purim, ſive ſortium faciant effigiem Amanis, eamque primo ponant in tectis ædium (in memoriam alti patibuli, in quo fuit ſuſpenſus) deinde faciant rogum, & projiciant iſtam effigiem in ignem, lætique circa ignem ſtantes vociferentur, canant, & hilaria inſtrumentis muſicis agant. Habent etiam latum annulum in igne ſuſpenſum, per quem ſaltant ab una parte ignis ad aliam, qui annulus vocatur משוורתא, *quaſi diceretur* בית קפיצה locus ſaltus.

Hinc etiam dicitur מְשַׁוַּרְתָּא ſtapia, *vulgo* Staffa, *annulus, cui pes unus infigitur ad ſaliendum in equum. Duæ autem ſtapiæ ex ephippio utrinque pendentes equiti inſerviunt, ut equo commodius inſideat.*

שׁוּת Ponere, componere, imponere, diſponere, reponere.

שְׁתִיָּא Fundamentum. Eccleſ. 3. 11.

שׁוּת, שׁוּתָא Meditatio, colloquium, eloquium, oratio, ſermo: proverbium, dicterium. Job 30. 9.

שׁוּב, שֵׁיזֵב Eruere, eripere, liberare, ſervare. Exod. 12. 27. 2. Sam. 12. 7. *Ithpehal* אִשְׁתֵּיזֵב eripi, liberari, evadere, elabi. 1. Sam. 19. 18. Amos 9. 1. Mich. 4. 10.

מְשַׁזֵּב, מְשֵׁיזֵב, מְשֵׁיזְבָא Evaſor, profugus, ſuperſtes, reliquus, reſiduus, liberatus. Jerem. 44. 14. 2. Reg. 9. 15. *Plur.* מְשֵׁיזְבִין profugi. Jerem. 44. 14. Iſa. 45. 20. Ezech. 6. 9.

שֵׁיזְבָא, שֵׁיזוּבָא, שֵׁיזַבְתָא & שֵׁיזַבְתָּא Evaſio, aſylum, receptio, refugium. Jud. 21. 17. Joel. 2. 32. Ezech. 14. 22.

שׁוּג Lavare, abluere. Pſal. 58. 11. Geneſ. 43. 23. *Pehil* שְׁוִיג lotus, ablutus: nitidus. Job 33. 9. *Pahel* שַׁוֵּג idem.

Digitized by Google

dem. Geneſ. 43. 31. *in Jonathane*. *Ithpehal* אִשְׁתְּזַג lavari, ablui. Prov. 30. 12. *Hoc Verbum præcipue obvium in Targum Hieroſolymitano*.

שְׁזוּג, שְׁזוּג Lotio, ablutio. Pſal. 60. 10.

שְׁזוּג Liquor. Num. 6. 3. *in Targum Hieroſolymitano*.

שזר שְׁזִיר Filum contortum, duplicatum. Exod. 26. 1. *Plur.* שְׁזִירִין fila. Exod. 39. 3. *in Jonathane*.

שְׁזָרְתָא Spina dorſi. Levit. 3. 9. Eccleſ. 12. 5.

שְׁחַד Munus exhibere. Job 6. 22. Ezech. 16. 33.

שׁוֹחַד, שׁוֹחֲדָא Munus, donum. Exod. 23. 8.

De שׁוֹחַד *munere* a Judicibus non accipiendo.

Hoc nomen שׁוֹחַד *uſurpatur de munere, quod datur, ut judicium corrumpatur. Hinc illud Deuter.* 27. 25. ארור לוקח שוחד Maledictus, qui accipit munus: & Exod. 23. 8. וְשׁוֹחֲדָא לָא תְקַבֵּל אֲרֵי שׁוֹחֲדָא מְעַוֵּר חַכִּימִין Et munus non accipies: nam munus excæcat Sapientes. *Jure itaque optimo Salomon* Proverb. 29. 4. *ſcriptum reliquit:* מֶלֶךְ בְּמִשְׁפָּט יַעֲמִיד אָרֶץ וְאִישׁ תְּרוּמוֹת יֶהֶרְסֶנָּה Rex judicio ſtabiliet terram, at qui munera accipit, vaſtabit eam. *Talmudici ad hunc locum ſcriptum reliquerunt:* Quando ſimilis eſt Judex Regi, qui nulla re indiget, ſtabilit terram: quando autem ſimilis eſt Sacerdoti mendicanti ad horrea, vaſtat eam. *Iidem Talmudici rationem & etymologiam nominis* שׁוֹחַד munus *quærentes ajunt, illud ita dici, quia efficit, ut unus tantummodo ſit dans, & accipiens, nempe ut Judex accipiens pronunciet id, quod litigans dans petit. Hinc in* כתובות Chetubòth *fol.* 105. Dixit Rabbà bar Schela: *h. e.* הא דיינא דשאיל שאילתא פסול למידן דינא Judex mutuo aliquid accipiens, illegitimus eſt ad judicandum judicium. Dixit Rabbà מאי טעמא דשוחרא כיון דקביל לה שוחרא מניה איקרבא ליה דעתיה לגביה והוי כגופיה ואין אדם רואה חובה לעצמו מאי שוחד שהוא חד: *h. e.* Quæ eſt ratio nominis שוחד? poſteaquam accepit ſibi (*Judex*) munus ab ipſo, accedit animus ejus ad ipſum dantem, ut fiat ſicut ille ipſe: homo enim non condemnat ſeipſum propter debitum. Sed quid eſt שוחד? quod ipſe (*accipiens*) ſit unus (*cum dante*). *Deuteronomii cap.* 16. *ſex monita Judici cavenda proponuntur, inter quæ recenſetur præceptum de munere non accipiendo, quia munus Sapientum oculos excæcat. Hinc factum volunt, ut Salomonis tribunal ſex gradus haberet juxta ſex præcepta, quæ Deuter.* 16. *deſcribuntur, cujus opus* מלכים *Regum lib.* 1. *cap.* 10. *v.* 18. *habetur* וַיַּעַשׂ הַמֶּלֶךְ כִּסֵּא שֵׁן גָּדוֹל וַיְצַפֵּהוּ זָהָב מוּפָז: שֵׁשׁ מַעֲלוֹת לַכִּסֵּא וְרֹאשׁ עָגֹל לַכִּסֵּא מֵאַחֲרָיו וְיָדֹת מִזֶּה וּמִזֶּה אֶל־מְקוֹם הַשָּׁבֶת וּשְׁנַיִם אֲרָיוֹת עֹמְדִים אֵצֶל הַיָּדוֹת: וּשְׁנֵים עָשָׂר אֲרָיִים עֹמְדִים שָׁם עַל שֵׁשׁ הַמַּעֲלוֹת מִזֶּה וּמִזֶּה לֹא נַעֲשָׂה כֵן לְכָל־מַמְלָכוֹת

h. e. Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtivit eum auro fulvo nimis. Qui habebat ſex gradus, & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori, & duæ manus hinc atque inde tenentes ſedile, & duo leones ſtabant juxta manus ſingulas. Et duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde. Non eſt factum tale opus in univerſis Regnis. *Dicitur autem in more fuiſſe poſitum, ut, cum Salomon primum gradum aſcenderet, præco elata voce, ut a circumſtantibus omnibus audiretur, pronuntiaret:* לֹא תַטֶּה מִשְׁפָּט Ne pervertas judicium: *cum ſecundum,* לֹא תַכִּיר פָּנִים Ne dignoſcas perſonas: *cum tertium,* לֹא תִקַּח שֹׁחַד Ne accipias munera: *cum quartum,* לֹא תִטַּע לְךָ אֲשֵׁרָה Ne conſeras tibi lucum (*videlicet Idololatriæ cauſſa:*) *cum quintum,* לֹא תָקִים לְךָ מַצֵּבָה Ne erigas ſtatuam: *cum ſextum* לֹא תִזְבַּח לַיְיָ אֱלֹהֶיךָ Ne ſacrifices Domino Deo tuo *bovem, aut agnum. Ubi autem in ſupremo ſolio Salomon erat, ut conſideret, præco eum his verbis admonebat:* דַּע לִפְנֵי מִי אַתָּה יוֹשֵׁב Scito coram quo tu ſedeas. *Ex nonnullis vero Rabbinis habetur, ſex leones utrinque in gradibus diſpoſitos altera manu hæc ſex monita inſculpta tribunali demonſtraſſe, alteram vero expanſam habuiſſe, quaſi Judices ea tranſgredientes eſſent diſcerpturi; poſtremum vero monitum de conſeſſu duos leones ad manuum ſuſtentacula collocatos indicaſſe. Hac de re mentionem faciunt R. Bechai ad Deuter. cap. 16. & alii Rabbini multis in locis in Commentario Rabbot, & alibi.*

שָׁחָה Diruere, deſtruere, devaſtare. Iſa. 37. 26. incurvare, inclinare ſe, decumbere. Job 38. 40. vaſtari, deſtrui. 2. Reg. 19. 24.

שְׁחַז Acuere, exacuere. Pſal. 7. 13. ligare *Talmudiſtis*. שְׁחִוּזוֹת ligatæ.

שְׁחַל Educere, extrahere. Exod. 2. 10. *in Jonathane*.

שַׁחֲלָא Leo ferox, immanis. Prov. 6. 13.

שְׁחַם Nigreſcere, nigrum, fuſcum, atrum eſſe. Geneſ. 30. 32. Job 6. 16. & 30. 30.

שְׁחִים, שְׁחוֹם Niger, ater, fuſcus. Gen. 2. 7. *in Jonathane. Plur.* שְׁחִימִים nigri. Job 6. 16.

שְׁחַן Calere, calefieri, calefacere ſe. Exod. 16. 21. 1. Reg. 1. 1. *Pahel* שַׁחֵן calefacere, calefaciendo fovere. Job 39. 19. Jerem. 17. 11. *Ithpahel* אִשְׁתַּחַן calefieri, calefacere ſe. Deut. 22. 11. *in Jonathane*.

שְׁחִין Calor, æſtus. Iſa. 18. 4. Eccleſ. 4. 11.

שַׁחֲוָן, שַׁחִין Calidus, calens. *In* בַּעַל עָרוּךְ Baal Aruch, *h. e.* Auctore Aruch *legitur:* מְשָׁל הֶדְיוֹט · עֶבֶד מֶלֶךְ כְּמֶלֶךְ דְּבוֹק לְשַׁחוּן וְיִשְׁחוּן לָךְ Proverbium vulgare. Servus Regis eſt quaſi Rex: adhære calido, & calor erit tibi; *ad verbum,* & caleſcet tibi. *Nimirum ſervi Regi proximi ex ejus majeſtate, & ſplendore dignitatem,* &

Digitized by Google

& honorem ex ſervitute, & miniſterio percipiunt, evaduntque quaſi quidam reguli inter reliquos ſervos vulgares, & inferiores; quemadmodum qui tempore frigoris cum calido ſe conjungit, caloris aliquid ab eo contrahit, & calefit.

שְׁחִין, שִׁיחֲנָא Inflammatio, ulcus calidum, apoſtema. Exod. 9. 10. שִׁיחֲנָא *eſt etiam* onus, ſarcina. *Hinc tritiſſimum Proverbium* לְפוּם גַּמְלָא שִׁיחֲנָא Juxta camelum erit onus: pro camelo ſarcina. *Nimirum cuilibet juxta vires onus imponendum, ne, ſi ſit gravius, quam ferre poſſit, miſere opprimatur, vel, ſi libens ſuſcipiat, & ad tempus ferat*, peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

מְשַׁחֲנָן Calidus. *Plur.* מְשַׁחֲנִין calidi. Job 37. 17.

שׁחף, שְׁחִיף Serpere, gradi, gradatim incedere. Eccleſ. 1. 5. Levit. 11. 42. *in Targum Hieroſolymitano.*

שַׁחֲפָא *Species avis immundæ. Aliis* æſalon; *aliis* larus. Levit. 11. 16.

שַׁחֶפְתָּא Tabes, phthiſis. Levit. 26. 16. Deut. 25. 22. *Jonathan habet* שַׁחְפּוּתָא, & שַׁחִפּוּתָא.

שׁחק Contundere, comminuere, conterere, atterere, in pulverem redigere. Exod. 30. 36.

שְׁחָקִין Veſtimenta attrita. Jerem. 38. 11. & *maſc.* Prov. 31. 7.

שְׁחִיקְתָא Attritio, vetuſtas, pars veſtimenti attrita. Levit. 13. 55. locus calvus, calvities.

שְׁחָקָא Cœlum, æther. *Plur.* שְׁחָקִין, שְׁחָקֵי cœli. Job 37. 18.

שׁחר Mane, tempeſtive, diluculo, ſedulo quærere, requirere, perveſtigare.

שַׁחֲרָא Aurora. *In Targum Hieroſolymitano.*

שַׁחַר Mane, tempus matutinum. תְּפִלַּת הַשַּׁחַר Precatio matutini temporis. *Hinc Hiphil* הִשְׁחִיר Matutinum eſſe, mane aliquid agere. *Ita* הֶעֱרִיב Veſpertinum eſſe, veſpere, & ad ſeram noctem aliquid agere. מַשְׁחִיר וּמַעֲרִיב בְּתוֹרָה Interdiu, noctuque operam dat Legi, *vel* Verbo divino.

הַשְׁחָרָה Vigilatio, actio matutina: דִּבְרֵי תוֹרָה צְרִיכִין הַשְׁחָרָה וְהַעֲרָבָה Verba Legis opus habent ſtudio matutino, & veſpertino, diurno, nocturnoque.

שַׁחֲרִית Idem. תְּפִלַּת שַׁחֲרִית Precatio matutina. *Sic* תְּפִלַּת עַרְבִית Precatio nocturna, *quæ poſt occaſum Solis nocte appetente fit.* תְּפִלַּת מִנְחָה Precatio veſpertina, *quæ ſub veſperam, h. e. tertiam, vel quartam horam recitatur. Hæc autem ſunt tria tempora ſolennia Precum apud Hebræos.*

II. שַׁחַר Cogere, impellere ad operas ſerviles Regi, aut Principi præſtandas.

III. שַׁחַר Requirere, exigere, petere, expetere. Iſa. 29. 20. Numer. 16. 15. 1. Sam. 12. 3.

IV. שְׁחַר Nigreſcere, nigrum, atrum eſſe, *vel* fieri. *Hiphil* הִשְׁחִיר Idem, & nigrum facere. מוּשְׁחָר Nigrum factum. *A-*

pud

pud Talmudicos מכי משחרי כותלי Ex quo nigreſcunt parietes, *h. e. ex quo dies inclinat, veſperæ appetunt. Tunc enim parietes, qui Orientem verſus ſpectant, quodammodo nigreſcunt.*

שַׁחֲוָרָה Atror, nigredo: melancholia. בַּעֲלֵי הַשְּׁחוֹרָה melancholici.

שָׁחוֹר Forfex minor, forficula. *Major enim dicitur* זוּג. *Nonnullis* novacula.

תִּשְׁחוֹרֶת Nigredo, juventus, *ita dicta a capillorum nigredine.* בֶּן הַתִּשְׁחוֹרֶת filius nigredinis, *h. e.* juvenis: מַלְאַךְ הַתִּשְׁחוֹרֶת Angelus nigtedinis, *videlicet* mortis, *quia nigram, ac tetram reddit faciem hominis, efficitque, ut omnia nigra, & obſcura ipſi evadant. In* פִּרְקֵי אָבוֹת *h. e.* Capitulis Patrum *cap.* 3. הֱוֵי קַל לְרֹאשׁ וְנוֹחַ לְתִשְׁחוֹרֶת Eſto levis, *ſive* velox erga Caput, & facilis erga juventutem, *vel* juvenem. *Admonentur homines alacriter Regibus, Principibus, & Magnatibus officia præſtanda eſſe, ne ob tarditatem, aut difficultatem obſequii mulctentur; facilitatem autem, & bonitatem erga juventutem exercendam, non tamen eam, quæ efficiat, ut inſoleſcant, & modeſtiæ obliviſcantur, quæ ſingulare eſt juventutis decus, & ornamentum.*

שַׁחוּרִין, שִׁיחוּרִין Carbones, prunæ. Iſa. 44. 12. & 54. 16.

שחרר Dimittere liberum, manumittere, libertate donare. Geneſ. 30. 49. *in Jonathane. Ithpahel* אִשְׁתַּחְרַר manumitti, libertate donari. Exod. 21. 7. *In Tractatu* פסחים Peſachim *fol.* 113. בִּתָּךְ בָּגְרָה שַׁחְרֵר עַבְדָּךְ וְהַב לַהּ Ubi filia tua adulta, vel pubes fuerit, manumitte ſervum tuum, & dato eam ipſi. *Hoc monuerunt patres, ut filias ſtatim in matrimonio collocarent, ubi ad pubertatis annos perveniſſent, ne cum familiæ dedecore paulatim ſcortari cum ipſis famulis inciperent.*

שַׁחְרוּרָא Dimiſſio, manumiſſio, libertas. Levit. 19. *in Jonathane.*

שחת *Hebraice.* Corrumpere, perdere. *Pihel* שַׁחֵת idem. Geneſ. 13. 10. Deuter. 9. 12.

שׁוּחְתָא Corruptio: fovea, foſſa. Job 33. 18.

שְׁחִיתָא Idem. Ruth 4. v. ultimo.

שְׁחוּתָא, שׁוּחַתָא, שְׁחָתָא Foſſa, fovea. Job 17. 14. & 33. 18.

שַׁחְתָּא Manica, ſinus. Prov. 19. 24. & 26. 15.

שַׁחְתָּא Farrago: *aliis* fœnum. Amos 7. 1.

שטא, שְׁטָה Stulte agere, inſanire. *Ithpahel* אִשְׁתַּטֵּי Stultum, amentem, inſanum ſe fingere, inſanum agere. Deuter. 28. 34. 1. Reg. 18. 26.

שַׁטְיָא, שָׁטֵי Stultus, ſtolidus, inſanus, amens. 1. Sam. 21. 14. *Plur. emphat.* שַׁטְיַיָּא ſtulti. 1. Sam. 21. 15. *Fœm.* שַׁטְיָין ſtultæ. Eccleſ. 7. 5.

שְׁטוּתָא, שְׁטוּת Stultitia, ſtoliditas, amentia, inſania. Eccleſ. 2. 3.

שַׁטְיוּתָא Idem. Prov. 14. 8.

שִׁיטָא, שִׁיטָה Linea, ordo, ſeries, ſtylus. *Plur.* שִׁיטִין lineæ.

Ex-

Digitized by Google

שָׁטַח Expandere, extendere. Numer. 11. 32. Iſa. 28. 21. *Ithpahel* אִשְׁתַּטַּח proſtrare; incurvare ſe. Deut. 9. 25. *Aphel Participium* מַשְׁטַח expandens. Job 12. 23.

מַשְׁטַח Expanſio, extenſio. 2. Reg. 18. 17.

שְׁטִיחַ Expanſum. *Erat pellis ſtrata in terra pro mappa linea, vel pulvinari, cum olim in terra diſcumbentes prandere ſolerent. Plur.* שְׁטִיחִין elitellæ, ſarcinarum ephippia, *quæ adhibentur, ne muli onera ferentes dorſo rodantur, vel vulnerentur.*

שׁטט שִׁיטָא, שִׁטָּא Cedrus. Exod. 25. 10. *in Jonathane. Plur.* שִׁטִּין cedri. Exod. 25. 23. *Apud Talmudiſtas in* ראש השנה *fol.* 23. *decem ſunt cedrorum ſpecies. Apud Iſaiam ſeptem ſpecies ita explicantur;* אֶרֶז *h. e.* ארזא cedrus *per ſe, & ſimpliciter,* בְּרוֹשׁ *h. e.* ברתא buxus; תְּאַשּׁוּר *h. e.* שרבינא, *quod fortaſſe eſt* ſorbus, *arbor procera;* סִטָּה *h. e.* תורניתא pinus; תִּדְהָר *h. e.* שָׁאגָא abies; הֲדַס *h. e.* אסא myrtus; & עֵץ שֶׁמֶן *h. e.* אפרסמא balſamum, *cujus oleum dicitur opobalſamum, vel oleum balſaminum. His poſtea adjectæ ſunt tres aliæ ſpecies* אלונים, אלמונין, אלמונים, *videlicet* אלונים *h. e.* בוטמי ulmus; אלמונין *h. e.* בלוטו quercus, אלמונין *h. e.* כסיתא coralium. *In* ילמדנו Jelammedenu *ſect.* וארא *legitur hoc Proverbium:* מן שטיא לית הניא אלא מן קציה Ex cedro nulla utilitas, niſi ex ſuccisione ejus. *h. e. juxta verba Baal Aruch:* Ex cedris nulla homini eſt utilitas, (propterea quia fructus non proferunt) niſi ſuccidantur, & ex iis omnis generis vaſa fiant, aut ſuccendantur. Sic Pharao non fuit aptus, niſi ad verbera: *h. e.* ab eo nihil, niſi plagæ, & verbera, impetrari potuit.

שָׂטָן Adverſarius, hoſtis, inimicus, Satan, diabolus. 1. Reg. 5. 4.

שָׁטַף Immergere, immergendo abluere. Levit. 15. 11. Pſal. 124. 4. *Ithpehal* אִשְׁתְּטַף immergi, lavari. Levit. 6. 21. 2. Sam. 11. 2.

Rabbinis שָׁטַף *eſt etiam* feſtinare, currere cum impetu *more aquæ exundantis. Sententia proverbialis:* בְּשַׁעַת עָקְתָא נִדְרָא בְּשַׁעַת רְוָחָא שִׁיטְפָא Tempore anguſtiæ votum; tempore reſpirationis inundatio. *Nimirum ægroti mortem timentes vovent, ſe probos, & pios futuros, ſi priſtinæ incolumitati reſtituantur; at e lecto ſurgentes, & ab ægritudine, ac morbo liberati voti ſtatim obliviſcuntur, & diluvii inſtar ſceleribus, & iniquitatibus, quaſi inundatione, abripiuntur. Id confirmant Rabbini Jacobi exemplo, qui profecturus in Syriam votum vovit* Geneſ. 28. 20. *at itinere feliciter confecto, voti oblitus eſt. Quare Deus* Geneſ. 35. 1. *ipſum admonuit:* קוּם עֲלֵה בֵית אֵל Surge, aſcende in Bethel &c.

שִׁיטְפָּא, שִׁטְפָּא, שִׁטְפָא Inundatio. Job 38. 25. *Plur.* שִׁטְפִין inundationes. Numer. 21. 20. *in Jonathane.*

שִׁטּוּף Idem. Jerem. 12. 5.

שְׁטַר, שִׁטְרָא Gubernatio, dominatus. Dan. 7. 1. *Plur.* שִׁטְרִין.

Conſtr.

Conſtr. שׁטרי dominationes. Job 38. 33.

שׁטר, שׁטרא Litteræ procurationis, libellus, ſcheda: inſtrumentum litterarum, *vel* contractus. Jerem. 32. 11. *Plur.* שׁטריא Jerem. 32. 14.

Generalius Rabbini nomen שׁטר *uſurpant. Hinc apud ipſos* שׁטר כתובה Litteræ matrimoniales: שׁטר חוב Litteræ debiti, *h. e.* Chirographum debitoris: שׁטרי חליצה Litteræ Juris affinitatis: שׁטר צואה Litteræ præceptionis, *h. e.* teſtamentum. שׁטר הרשאה Litteræ licentiæ, quibus alicui poteſtas conceditur exigendi debiti. *Plur.* שׁטרי הודאות Litteræ confeſſionis debiti. *Fœmin.* שׁטרות. *Hinc* שׁטרות מחילה Litteræ remiſſionis debiti, *h. e.* apocha, confeſſio ſolutionis. כל השׁטרות שׁחותמים גוים פסולים חוץ משׁטרי מקח וממכר ושׁטרי חוב וכו׳ Omnes contractus ſubſignati per gentes, *videlicet Chriſtianos*, irriti ſunt, exceptis contractibus empti, & venditi, & contractibus debiti &c. מנין שׁטרות Numeratio contractuum.

De Origine Æræ Contractuum.

Origo autem numerationis contractuum *eſt hujuſmodi. Cum Alexander Macedonum Rex Perſarum Regnum penitus deleviſſet, caſtraque moviſſet contra Jeruſalem, ut eam ſolo æquaret, Simeon Pontifex Maximus, qui Juſtus cognominatus fuit, ſacris veſtibus indutus ei obviam profectus eſt, ut ingruenti malo occurreret, ruinamque imminentem averteret. Itaque Rex Alexander tum viri majeſtate, tum precibus commotus non ſolum ab oppugnatione Jeruſalem abſtinuit, ſed præterea omnibus beneficiis cumulavit, Judæorumque gentem ea tantummodo conditione ſibi ſubjectam eſſe voluit, ut ab eo anno in rei memoriam omnibus Sacerdotum filiis Alexandri nomen imponeretur, contractuumque inſtrumenta non a Mundi anno, ſed ab Alexandri nativitate clauderentur, quæ ſupputatio* מנין שׁטרות numeratio contractuum, *vel* æra Contractuum *poſtea cæpit appellari.*

שׁטר Latus, ora, extremitas.

שׁיח Liquidum, liquefactum. Exod. 16. 21. *in Targum Jonathanis, & Hieroſolymitano.*

שׁחי, שׁחיא בית Axilla, locus concavus ſub brachio. *In Targum Jonathanis.* Deut. 22. 5.

שׁיט, שׁיטא *Vide in* שׁוט, שׁטח, שׁטט.

שׁין Mejere, mingere. *Cum turpe putarent, & obſcænum antiqui hoc Verbum proferre, non admodum propterea uſu tritum fuit.*

שׁינא Urina, aqua veſicæ. *In* ברכות Berachȯt *fol.* 62. שׁינא בעמוד השׁחר כאסטמא לפרזלא Mictio, *ſive* urinæ emiſſio ad ortum auroræ eſt *corpori* ſicut chalybs ferro. *In Textu Sacro bis reperitur ſcriptum*

Digitized by Google

ptum שִׁינֵיהֶם, *quod fuiſſet punctandum*, & *legendum* שֵׁינֵיהֶם, *ſed quia conſuetudine inveterata receptum erat, ut voces obſcœnæ non legerentur, ideo ejus vice legerunt*, & *pronunciarunt* מֵימֵי רַגְלֵיהֶם aquas pedum ſuorum, *ut notarunt Maſorethæ* Iſa. 36. 12. 2. Reg. 18. 27. *R. autem Salomon exponit* שׁינֵיהם *per* צואה לחה excrementum humidum, *h. e.* urinam. *Eodem modo a Germanis* urina *vocatur honeſtatis gratia* aqua, & *ab Hebræis* aquæ pedum, *quia e medio pedum emittitur*.

שִׁיעַ *Vide in* שׁוע.

שֵׁיר Monile, armilla, catena, catenula: *ornamentum ex auro confectum tum ad ornanda brachia, vulgo vocatum* armillæ, *tum ad ornandos pedes, dictum* periſcelides. *In Tractatu* שבת Sabbàt *cap.* 5. Cum quibus rebus jumentum *in Sabbato* egreditur, & cum quibus non egreditur? וסוס בשיר וכל בעלי השיר יוצאין בשיר ונמשכין בשיר Et equus cum catena, & omnia, quibus catenæ competunt, egrediuntur cum catena, & trahuntur cum catena. *Catena eſt, quæ equis, canibus, aliiſque ſimilibus animalibus accommodatur, cui adhæret annulus cum loro, ſive fune, quo animal ducitur. Hæc igitur catena ad cuſtodiendum animal adhibita non cenſetur onus, ideoque animal cum ea ſine Sabbati violatione egredi poteſt; at onera, quatenus onera ſunt, Sabbato geſtare tum hominibus, tum animalibus vetitum. Plur.* שֵׁירִין monilia, catenæ, armillæ. Geneſ. 24. 22. compedes. Pſal. 149. 8. *Conſtr.* שֵׁירֵי catenæ. Iſa. 3. 20.

שֵׁירָאִים Veſtimenta, *ſive* pallia ſerica.

שִׁירָאָה Idem.

שֵׁירָה, שֵׁירָא, שֵׁיר Turma, turba, caterva, exercitus. בְּשֵׁירָה catervatim. *Plur.* שֵׁירָת, שֵׁירָן turmæ.

שִׁיר *Vide in* שׁור.

שַׁיִשׁ, שֵׁישָׁא Marmor. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo*. אַבְנֵי שֵׁישָׁא lapides marmorei.

שִׁית *Vide in* שׁת.

שֵׁית, שֵׁיתָא Agnus. וְתוֹרְתָא או שֵׁיתָא Aut bovem, aut agnum. *Hebraice* שֶׂה. Levit. 22. 28.

שָׁכַב Jacere, cubare, accumbere, decumbere, concumbere, incumbere, recumbere. Gen. 26. 13. occumbere, mori. Ruth 4. 22. *In* בבא מציעא Bavà Metzià *fol.* 85. לָא שְׁכִיב אֱנָשׁ וְמָנֵיה Non moritur homo abſque tempore ſuo, *h. e. ante tempus a Deo ipſi ſtatutum. Cum autem qui decumbit, ægrotet aliquando, ſignificat etiam* שְׁכַב ægrotare. *In hoc tamen ſenſu plerumque ei adjicitur* מְרַע, *ut* שְׁכִיב מְרַע decumbit ex morbo. *Item* dormire. Iſa. 56. 10. *Ithpehal Fut.* נְשֵׁיהוֹן יִשְׁתַּכְבָן Fœminæ eorum vitiabuntur, concubitu violabuntur. Zach. 14. 2. *Ex Aphel Præterito* וְאַשְׁכַּבְתֵּהּ & cubare, dormire facies eum. Judic. 16. 19. deponere: וְאַשְׁכִּיבְתֵּיהּ לְוָתַהּ & depoſuit eum apud ſe. 1. Reg. 3. 20.

שְׁכִיבָא, שְׁכִיב Jacens, ægrotus. 1. Sam. 19. 14. dormiens: mortuus. Eccleſ. 3. 4.

Cum uſurpatur de ægrotante additur ei plerumque מְרַע. Geneſ. 48. 1. *Plur.* שְׁכִיבִין, שְׁכִיבַיָּא dormientes: ægroti: mortui. Eccleſ. 4. 2.

שְׁכִבְתָּא, שְׁכוּבָא & שׁוּכְבָא, שִׁכְבָא Cubatio, concubitus. Iſa. 50. 11. Levit. 15. 16. *in Jonathane*.

מִשְׁכְּבָא, מִשְׁכָּב Cubile, lectus, ſtratum, cubiculum: concubitus. Levit. 15. 4. *Plur.* מִשְׁכְּבֵי אִתְּתָא concubitus mulieris. Levit. 18. 20. מִשְׁכְּבֵי דְכוּרָא concubitus maſculi. Numer. 31. 18.

מַשְׁכוּבִיתָא Aries, *ductor gregis*. Geneſ. 30. 40. *in Jonathane*.

שְׁכַב, שְׁכָב Meta. *Molæ pars inferior, ita dicta, quia cubat infra ſuperiorem, quæ dicitur* רְכַב, *vel* רְכָב *quaſi* vehens ſuper inferiorem. *Latine* catillus.

שכח *Aphel* אַשְׁכַּח Invenire, reperire, deprehendere, aſſequi, conſequi. Geneſ. 2. 4. Numer. 20. 14. *Ithpahel* אִשְׁתְּכַח & *Ithpehal* אִשְׁתַּכַּח idem. Dan. 6. 22. Eſdræ 6. 2.

שְׁכִיחַ Inventum, præſens. *Idem ac* הַנִּמְצָא quod exiſtit, & invenitur: דְּלָא שְׁכִיחַ quod non amplius invenitur, & exiſtit.

שׂכל *Vide* סכל.

שכלל *Pahel*. Perficere, abſolvere, conſummare, finire. Ezech. 27. 4. fundamentum ponere. Iſa. 45. 18. *Ithpahel* אִשְׁתַּכְלַל perfici, abſolvi, finiri. 1. Reg. 6. 38.

שַׁכְלוּל Perfectio, conſummatio, abſolutio: fundamentum. Geneſ. 7. 11. *in Targum Hieroſolymitano*.

מְשַׁכְלַל *pro* מְשֻׁכְלָל Perfectum, abſolutum, conſummatum. Ezech. 28. 11. *Fæmin.* מְשַׁכְלְלָא perfecta. Ezech. 27. 2.

שַׁכְלוּלִין Fundamenta. 2. Sam. 22. 8.

שְׁכֶם Sichem. *Nomen proprium filii Hemor, qui Dinam Liæ filiam turpiter violavit, cujus nefas alii ejus concives cum ipſo morte luerunt. Rem totam vide* Geneſ. 34. *Hinc natum Proverbium* שְׁכֶם נְסִיב וּמִגְבַּאי קְטִיל Sichem rapuit, & Migbài fuit ſucciſus; *illi ſimile*, Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi, *quæ Proverbia de iis uſurpantur, qui alienæ culpæ pœnas perſolvunt. Sæpe a poſteris etiam ſupplicia a Majoribus merita luuntur, & ſæpe nonnulli ex plebe unco impacto ad mortem a carnifice trahuntur ob minores culpas iis, quas nobiles commiſerunt, quoſque vel gratia, vel opulentia, vel offenſionis metus a publico ſupplicio eripit, & immunes reddit. Nam ſæpiſſime contingit, ut juxta Juvenalem* det veniam corvis, vexet cenſura columbas. *Ut autem quis fuerit* מִגְבַּאי Migbài, *de quo mentio in Proverbio, intelligatur, res altius repetenda. Nimirum poſt violatam Dinam, & pactum de circumciſione ſancitum cum Hebræis, Hemor pater, & Sichem filius ad portam urbis ſe contulerunt, ingredienteſque quoslibet allocuti, blandis ſermonibus, & verbis iis perſuaſerunt, ut ſinerent, ſe circumcidi, & pro certo haberent, ſe ex commercio cum Jacob, ejuſque familia divites, & opulentos evaſuros.* וַיִּשְׁמְעוּ אֶל־חֲמוֹר וְאֶל־שְׁכֶם בְּנוֹ

Et

כָּל־יוֹצְאֵי שַׁעַר עִירוֹ וַיִּמֹּלוּ כָּל־זָכָר כָּל־יֹצְאֵי שַׁעַר עִירוֹ׃ Et obediverunt Hemor, & Sichem filio ejus omnes egredientes per portam urbis iſtius, & circumciſus eſt omnis mas omnium exeuntium ex porta urbis ejus. Geneſ. 34. 24. *Itaque tandem civis quidam ex agro veniens* טָעִין מוֹבִילְתֵיהּ portans onus ſuum, *nomine* מִגְבַּאי Migbài, *audiens hiſtoriam de Sichem, & Dina ait:* שְׁכֶם נְסִיב וּמִגְבַּאי קְטַע Sichem accepit, *videlicet* uxorem, & Migbài exſcinditur. *De nomine* מִגְבַּאי Migbài *contentio eſt, & digladiatio inter Auctores. Ex iis multi legunt* מִגְבַּאי Migbài, *alii vero* מִבְגַּאי Mibgài *a radice* בגא *quaſi* מִבְגַּאי Mibgài *ſit* agricola, cultor terræ. *Nos arbitramur eſſe nomen proprium urbis Sichem civis, præſertim cum alia nomina propria in Proverbia traducta ſint, ut* שילו חטא ויוחנא משתלם Schilo peccavit, & Jochanà, ſive Johannes perſolvit debitum. *Sic* טוֹבִיָּה חָטָא וְזִיגוֹד מִנְגַּיד Tobias peccavit, & Zigod mulctatus eſt. *Cum enim Zigod Tobiam de ſcelere patrato accuſaſſet, neque teſtimonium ejus ſolius ſufficeret ad convincendum Tobiam, Zigod tamquam calumniator, & ſycophanta ad flagra fuit condemnatus. Cum igitur verberibus plecteretur, dicitur in Tractatu* פְּסָחִים Peſachîm *fol.* 113. *Judici regeſſiſſe:* Tobias peccavit, & Zigod mulctatus eſt.

שְׁכַן *Pahel.* דְּשַׁכֵּן qui habitare fecit. Cant. 3. 10.

שְׁכֵנָא Habitator, vicinus. Prov. 27. 10. טַב שְׁכֵנָא קָרִיב מֵאַח רָחִיק Melior eſt vicinus propinquus, quam frater longinquus. Prov. 27. 10. *In Bibliis Venetis male legitur* שְׁכִינָא. *In* סכה Succà: אוי לרשע ואוי לשכנא Væ improbo, & væ vicino ejus. *A vicino enim malo ſemper malum aliquod imminet. Hinc illud:* איזה חלי רע יותר שכן רע Quænam eſt ſumma ægritudo? vicinus malus. *Itaque extat Rabbinorum monitum:* הרחק משכן רע Elonga te a vicino malo.

שְׁכוּנָא Tabernaculum, tentorium. *Plur. maſc.* שְׁכוּנִין tabernacula, tecta caſtrenſia. Jud. 8. 11. *Rabbinis* cubilia, cubicula. *Fœm.* (שְׁכוּנָן) Jobi 15. 28.

שְׁכִינְתָא, שְׁכִינָא Habitatio: divinitas, gloria, majeſtas divina inter homines habitans.

De dictione שְׁכִינָה Scechinà *in uſu apud Rabbinos, cui ſubjecta eſt ſignificatio* Divinæ majeſtatis, & gloriæ.

Hoc nomen שְׁכִינָא, *vel* שְׁכִינָה *ab Hebræis in ſpecie uſurpari ſolet de Dei præſentia, gloria, & majeſtate, qua hominibus præſens eſſe dicitur, cum iis commorari, & gratia, atque auxilio ſuo iis adeſſe. Ex Elia in Tiſbi voce* שְׁכִינָא *deſignatur* רוּחַ הַקּוֹדֶשׁ Spiritus Sanctus, *quod quidem aliquando, non tamen ſemper, verum eſſe ii optime norunt, qui Hebræorum libros verſant. Apud Rabbinos dictio* שְׁכִינָה *paſſim occurrit. Hinc illud:* אין השכינה שורה מתוך צער אלא מתוך שמחה Divina præſentia non quieſcit in tri-

triſtitia, ſed in lætitia; *h. e. ſuper homines triſtes, ſed ſuper lætos, & hilares. Ajunt itaque* שְׁכִינָה Divinam majeſtatem *a Jacob diſceſſiſſe nimio plus Joſephum lugente, quem a fera dilaniatum arbitrabatur, Geneſ. 34. ad eumdem autem hilarem rediiſſe, ubi intellexit, Joſephum in Ægypto adhuc vivere, eique in maxima dignitate conſtitutum præeſſe. Id vero innui verbis illis Geneſ. 45. 27.* וַתְּחִי רוּחַ יַעֲקֹב אֲבִיהֶם Et revixit ſpiritus Jacob patris ipſorum, *quæ verba* וַתְּחִי רוּחַ & revixit ſpiritus, *R. Salomon exponit* שרתה עליו שכינה quievit ſuper eo Divinitas, *quæ ab eo propter mærorem, & luctum diſceſſerat; OnKelos vertit* וּשְׁרָת רוּחַ קוּדְשָׁא & quievit Spititus Sanctus *ſuper Jacob; Jonathan autem reddit* וּשְׁרָת רוּחַ נְבוּאָה Et quievit ſpiritus Prophetiæ; *qui diſceſſerat ab eo, quando vendiderunt Joſephum. In Tractatu* נדרים Nedarìm *fol.* 38. *legitur:* אין הקבה משרה שכינתו אלא על גבור ועשיר וחכם ועני *h. e.* Deus non facit habitare Divinitatem ſuam, niſi ſuper forti, divite, ſapiente, & humili. *Sic* השכינה שורה עם הענוים והשפלים ובורחת מגאים ומכעסנים Divina gratia habitat cum manſuetis, & humilibus; fugit autem a ſuperbis, & iracundis. *Singula vero Moſis exemplo ab iis probantur. In cap. 3.* פרקי אבות *legitur:* עשרה שיושבים ועוסקים בתורה שכינה שרויה ביניהם *h. e.* Decem qui ſedent, & operam dant Legis ſtudio, Divinitas habitat inter illos, *h. e.* שכינה עמהם Divinitas eſt cum ipſis, *vel* שכינה האלהית שרויה ביניהם Majeſtas divina habitat inter eos, *juxta illud Pſal.* 82. 1. אֱלֹהִים בְּקֶרֶב אֱלֹהִים Deus in medio Judicum judicat. *Aliquando autem* שְׁכִינָה, & רוּחַ הַקּוֹדֶשׁ *promiſcue a Rabbinis uſurpatur. R. Salomon* 1. Sam. 1. v. 15. *ſcribit ad verba Annæ Sacerdoti Eli reſpondentis:* לֹא אֲדֹנִי Non mi domine, *videlicet ebria ſum*, ſed mulier amaro animo, *h. e. mæſta, & triſtis.* Quaſi diceret: Non tu es dominus (*judex*) in cauſa hac, ſed prodis te ipſum, שאין רוח הקדש שרתה עליך *quod Spiritus Sanctus non habitat apud te*, ut ſcire poſſis, num ebria ſim. *Hanc Gloſſam petiit R. Salomon ex* ברכות Berachòth *fol.* 31. לא ארון אתה בדבר זה לאו אינא שכינה ורוח הקדש גבך שדנתני לכף חובה ולא לכף זכות *h. e.* Non tu es dominus in cauſa hac: non eſt Divinitas, & Spiritus Sanctus apud te, quod judicaſti me tamquam culpabilem, non autem ut inſontem. *Porro ex loco Geneſ. 45. 27. a R. Salomone, OnKeloſo, & Jonathane expoſito videntur tria illa* שְׁכִינָה Divinitas, רוּחַ קוּדְשָׁא Spiritus Sanctus & רוּחַ נְבוּאָה ſpiritus Prophetiæ *pro una eademque re poni, atque idem ſignificare, ſed alibi omnino inter ſe diſtinguuntur. Etenim in* יוֹמָא Jomà *cap. 1. ubi quinque res, quæ fuerunt in Templo primo, non dicuntur fuiſſe in Templo ſecundo, ſuntque* Arca cum operculo propitiatorio, & Cherubim, Ignis cœleſtis, Majeſtas Divina, Spiritus Sanctus, Urim & Tummim, שְׁכִינָה Majeſtas Divina, & רוּחַ הַקּוֹדֶשׁ Ruach haccòdes, *vel* רוּחַ קוּדְשָׁא Ruach cudeſcà, *h. e.* Spiritus Sanctus *ſunt*

res

Digitized by Google

res diverſæ. Hinc Auctor Arùch has quinque res in Radice כבר *enumerat, cujus verba hæc ſunt, ne quiſquam erret, vel alias obtrudat, ut nonnulli fecerunt.* Scriptum eſt ואכבר, & legimus ואכברה. Haggæi 1. 8. Quid docet nos iſta diverſitas? Quinque res, quæ defuerunt in Templo ſecundo ex Templo primo. Fuerunt autem hæ: ארון כפורת וכרוב אחד, שכינה שני, רוח הקודש שהוא נבואה שלישי, אורים ותומים רביעי אש מן השמים חמשי: *h. e.* Arca, operculum, & Cherubim, una res: Divina majeſtas, res ſecunda: Spiritus Sanctus, qui eſt Prophetia, res tertia: Urim & Tummim, res quarta: Ignis de Cœlo, res quinta. *Ex hactenus dictis jure inferri poteſt, nomine* שְׁכִינָה gloriam Dei, majeſtatem Dei *deſignari, cui nomini* שכינה *ad unguem reſpondet Græcum* σκηνὴ *in Apocalypſi D. Joannis cap. 21. v. 3. cum ait:* Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης. Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν Θεὸς αὐτῶν. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus ejus erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.

מַשְׁכָּנָה, מִשְׁכַּן Habitatio, habitaculum, tentorium, tabernaculum. Exod. 25. 9. Joſ. 18. 1. *Plur.* מַשְׁכְּנִין tabernacula. Geneſ. 4. 20. Pſal. 132. 5.

מַשְׁכּוֹנְתָּא, מַשְׁכּוֹנָא Arrha, pignus. Exod. 22. 25. Amos 2. 8. *Sic appellatur pignus, quia, juxta opinionem Eliæ,* הוא שָׁכֵן habitat, *ſeu* commoratur *in manu creditoris, ſeu mutuo dantis, donec redimatur.*

מַשְׁכֵּן Pignorari, pro pignore, in pignus accipere, mutuare ſub pignore. Exod. 22. 25. *in Jonathane.* Prov. 27. 13. *R. Salomon* Exod. 38. 21. *ad verba* הַמִּשְׁכָּן מִשְׁכַּן *ſcribit:* Duabus vicibus dicitur מִשְׁכָּן ad indicandum, quod Sanctuarium נִתְמַשְׁכֵּן oppignerabitur duabus vaſtationibus propter peccata Iſraelitarum; *h. e.* quaſi pignus occupabitur ab hoſtibus, *ut habetur in* יְלַמְּדֵנוּ Jelammedènu. *Sic habetur in Exodo rabbà ſect.* 31. Si tranſgrediemini præcepta hæc, אני ממשכן שתי משכנות ego pignori dabo duo pignora, *videlicet bis in pignus dabo Sanctuarium meum,* ſicut dicitur אִם חָבֹל תַּחְבֹּל Exod. 22. 25. Tum dixit Moſes: ולעולם הם ממושכנים *anne in perpetuum manebunt oppignerata?* Reſpondit Deus. Non, ſed donec adveniat Sol, *h. e.* Meſſias, ſicuti dictum eſt Malach. 3. 20. וְזָרְחָה לָכֶם יִרְאֵי שְׁמִי שֶׁמֶשׁ צְדָקָה וּמַרְפֵּא Exorietur vobis, qui timetis nomen meum, Sol juſtitiæ, & curationis. *Hactenus* מדרש רבא Medràs Rabbà.

שְׂכַר, שִׂכְרָא Merces, præmium. *Verbum autem* שְׂכַר mercede conducere: mercedem dare, *vel* ſolvere. *In Targum transfertur per* אֲגַר *Hine* הַשּׂוֹכֵר אֶת־הַפּוֹעֲלִים Conducens operarios.

Mer-

שָׂכִיר Mercenarius, operarius mercede conductus. *In Textu autem Hebraico nomine* שָׂכִיר, תּוֹשָׁב, & גֵּר *Proſelyti ut plurimum intelliguntur.*

De Proſelytis.

Præter ea, quæ de Proſelytis in hoc Lexico pag. 73. & *in meo Lexico Hebraico typis Seminarii Patavini edito anno* 1732. *pag.* 114. 115. 116. *dicta ſunt, placet hæc addere. In.* ילקוט JalKùt *tria Proſelytorum genera conſtituuntur.* Triplices ſunt Proſelyti, vel peregrini: unus eſt, qui peregrinus evaſit propter cibum; alter, ut alatur, ceu pauper; alter propter Nomen Sancti Benedicti, *ſcilicet propter Deum, qui a Rabbinis per abbreviaturam dicitur* הקבה Sanctus Benedictus. *Proſelytus primi generis in Sacris litteris ſimpliciter appellatur* גֵּר Exod. 22. 21. *alter addito epitheto* גֵּר תּוֹשָׁב Levit. 25. 47. *tertius per periphraſim deſignatur* Exod. 20. 10. Deuter. 14. 21. *qui idem etiam a Rabbinis vocatur* גֵּר שַׁעַר. *Nomen autem* Proſelytus *trahit originem a voce Græca* προσήλυτος, advena, adventitius, *quæ dictio deducitur a præpoſitione Græca* πρὸς ad, & ἔρχομαι venio; *vocatur etiam* ἔγγηρατος, & *Latine* peregrinus, *ſicuti habetur* Exodi 22. 21. *Cunæus de Republica Hebræorum lib.* 1. *cap.* 6. Proſelyti fuere alienigenæ, qui ex Gentibus procreati, ſed ab Idolorum ad Dei cultum traducti circumciſione donati ſunt, quos Deus pro indigenis haberi mandavit Exod. 12. *Proſelyti ex Græcis facti a nonnullis Auctoribus appellantur* Ἑλληνισταὶ Græcanici. *Verumtamen alii multo melius latiorem huic voci ſignificationem ſubjectam eſſe volunt, ita ut per* Ἑλληνιστὰς Græcanicos, Græciſtas *Judæi quilibet intelligantur tum in Græcia, tum in aliis regionibus viventes,* & *Græca LXX. Verſione utentes; per* Ἕλληνες Græcos *autem pagani indicentur in Græcia degentes. De prioribus mentio fit* Actor. 6. 1. Ortum eſt murmur γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους Græciſtarum adverſus Hebræos. *Per* Ἑλληνισταὶ *intelligendi ſunt Hebræi ortu,* & *religione. Ideo autem hoc nomine appellantur, quia ipſis Græciam incolentibus, vernaculoque ſermone Græco utentibus Græca Bibliorum Verſio erat in uſu. Hi poſtea Chriſtianam religionem amplexi ſunt. Per* Ἑβραίους Hebræos *vero Hebræi intelliguntur* & *lingua Hebræa,* & *Bibliis Hebræis utentes. Itaque ex patre Hebræo, vel matre Hebræa originem trahentes Hebræi appellabantur; nati vero tum ex patre, tum ex matre Hebræis, Hebræi ex Hebræis dicebantur, cujuſmodi fuit D. Paulus, qui ad Philippenſes* 3. 5. *de ſe ait:* Περιτομῇ ὀκταήμερος, ἐκ γένους Ἰσραήλ, φυλῆς Βενιαμίν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Circumciſus octavo die, ex genere Iſrael, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis. *Sic Hebraice* בגבג Bagbag *vocabatur ortus ex patre,* & *matre Proſelytis, h. e.* בֶּן גֵּר filius Proſelyti, & בֶּן גִּיֹּרָה filius Proſelytæ; *natus vero ex Proſelyto, vel Proſelyta dicebatur* בֶּן גֵּר filius Proſelyti, *vel* בֶּן גִּיֹּרָה filius Proſelytæ. *Verum Proſelytorum nomen ſpeciatim tributum*

rum ſuiſſe iis teſtatur Cœlius Rhodiginus lection. antiq. lib. 5. *cap.* 9. *qui ex Gentibus vel Judaicam religionem amplectebantur, vel in ſe ſuſcepta ſeptem Noachi. præceptorum obſervatione inter Judæos habitabant. Leguntur autem ſeptem Noe præcepta in* סנהדרין Sanhedrìn *fol.* 56. *ſuntque hæc.* 1. עַל עֲבוֹדָה זָרָה de cavenda Idololatria. 2. עַל בִּרְכוֹת הַשֵּׁם de benedictionibus Dei. 3. עַל שְׁפִיכוּת דָּמִים de effuſione ſanguinis, *vel* homicidio. 4. עַל גִּילוּי עֲרָיוֹת de non revelanda turpitudine, *ſeu* fornicatione. 5. עַל הַגָּזֵל de rapina. 6. עַל הַדִּינִים de judiciis. 7. עַל אֵבֶר מִן הַחַי de membro animalis vivi *non comedendo*. *Ex his præceptis ſex priora dicuntur a Rabbinis Adamo tradita, ſeptimum vero Noe. Porro quamvis Proſelyti juſtitiæ privilegiis omnibus Iſraelitis communibus uſi fuerint, nimirum civitatis, & ſacrorum;* Levit. 19. 34. *illud tamen ſtatutum, ne quis Proſelytus numero Seniorum* סנהדרין Sanhedrìn *adſcriberetur. Id confirmat Majemonides inquiens, Proſelytos factos in rebus omnibus ſimiles fuiſſe Iſraelitis, & circumciſos, ac baptizatos ex decreto Senatus impetraſſe poteſtatem utendi, fruendi commodis, privilegiis, ac prærogativis omnibus, quæ civibus Reipublicæ Judaicæ natis, & originariis competebant, cum eo tamen diſcrimine, quod cives originarii nonnullis privilegiis gaudebant, quibus Proſelyti, & adſcititii privabantur. Hinc Seldenus lib.* 11. *de Jure natur. & Gentium c.* 11. *docet, in Jure Iſraelitico alia ad vitæ rationem in officiis tum erga Deum, tum erga proximum præſtandis ſpectaſſe, alia ad Magiſtratus, & Præfecturas capeſſendas. Priora Iſraelitis natis, & Proſelytis communia erant, a poſterioribus vero Proſelyti prorſus arcebantur. Tribus ceremoniis in Judæorum numerum Proſelyti juſtitiæ recipiebantur, nimirum* בִּטְבִילָה baptiſmo, בְּמִילָה circumciſione, & קָרְבָּן ſacrificio. *Proſelyti autem inquilini cur ita appellentur, rationem reddit Majemonides in* הלכות אסורי ביאה *cap.* 14. *n.* 7. Quare vocatur Proſelytus inquilinus? quia licitum nobis eſt permittere, ut inter nos habitet in terra Iſraelis. *Nullos Proſelytos inquilinos Judæi e Palæſtina ejecti agnoverunt, ac propterea Chriſtus Proſelytos juſtitiæ deſignat, cum Matth.* 23. 15. *ait:* Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν. Væ vobis, Scribæ, & Phariſæi, quoniam circumitis mare, & terram, ut faciatis unum Proſelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo magis, quam vos eſtis. *Moſes vero de Proſelyto inquilino mentionem facit, cum inquit* Deuter. 14. 21. לַגֵּר אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ תִּתְּנֶנָּה peregrino, qui eſt in portis tuis, dabis illud: *quæ verba Targum OnKelos reddit* לתותב ערל inquilino præputiato, *& Targum Jonathan vertit* לגיור ערל peregrino præputiato. *Animadvertendum, R. Levi Barcinonenſem falli in eo, quod dicit, mercenarium Proſelytum eum eſſe, qui circumcidebatur, ſed non baptizabatur. Si enim Proſelytus inquilinus non fuit circumciſus, multo minus mercenarius, qui longe infra inquilinum erat. Ceterum*

Digitized by Google

rum generatim apud Judæos hoc tritum erat Proverbium in יבמות Jevammòth *cap.* 4. *& alibi.* קָשִׁים להם גרים לישראל כנגע צרעת Duri ſunt Proſelyti Iſraelitis, ſicut plaga lepræ, *vel* כספחת ſicut abſceſſus, apoſtema, שרובן חוזרים בשביל דבר קל ומטעין את ישראל, *quia nimirum ob leviſſimas cauſſas Proſelyti ab Iſraelitis recedebant, ſecumque ex iis ſeducebant, quos malis moribus ſuis corruperant. Hinc in Talmudis Tractatu* עבודה זרה Avodà zarà *cap.* 1. *habetur;* tempore Meſſiæ Judæi non recipient Proſelytos, ſicuti non receperunt eos in diebus David, & Salomonis.

שלב שְׁלִיבַיָּא, שְׁלִיבִין Gradus, ſcalæ. *Ligna tranſverſa in ſcala, per quæ ſurſum gradimur.* 1. Reg. 7. 28.

מְשֻׁלְּבִין Graduati, inſtar graduum, ſcalari forma diſpoſiti. Exod. 26. 17. *&* 36. 22.

שַׁלְבּוּקִין Puſtulæ. Exod. 9. 9. *In Targum Hieroſolymitano: at in Targum Jonathanis* פ *eſt in medio.*

שַׁלְבֵּשׁ Conjungere, connectere. Exod. 26. 28. *in Targum Jonathanis.*

שְׁלַד בְּשִׁלְדֵיהּ In cadaver ejus, in toroſam carnem ejus. Job 20. 23. *A R. Levi vertitur* בִּבְשָׂרוֹ. *Apud Talmudicos* שֶׁלֶד *ſignificat* cadaver, corpus mortuum. *Hinc in* נדה Niddà *fol.* 28. מת שנשרף ושלדו קיימת Mortuus qui combuſtus, ſed cadaver ejus, *vel* oſſa ejus adhuc conſiſtunt. *In* בבא קמא Bavà Kamà *fol.* 31. דפסקה לאורחיה כשלדא Si extenderit ſe in via inſtar ſceleti, *h. e. ſi manus, & pedes ſuos in latitudinem expanderit, ne quis tranſire queat. Gloſſa* נְבֵלָה cadaver. *Arùch autem* השזרה וצלעותיה הן שלדו Spina dorſi cum coſtis ejus eſt שלדו. *Ita videtur eſſe* Sceleton, extructio, *vel* ſtructura oſſium corporis. *Plur. conſtr.* שִׁלְדֵי בִּסְרֵיהּ coſtæ carnis ejus. Job 41. 14.

שָׁלָה, שְׁלֵי Quieſcere, ceſſare, otioſum, quietum, tranquillum eſſe. Job 3. 18. Jerem. 48. 11. Amos 6. 1. ceſſare, deſiſtere, dimittere. Job 7. 19. ſpernere. Thren. 3. 31. finire, abſolvere. Iſa. 10. 32. extrahere, educere. Exod. 3. 5. ſilere, tacere: errare, aberrare, ex errore, *vel* ignorantia delinquere, peccare. Job 12. 16. oblioviſci, oblivioni tradere. Job 8. 13. Eſth. 4. 14. *in Targum ſecundo. Ishpehal* אִשְׁתְּלִי errare, aberrare, delinquere, peccare. Levit. 5. 18. Hoſ. 3. 1. 2. Reg. 11. 6. oblivioni tradi. Pſal. 9. 19. *Aphel* אַשְׁלִי errare, aberrare facere. Pſal. 119. 10. oblivisci. Pſal. 9. 18. ſpernere, aſpernari, rejicere, reſpuere. Pſal. 44. 10. Thren. 2. 7.

שְׁלֵה Tranquillus. Dan. 4. 1.

שְׁלֵיוָה, שְׁלֵיָא Tranquillus. Job 16. 12. tranquilla. Jerem. 21. 22. Zach. 7. 7. *Subſtant.* quies, tranquillitas, otium. Dan. 4. 24. *Adverb.* quiete, tranquille.

שַׁלְוְתָא Tranquillitas, quies, pax, otium. Pſal. 73. 1.

שְׁלְוִיתָא Idem. Hoſ. 9. 13.

שְׁלֵיוּתָא Idem. Geneſ. 49. 1. *in Targum*

gum Hieroſolymitano ; Jonathan autem habet טלניתא.

שליא Idem. 2. Sam. 3. 27. *Item* caſus repentinus, vaſtitas repentina, vaſtitas tumultuoſa. Proverb. 3. 25. מן שליא, *&* בשליא ſubito, cito, repente. 2. Sam. 3. 27.

שלכאית Subito, cito, repente. Prov. 7. 22.

שלותא, שלות, שלו Error, erratum, delictum, ignorantia, *&* *cum* ה שלה. Dan. 3. 29. שלו *etiam* cito. *Plur.* שלוין, שלויתא Errores. Pſal. 19. 13.

משליא Fuſcina, fuſcinula, tridens. *Plur.* משלין, משליתא, *&* משליתא. Exod. 38. 3. *&* 27. 3. *&* *in Targum Hieroſolymitano* משליתא.

שליתא Secundæ, ſecundina. Deuter. 28. 57. *In Arùcb reperitur ſcriptum* סילתא *in radice* סלת, *ſed non videtur probandum. In Tractatu* נדה Niddà *legitur deſcriptio ſecundinæ, quæ eſt hujuſmodi:* שליא תחלתה דומה לחוט של ערב ואחריתה דומה כתורמוס וחלולה כחצוצרת ואין שליא פחותה מטפח; *h. e.* Secundina in principio eſt ſicut filum ſtaminis, & in fine ſicut lupinus, eſtque cava inſtar tubæ, nec minor reperitur palmæ magnitudine. *In* חולין Cholin *cap.* 4. *in* משנה Miſnà: השוחט את הבהמה ומצא בה שליא נפש יפה תאכלנה ואינה מטמאה *h. e.* Si quis mactet beſtiam, & inveniat in ea ſecundinam, anima pulchra (*videlicet is, qui ab ejus fœditate non abhorret, cui faſtidium non movet*) comedet eam, & nullo modo polluitur.

שלהב Inflammare, accendere, ſuccendere, urere, adurere, exurere, comburere. Pſal. 106. 18. inflammari, ardere. Thren. 2. 3. *Ithpahel* אשתלהב comburi. Exod. 32. 1. *in Jonathane*. Ezech. 1. 13.

שלהוביתא, שלהובית, שלהוב Flamma. *Plur.* שלהובין flammæ. Iſa. 13. 8.

שלהי Feſſum, defeſſum, laſſum eſſe. Gen. 25. 29. Iſa. 44. 12. defatigare. Thren. 3. 5. *Ithpahel* אשתלהי moleſte, ægre ferre; defatigari, deficere. Judic. 4. 21. Jonæ 4. 8. Amos 8. 13.

משלהי Defeſſus, feſſus, laſſus, defatigatus. Geneſ. 25. 29. 2. Sam. 16. 2. *Plur.* משלהין laſſi. *Fœm.* משלהיה, *&* משלהתא feſſa. Iſa. 32. 2. *Per catachreſin*, ſitibunda. Prov. 25. 25.

שלאהותא Defatigatio, laſſitudo.

שלהוי Idem. Iſa. 8. 22.

אשתלהיות Deliquium, laſſitudo, mœror, triſtitia, anxietas. Jonæ 2. 8. Pſal. 61. 3.

מן שליא *idem ac* מן שלהיא, & שלהיא Subito, ex improviſo: repente. Job 30. 6.

שלו, שליו Coturnix. Exod. 16. 13. Numer. 11. 32. *In* יומא Jomà *fol.* 75. *quatuor ſpecies coturnicum leguntur, nimirum* שליו, פיסיוני, קיבלי, *&* שיכלי, *poſtrema omnium optima, prima viliſſima.* פסיונין *in Aruch, & apud Talmudicos exponitur pro* phaſianis, *quandoque pro* perdicibus. קיבלי *eſt Græcum* Κίχλη turdus. *Geſnerus in Hiſtoria avium ſcribit:* Sunt qui Turdi nomen Græcis hodie vulgare eſſe

mihi affirmarint Κύχλα, alii τζίχλα. *Ubi utrumque* שִׁיכְלִי, & קִיכְלִי *idem eſſe videtur. Ex Plinio lib.* 10. *cap.* 23. *nullæ ſunt coturnicum ſpecies, neque ex Targum ullum diſcrimen intercedit inter* שׂליו, & פיסיונין. Ex מדרש תהלים Medràs Tehillìm *Pſal.* 4. *Munſtero* פְּסְיוֹנֵי *eſt* placenta, *ſed* coturnicis *etiam ſignificatio eo in loco poteſt convenire*.

שְׁלַח Mittere, dimittere, emittere, ablegare. Exod. 3. 12. exuere, extrahere, nudare, ſpoliare. Iſa. 32. 11. *Raro in Targum occurrit juxta ſignificationem Hebraicam, ſed ſæpe per* שַׁדַּר *transfertur. Si conjungatur cum* יָד manus *vertitur per* אוֹשִׁיט extendere*: cum nomine* אֵשׁ ignis, *ut mittere in ignem, redditur per* אוֹקִיר comburere; *cum ſignificatur dimiſſio vel cum expulſione, vel ſine reditu, exponitur per* תָּרֵךְ, *vel* פְּטַר. *Diverſa igitur erit Verbi* שְׁלַח *translatio pro varia dicendi ratione, ac modo. Pahel* שַׁלַּח Idem. *Aphel* אַשְׁלַח Idem. 1. Sam. 19. 24. *Ishpahel* אִשְׁתַּלַּח mitti, emitti, immitti, deferri.

שִׁילֹה Schilò. *Nonnullis eſt a* שִׁיל ſecundina: *metonymice* fœtus, filius. *Cum affixo* ה *loco* ו filius ejus. Geneſ. 49. v. 10. *Nomine autem* שִׁילֹה Schilò *intelligendum eſſe* Meſſiam, *colligitur ex triplici Targum, ſive Paraphraſi Chaldaica, OnKeli, Jonathanis, & Hieroſolymitana, in quibus pro* שִׁילֹה Schilò *habetur* מְשִׁיחָא Meſſias*; quod probarunt etiam in libris ſuis R. Salomò Kimchì, Bechai, & alii*.

שִׁילוֹחַ Siloe. *Nomen rivi leniter fluentis, quaſique clam ſerpentis. Quare nonnulli exiſtimant* Nehem. 2. 13. *vocibus* עֵין הַתַּנִּין fons ſerpentis *Siloe deſignari, quia leniter, quiete, ac placide fluit, ſerpitque inſtar ſerpentis. In Textu autem Hebræo* Iſa. 8. 6. *legitur:* יַעַן כִּי מָאַס הָעָם הַזֶּה אֵת מֵי הַשִּׁלֹחַ הַהֹלְכִים לְאַט Pro eo quod abjecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio. *Talmudici ad hunc locum ſcriptum reliquerunt:* Dixit Raf Joſeph. Niſi eſſet Targum hujus verſiculi, non intellexiſſem ſenſum ejus. Dicit autem Targum: Eo quod ſprevit populus hic regnum domus Davidis, quod gubernat eos placide, כְּמֵי שִׁילוֹחָא דְנָגְדִין בִּנְיָח *ſicut aquæ Siloe, quæ fluunt quiete, id eſt, ſenſim, & leniter &c.*

בֵּית הַשְּׁלָחִים Ager ſitibundus. *Ita appellatur ager, cui aquæ pluviæ non ſufficiunt, ſed opus habet perpetua irrigatione. In libro* מוֹעֵד Moèd *diſputatur multis, quo tempore liceat hujuſmodi agrum irrigare, diciturque:* מַשְׁקִין בֵּית הַשְּׁלָחִין בְּמוֹעֵד potant, *h. e.* irrigant agrum ſitibundum in Feſto. *Subjicitur ratio*. Nam ſi non irrigetur תדיר תדיר jugiter, נפסדת perditur, & corrumpitur funditus. *Aliis* בֵּית הַשְּׁלָחִין *eſt* locus miſſionum, *ſive* lacus, unde aqua emittitur, *ſive* locus, in quem aqua ex foſſa immittitur ad irrigandum, aut per quem mittitur, *juxta illud* הַשֹּׁלֵחַ מַיִם עַל פְּנֵי הַחוּצוֹת Mittens aquam in ſuperficiem platearum. Job 5. 10.

שְׁלִיחָא, שְׁלִיחַ Miſſus, legatus, nuncius: Apo-

Apoſtolus; nudus, nudatus. *Plur.* שְׁלִיחִין Legati, miſſi; Apoſtoli: nudi, nudati.

שְׁלִיחַ צִבּוּר Synagogæ miniſter, cœtus Eccleſiaſtici nuntius, *operam præſtans Levitis, Sacerdotibus, & Synagogæ Capiti:* ædituus: curator negotiorum ædis ſacræ, *ſive* Synagogæ Judæorum.

שְׁלִיחַ Veſtibus exutus, *ut* שְׁלִיחַ וְעַרְטִלַאי exutus, & nudus.

שְׁלַח Pellis animalis. הָבִיאוּ שְׁלָחִין Adducite pelles.

שַׁלְחָא Aptator pellium, coriarius.

שְׁלִיחוּת, שְׁלִיחוּתָא Miſſio, legatio, Apoſtolatus.

תּוּשְׁלַחְתָּא Idem. Judic. 5. 15.

שִׁלְחָא Gladius, enſis. Job 33. 18.

שֻׁלְחָן Menſa, *ſive cibis appoſitis inſerviens, ſive alia quævis, ut numularia ad permutandas pecunias adhibita. De menſa hæc trita ſunt apud Rabbinos. In* אורחות חיים Orchòth chajim: בְּנִי הֱוֵי זָהִיר בְּדִבְרֵי תוֹרָה עַל הַשֻּׁלְחָן וְכָל שֻׁלְחָן שֶׁאֵין עָלָיו דִּבְרֵי תוֹרָה נִקְרָא קִיא צוֹאָה בְּלִי מָקוֹם *h. e.* Mi fili, eſto memor verborum Legis in menſa. Nam omnis menſa, in qua non agitur de verbis Legis, de ea dicitur: *vomitus, & ſordes ſine loco*. Iſa. 28. 8. *In* ראשית חכמה Reſcith chocmà *autem fol.* 69. הָאוֹכֵל עַל שֻׁלְחָנוֹ צָרִיךְ שֶׁלֹּא יְהֵי גַרְגְרָן וּבַלְעָן אֶלָּא כְּאוֹכֵל לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ Qui comedit in menſa ſua, non debet eſſe guloſus, vel vorax, ſed edere tamquam in conſpectu Regis. *Hæc adhibent Rabbini ad revocandam in memoriam ſobrietatem, & Dei providentiam, qua quotidie alimur, & ſuſtentamur. Sic in alio ſenſu* הֲרֵי כְּתוּבָּתֵיךְ מוּנַחַת עַל הַשֻּׁלְחָן Ecce dos tua, *vel* pecuniæ dotis tuæ collocatæ ſunt ad menſam numulariam, *ut nimirum illis numularius negotietur, & inde lucrum aliquod percipiat. Sic apud Græcos* τράπεζα menſam numulariorum *ſignificat*.

De Menſa פָּנִים Panum propoſitionis, & לֶחֶם פָּנִים Panibus propoſitionis.

Menſa Panum propoſitionis confecta erat ex lignis שִׁטִּים Settim, *& auro undique obducta. Longitudine duos cubitos æquabat, latitudine unum, altitudine ſeſquicubitum. Pedibus quatuor incumbebat, quorum ſinguli annulo aureo erant inſtructi, cui vectis inſerebatur, ut commodius, ac facilius portaretur. Hæc menſa inſerviebat ſuſtinendis decem Panibus propoſitionis, ad quos recipiendos duodecim ſcutellæ ſuper ea ordinatim erant diſpoſitæ.*

Panes *autem* פָּנִים facierum, *ſive* Panes propoſitionis *hoc nomine appellantur, quia coram Domino apponebantur in menſa, quæ erat in Sancto ante Adytum. Græci eos vocant panes* προσώπου, *vel* προθέσεως, *quemadmodum etiam Hebræi aliquando* הַמַּעֲרָכָה ordinationis, *quia ordinatim in menſa diſponebantur. Iſtis panibus, ut diximus, qui erant numero* duo-

Digitized by Google

duodecim, recipiendis duodecim ſcutellæ paratæ erant. Conficiebantur autem e ſimila ſine fermento; in duos ordines diſtinguebantur, atque inter ſe æquis intervallis diſtabant, calamis aureis inter eos interpoſitis, ut ad illos liber aeri pateret aditus. Porro ſingulis Sabbatis Panes propoſitionis a Sacerdotibus tollebantur e Sancto, recenteſque in eorum locum ſufficiebantur. Hoc vero ritu, & cæremoniis id agebatur. Quatuor Sacerdotes in Sanctum ingrediebantur, ex quibus duo duas thuris acerras, alii duo duos panum recentium ordines deferebant. Tum quatuor alii panes, & acerras e menſa tollebant. Poſtquam in menſa panes recentes diſpoſuerant, egrediebantur, & panibus veteribus in menſa aurea veſtibuli collocatis, thus admixto ſale adolebant; denique iis inter ſe viritim diviſis in loco Sancto veſcebantur.

שֻׁלְחָן עוֹרֵךְ *Duabus his dictionibus in ritibus Paſchæ celebrandi poſitis indicatur, poſt ritus, & cæremonias a Lege imperatas menſam juxta communem, ac vulgarem conſuetudinem inſtruendam eſſe, cui accumbentes, nulla quantitatis, vel qualitatis ratione habita, poſſint ex arbitrio quidvis comedere.*

שֻׁלְחָנִי Menſarius, argentarius, trapezita, numularius, collybiſta. *Ita appellatur, quia pecuniæ negotiationem in menſa peragit. De his agit Majemonides in* הלכות שקלים *parte* 1. שֻׁלְחַן הַשֻּׁלְחָנִי menſa numularii.

שְׁלַחֵף Mutare, commutare, permutare. Geneſ. 31. 41. Job 20. 24. *Ithpahel* אִשְׁתַּלְחֵף mutari, commutari, transferri. Pſal. 46. 3. Job 29. 20.

שְׁלָחוּפֵי Pro, vice.

שְׁלַט Dominari. Eccleſ. 7. 21. ſuccumbere in coitu. Levit. 18. 23. & 20. 16. *Ithpehal* אִשְׁתַּלַּט Idem. *Pahel* שַׁלֵּט Idem. *Aphel* אַשְׁלֵיט idem. *Item* dominium concedere, copiam, *vel* poteſtatem facere. Amos 4. 1. Dan. 2. 38.

שַׁלִּיט Dominus, dominator, princeps, dynaſta, poteſtatem, copiam habens. Dan. 2. 15. לָא שַׁלִּיט non copiam habens. Eſdræ 7. 14. *Plur.* שַׁלִּיטִין dominatores. Eſdræ 4. 20.

שָׁלְטָן Dominatio, dominium, poteſtas. Iſa. 9 3. dominus, dominator. Mich 4. 8. Eccleſ. 8. 8. *Plur.* שָׁלְטוֹנִין Dominia. *Conſtr.* שָׁלְטוֹנֵי domini. Mich. 13. 9.

שׁוּלְטָנָא, שׁוּלְטָן, שָׁלְטָן Idem. Geneſ. 37. 8. Iſa. 14. 5. *Plur.* שׁוּלְטָנִין domini. *Significat etiam* שָׁלְטָן, שׁוּלְטָן dominatorem, dominium, poteſtatem habentem, Imperatorem. *Hinc Turcarum Imperator dicitur* Sultàn.

II. שֶׁלֶט Clypeus, umbo, ſcutum. *Plur. emphat.* שִׁלְטַיָּא ſcuta. Jerem. 51. 11. 2. Reg. 11. 10. *Conſtr.* שִׁלְטֵי clypei. 2. Sam. 8. 7. *Per metaphoram ſignificat maculam latam inſtar ſcuti, ut* Jerem. 13. 23. וְנִמְרָא שִׁלְטֵי רִקְמָתֵיהּ Et pardus maculas varietatis ſuæ.

שָׁלְטָנוּתָא Idem. Eccleſ. 6. 3.

מִשְׁלָט Idem.

שִׁלְטֵי, שְׁלָטִים Scuta, umbones. Jerem. 51. 11. maculæ pardi, *quia ſimiles ſunt*

Digitized by Google

ſunt ſcutis, ſcutula. Jerem. 13. 23.

שלל *Hebraice*. Spoliare, prædari, diripere, auferre, abſtrahere.

שְׁלָלִין Prædæ, ſpolia. Eſth. 3. 13.

שְׁלִילָא, שְׁלוּלָא Embryo, fœtus matricis nondum in lucem editus: abortivum. Deuter. 14. 7. *in Jonathane*.

שְׁלִילָא, שְׁלִיל Abortus, abortivum. Eccleſ. 6. 3. *Ab Hebræis* שָׁלִיל *definitur, ut ſit* בֶּן תְּשְׁעָה fœtus novem menſium, *id eſt, qui ſit jam partui proximus, & vivus. Hinc in Tractatu* זבחים Zevachìm *fol.* 35. השחט את המוקדשין לאכול שליל או שליא Mactans Sacrificia ſanctificata, ut comedat de embryone, vel ſecundinis.

שלל Conſuere craſſo, & rudi modo. *Hinc* דרכן של כובסין לשלול הבגדים זה עם זה Mos fullonum eſt conſuere pannos invicem, magnum cum parvo, ne quid perdatur. *Utuntur Hebræi frequenter hoc Verbo, cum agitur de luctu. Itaque in* מועד קטון Moëd Katòn *fol.* 22. *legitur:* Poſt omnes mortuos שׁוֹלֵל לְאַחַר שִׁבְעָה craſſe conſuit rupturam veſtis poſt diem ſeptimum, וּמְאַחֵה ſed recte reſuit poſt diem trigeſimum. Propter patrem, aut matrem שׁוֹלֵל craſſe conſuit poſt diem trigeſimum, nunquam autem recte reſuit. האשה שוללת לאלתר mulier craſſe reſuit ſtatim poſt lacerationem.

שְׁלָל Nidus, ovorum conglobatio in ventre gallinæ. *In* בֵּיצָה Beizà *fol.* 7. *legitur*. Uſurpatur de ovis majoribus ad plenitudinem, & maturitatem vergentibus, de quibus dicitur אשכול של ביצים; at שלל של ביצים Botrus ovorum, de ovis minoribus ex ſemine primum conglobatis. *Munſtero* ova multa ſimul. *Verumtamen id nimis generale eſt*.

שְׁלֵם, שָׁלֵם Abſolvere, implere, complere. Joſ. 4. 1. abſolvi, impleri, compleri, conſummari, perfici, finiri, conſumi, deficere. Gen. 47. 15. Joſ. 8. 24. Iſa. 60. 20. *Pahel* שַׁלֵּם abſolvere, perficere, finire, conſummare: ſolvere, perſolvere, reddere, retribuere, rependere, compenſare. Exod. 21. 36. Judic. 1. 7. 1. Reg. 9. 25. *Aphel* אַשְׁלֵים perficere, abſolvere, conſumere. Deut. 32. 30. Job 23. 14. integrum, perfectum afferere. Iſa. 44. 26. integre, perfecte, ſincere incedere, ambulare, vivere. Iſa. 38. 15. reddere, retribuere. Eſdræ 7. 19. pacem facere, *vel* inire. Joſ. 10. 1. 2. Sam. 10. 19. *Ithpahel* אִשְׁתַּלַּם abſolvi, conſumi, abſumi, deficere: reddi, retribui, compenſari. Iſa. 42. 19. Pſal. 65. 2.

שְׁלִים, שְׁלֵים, שְׁלִימָא, שָׁלֵים Integer, perfectus, abſolutus. Levit. 1. 3. Joſ. 10. 13. ſalvus, incolumis: pacificus, pacatus. *Plur.* שְׁלִימִין, שְׁלֵמִין, שְׁלֵמִין integri: pacifici. Geneſ. 34. 21. *Fœm.* שְׁלֵמְתָא, שְׁלֵמָא, שְׁלִימָא, שְׁלֵימָא integra, perfecta. Levit. 3. 9. & 4. 28. Amos 1. 6. *Plur.* שְׁלֵמָן integræ. Deut. 27. 6.

שְׁלָמָא, שְׁלָם Pax, proſperitas, ſalus, incolumitas, integritas. Geneſ. 29. 6. Jerem. 33. 9. שְׁלָם לָךְ pax tibi, ſalve. שְׁלָם לכון pax ſit vobis. *Hebraice* שָׁלוֹם לָכֶם Ge-

Digitized by Google

Geneſ. 43. 23. *Sic* Judic. 19. 20. *&* 6. 23. *pro* ſalvete, ſalvi ſitis. *Rabbini autem uſurpant* שָׁלוֹם עֲלֵיכֶם pax ſit ſuper vos. *Sine pronomine* וַאֲמַר לְמַלְכָּא שָׁלֹם Et dixit ad Regem, pax, *h. e.* Salve Rex: 2. Sam. 18. 28. *Sic* 1. Sam. 25. 6. וְאַתָּה שָׁלוֹם וּבֵיתְךָ שָׁלוֹם וְכֹל אֲשֶׁר־לְךָ שָׁלוֹם Et tu ſalve, ſalva ſit domus tua, ſalvi ſint omnes tui. *In Gittin fol. 62. dicitur, Principibus, Doctoribus, & Magnatibus ſalutem duplicandam eſſe:* שְׁלָמָא לְמַר שְׁלָמָא לְמַר Pax domino, pax domino: שְׁלָמָא עֲלָךְ מַלְכֵי שְׁלָמָא עֲלַיְכוּ מַלְכֵי Pax vobis Reges, pax vobis Reges, *quo nomine eo in loco Rabbini inter cæteros eximii indigitantur, quorum doctrina, monitis, conſilio populi reguntur. Rabbinos autem recte vocari Reges probant Hebræi ex* Proverb. 8. 15. בִּי מְלָכִים יִמְלֹכוּ וְרֹזְנִים יְחֹקְקוּ צֶדֶק: Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. *Regibus vero, reliquiſque majoribus ſalutem, & incolumitatem iterato orandam eſſe ſibi perſuadent ex illo* l. 1. Paralipom. 12. 18. וְרוּחַ לָבְשָׁה אֶת־עֲמָשַׂי רֹאשׁ הַשָּׁלִישִׁים לְךָ דָוִיד וְעִמְּךָ בֶן־יִשַׁי שָׁלוֹם שָׁלוֹם לְךָ וְשָׁלוֹם לְעֹזְרֶךָ כִּי עֲזָרְךָ אֱלֹהֶיךָ: *h. e.* Spiritus vero induit Amaſai principem inter triginta, & ait: Tui ſumus, o David, & tecum fili Iſai: pax, pax tibi, & pax adjutoribus tuis. Te enim adjuvat Deus tuus. *Dum autem aliis ſalutem precantur, utuntur verbis Danielis* 3. 31. שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא Pax vobis multiplicetur, *eſtque apud eos Formula ſalutandi in exordio epiſtulæ, pro* ſalutem plurimam. *Apud Majemonidem* הַחֲזִיר שָׁלוֹם *ſignificat* ſalutem reddere, *h. e.* reſpondere: *ut* ולא יתן שלום לרבו או יחזיר לו שלום כדרך שנותנים לריעים ומחזירים זה לזה Neque dabit pacem Præceptori ſuo (*h. e. ſalutabit eum*) aut reddet ei pacem (*h. e. gratias ei ſalutanti aget*) ſicut ſalutantur amici, & ſibi invicem reſpondent. *In* פרקי אבות *autem cap.* 4. *extat monitum* הוי מקדים בשלום כל אדם Eſto præveniens pace, *h. e. ſalutatione*, quoſvis homines. *Hac enim ratione omnium amicitia, benevolentia, obſequium, & gratia facile comparatur.*

שְׁלֵמוּתָא, שַׁלְמוּתָא, שְׁלָמוּתָא, שְׁלֵמוּת, שְׁלֵימוּת, שְׁלֵימוּת, שְׁלֵימוּתָא Integritas, perfectio, animi ſinceritas. Pſal. 78. 72. Job 5. 26. *Apud Rabbinos circumfertur:* שלימות הפעולה מורה על שלמות הפועל *h. e.* Perfectio operis docet de perfectione efficientis; *videlicet Auctoris excellentia, & virtus ex operis præſtantia intelligitur* שְׁלֵמוּת רִאשׁוֹן perfectio prima, *h. e.* hominis conſtitutio, indoles, & natura: שְׁלֵמוּת הָאַחֲרוֹן perfectio ultima, *h. e.* mens, intellectus.

אַשְׁלְמוּתָא, אַשְׁלָמוּת Perfectio, impletio, abſolutio, complementum. Exod. 28. 17. אַבְנֵי אַשְׁלָמוּתָא Lapides impletionis. Exod. 25. 7. *h. e. qui implebantur lapidibus pretioſis.* Item initiatio, conſecratio, *cum ſermo eſt de Sacrificiis, & Oblationibus. Ita autem appellabantur, quia iis Sacerdotum manus implebantur, cum eis tradebantur, ut*

Deo

Digitized by Google

Deo offerrent. *Hinc Levit.* 8. 28. קָרְבַּן אַשְׁלָמוּתָא הַגּוּן Sunt oblatio conſecrationis, *ſive* initiatoria. *Hebraice* מִלֻּאִים הֵם. *Sic in Jonathane* Levit. 8. 22. דְּכַר אַשְׁלָמוּתָא aries initiatorius. *Plur.* אַשְׁלְמָנְתָא perfectiones.

אַשְׁלָמְנוּתָא, אַשְׁלָמְנוּת Initiatio. Levit. 8. 34. *in Jonathane*.

תּוֹשְׁלָמָא, תּוֹשְׁלֵימָא, תּוֹשְׁלְמָא Retributio, compenſatio. Iſa. 34. 8.

תּוֹשְׁלָמוּתָא, תּוֹשְׁלָמוּת Idem. *Plur.* תּוֹשְׁלַמְוָת, תּוֹשְׁלְמָוָן retributiones. Deuter. 32. 32.

תַּשְׁלוּמָא Idem. 2. Sam. 19. 36. *Plur.* תַּשְׁלוּמִין retributiones, compenſationes. *Aliquando* תַּשְׁלוּמִין, *vel* תַּשְׁלוּמֵי *eſt præpoſitio* pro, *ut In Targum Hieroſolymitano* Levit. 24. 20. תְּבַר תַּשְׁלוּמֵי תְּבַר עַיִן תַּשְׁלוּמֵי עַיִן שֵׁן תַּשְׁלוּמֵי שֵׁן Fractura pro fractura, oculus pro oculo, dens pro dente, *h. e. pro fractura reddatur æqualis fractura, fractura ſit retributio fracturæ &c. Ex Talmudicis iſthæc retributio fuit retributio* תַּשְׁלוּמֵי מָמוֹן per pecuniam. *Et R. Salomon* Levit. 24. 21. אִם אֵין חַבָּלָה אֵין תַּשְׁלוּמִין ubi nulla eſt læſio, ibi nulla eſt compenſatio. *Sic* חוֹבֵל בַּחֲבֵירוֹ לְתַשְׁלוּמִין lædens ſocium ſuum ad compenſationem condemnatur. תַּשְׁלוּמֵי נֶזֶק compenſatio damni. פָּטוּר מִתַּשְׁלוּמִין liber, immunis a compenſatione, *cui opponitur* חַיָּב obligatus, reus.

תַּשְׁלוּמֵי Idem. *Et adverbialiter*, pro, loco, vice. Levit. 24. 20. *in Jonathane*.

שְׁלֹמֹה Salomon. *Nomen viri*.

שלן שָׁלֵינוּנָא Mergus, *avis*. Levit. 11. 7. *in OnKeloſo*, *in Jonathane autem ſeparatim ſcribitur* שְׁלֵי נוּנָא.

שְׁלַף Educere, exuere, extrahere. Jud. 3. 22. ſtringere, *de gladio uſurpatum*. Judic. 20. 2. *de calceis*, detrahere. Deut. 25. 10. Exod. 3. 5. *de lapidibus*, eruere. Levit. 14. 40. *Ithpehal* אִשְׁתְּלִיף, *& Ithpahel* אִשְׁתַּלַּף evaginari, educi, extrahi, avelli, exilire. Ezech. 21. 10. Jud. 5. 22. Deuter. 19. 5.

שְׁלִיף Avulſum, evulſum. Levit. 22. 24.

שַׁלְפוּקִין Puſtulæ. Exod. 9. 9.

שְׁלַק Uredine perire, aduri, uredine tangi. 2. Reg. 19. 26.

שְׁלַק Elixare, in aqua coquere. *Metaphorice de Sole uſurpatur, qui calore ſuo quodammodo fructus coquit ad maturitatem perducens, ſicuti ignis carnes, vel alios cibos*.

שלש, **שָׁלֹשׁ**, שְׁלֹשָׁה, *vel* שְׁלֹשֶׁת Tres, tria: שְׁלֹשִׁים triginta.

מְשֻׁלָּשׁ Triangulum. צוּרַת מְשֻׁלָּשׁ Figura trianguli.

שִׁילוּשׁ Trinitas, tres perſonæ Divinæ.

שָׁלִישׁ Trinus. *Deus eſt* שָׁלִישׁ *trinus in unitate, ſeu una eſſentia, ſed non* שְׁלֹשָׁה tres Dii.

Hebræi Jureconſulti ubi de jure mutui, crediti, vel debiti agunt, peculiariter hac radice utuntur. Hinc habetur in libro חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט *numer.* 55. שָׁלִישׁ Tertius, *videlicet* depoſitarius, ſequeſter, *in cujus fidem, vel apud quem rem, vel litem deponunt*. הִשְׁלִישׁ Deponere in fidem, *vel* cuſtodiam tertii.

De-

הִשְׁלֵשׁ Deponi. שְׁלִישׁוּת Tertiatio, *h. e.* depoſitio in fidem tertii. שליש בזמן ששלישותו בידו נאמן כשני עדים Depoſitarius, quando depoſitum eſt adhuc in manu ejus, fidem habet duorum teſtium. Etiamſi alter litigantium dicat, שלא עשאו שליש quod non fecerit eum depoſitarium, tamen השליש נאמן depoſitario iſti fides habetur: etiamſi ambo negent, tamen adhuc ei fides habetur. שטר שהיה ביד שליש Litteræ contractus, vel obligationis, quæ fuerint in manu depoſitarii, ac dicat coram Judice, illam obligationem exſolutam eſſe, fides ei habetur &c. על תנאי זה היית שליש Cum hac conditione fuiſti depoſitarius: אין לו ליתן השלישות אלא בפני ב״ד Non debet reddere (*ex manibus ſuis*) depoſitum, niſi coram Judicibus, illiſque verbis expreſſis explicare ענין השלישות rationem depoſiti, quo ſcilicet jure, & qua conditione illud acceperit. שליש שהושלש שטר בידו Depoſitarius, in cujus manu depoſitum fuerit collocatum.

שַׁלְשֵׁל Catenis ligare. Joſ. 2. 18. 16. *Ithpahel* אִשְׁתַּלְשֵׁל catenis ligari. Job 12. 17.

שַׁלְשְׁתָא Catena. Job 39. 20.

שַׁלְשְׁלָא Idem. *Plur.* שַׁלְשְׁלָן, שַׁלְשְׁלָן catenæ, vincula; & שַׁלְשְׁלִין, *&* שַׁלְשְׁלָוָן Pſal. 117. 14. *&* שַׁלְשְׁוָן Eſth. 1. 1. *In Targum ſecundo*, *&* שׁוּלְשְׁלֵי Pſal. 129. 4.

שֵׁם, שְׁמָא Nomen. Exod. 31. 2. Ezech. 22. 5. κατ' ἐξοχὴν, Deus. *Plur.* שְׁמָהָן, שְׁמָהָתָא nomina. *In* מדרש רות Medràs Ruth *cap.* 1. 3. אשריו של אדם שיצא בשם טוב מן מעולם Beatus homo, qui exit cum nomine bono ex hoc Mundo. *In* פרקי ר׳ אליעזר *cap.* 32. Sex nominati ſunt בשמותם *nominibus ſuis*, antequam naſcerentur, nimirum Iſaac, Iſmael, Moſes, Salomon, Joſias, & Nomen Meſſiæ Jeſus. *In* בְּראשית רבא *autem ſect.* 71. ד׳ מדות נאמרו בשמות Quatuor proprietates dicuntur de nominibus. Sunt, qui nomina habent pulchra, & ſimul opera pulchra. Alii nomina habent turpia, & eorum opera quoque ſunt turpia. Aliorum nomina ſunt turpia, ſed opera pulchra. Aliorum denique nomina pulchra, ſed opera turpia. *Singula exemplis ibidem illuſtrantur, ad quem locum curioſos lectores mittimus.*

Porro שֵׁם *in numero ſingulari in Rabbinorum libris cum variis nominum appellationibus conjunctum reperitur. Itaque vel eſt Nomen per ſe, quo quis nominatur, vel eſt Nomen Logicum, vel Nomen Grammaticum, ex quo fit, ut hæc Nominum diſcrimina occurrant:* שֵׁם הַדָּבָר nomen rei, *h. e.* nomen ſubſtantivum, & appellativum: שֵׁם הַקּוֹדֵם nomen primitivum: שֵׁם הַנִּגְזָר nomen derivatum: שֵׁם הָעֶצֶם nomen ſubſtantiæ, *h. e.* ſubſtantivum: שֵׁם הַתּוֹאַר nomen formæ, *h. e.* adjectivum, nomen concretum. שֵׁם הַמִּקְרֶה nomen accidentis, *h. e.* nomen abſtractum: שֵׁם פָּשׁוּט nomen ſimplex: שֵׁם מוּרְכָּב nomen compoſitum: שֵׁם הַלְּוּוּי nomen ſocieta-

tatis, *h. e.* conjugatum, *ut* דבר verbum: *item* nomen ſociatum, *videlicet* adjunctum, *ſive* adjectivum, *ut* אזוב hyſſopus *eſt nomen ſimplex*, *at* אזוב רומי hyſſopus Romanus *eſt nomen ſociatum:* שם הפועל nomen Verbale: שם הנרדף nomen conſecutivum, *h. e.* ſynonymum: שם המצטרף nomen relativum: שם הנסמך nomen conjunctum, *vel* סמוך *h. e.* conſtructum: שם המועתק nomen translatitium: שם מפירד המסופק nomen analogum: שם מפירד nomen diſperſum, *h. e.* collectivum, *quod numero ſingulari in multa diſpergitur, ſive multa complectitur:* שם המוסכם nomen univocum: שם משותף nomen æquivocum: שם המושאל nomen aliunde commodatum, *h. e.* metaphoricum &c.

כשם Sicut. *In ſequenti voce ſolet ſequi* ש, *ut* כשם שאי אפשר ſicut impoſſibile eſt: כשם שמקדישין ſicut ſanctificant. *Dicendum autem* כשם, *non* כשם, *ſicuti ſolent proferre indoctiores Hebræi. Nam* כשם *ponitur pro* כהשם, *quod eſt Dei nomen.*

על שם ש ,לשם ,על שם Propter. על שם ש eo quod, propterea quod. *In* פרקי אבות *cap.* 2. כל־מעשיך יהיו לשם שמים Omnia opera tua fient propter Deum. *Brevius.* הכל לשם שמים Omnia propter Deum, ad nominis Divini gloriam.

משם De nomine, propter. *Idem ac* משום.

שם ,השם Deus, Dominus. *Sumitur præſertim apud Rabbinos pro Nomine Tetragrammato* יהוה Adonai. *Hinc verba* Geneſ. 3. 8. קול יהוה vox Domini, *&* קול השם *in Abèn Ezrà pro eodem accipiuntur.* השם הראה לו עץ הדעת Deus monſtravit ipſi arborem vitæ. *Poſt nomen autem* שם, *vel* השם *ſequi ſolet reverentiæ ergo* יתברך benedictus ſit, *vel per Abbreviaturam* ית״, *vel* הש״י, *quæ Abbreviatura ſignificat* השם יתברך Deus, qui ſit benedictus. *Hinc* מהש״י A Deo benedicto. שהשם ית׳ Quod Deus ſit benedictus: האם לך חכמה כחכמת הש״י Num tibi eſt ſapientia juxta ſapientiam Dei, qui ſit benedictus?

שם יהוה Nomen Domini. *Idem ac* Dominus. *Hinc* Ruth 4. 14. *verba illa* ברוך יהוה Benedictus ſit Dominus, *Targum reddit* בריך שמיה דיי Benedictum ſit nomen Domini. *Sic* Deuter. 28. 59. ליראת את שם הנכבד והנורא את יהוה אלהיך Timendo nomen illud glorioſum, & reverendum, videlicet Dominum Deum tuum. *Timere nomen Dei, & timere Deum idem ſunt. Hinc R. David ad illud* Iſa. 16. 21. Et ſcient כי שמי יהוה quia nomen meum eſt Dominus, *ſcriptum reliquit:* כי אני יהוה כי הוא שמו ושמו הוא Idem eſt cum illo; *Quia ego ſum Dominus.* Nam Ipſe eſt nomen ejus, & nomen ejus eſt ille Ipſe.

שם של ארבע, *vel* שם של ארבע אותיות Nomen quatuor litterarum. *Rabbini hoc nomine deſignant nomen Dei proprium* יהוה *conſtans ex quatuor litteris, quod Græce dicitur* τετραγράμματον. *Hoc idem nomen paſſim in Talmude, & a Cabbaliſtis appella-*

tur שֵׁם הַגָּדוֹל וְהַקָּדוֹשׁ nomen magnum, & ſanctum, *quod idem in libro* זֹהַר Zohar *lingua Chaldaica dicitur* שְׁמָא רַבָּא וְקַדִּישָׁא, *&* שְׁמָא רַבָּא וְיַקִּירָא nomen magnificum, & pretioſum: *ſic* שֵׁם הַנִּכְבָּד nomen glorioſum, *quo nullum ſub Cælo majus; vel* שֵׁם הַנִּכְבָּד וְהַנּוֹרָא nomen honorandum, & reverentia dignum: שֵׁם הַמְיוּחָד nomen proprium, *videlicet Deo proprie conveniens, eumque ab æterna eſſentia denominans: denique* שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת nomen filius quatuor litterarum; *h. e. quod ex quatuor litteris componitur.*

De nomine Dei יהוה *ab Hebræis dicto* שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ Scem hamphoràſch.

שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ Nomen expoſitum, nomen ſeparatum. *De eo vide Tetragrammaton Joannis Druſii. De eodem nomine lingua Germanica a Luthero contra Judæos conſcriptus fuit liber inſcriptus* Schem hamphoràſch; *quam appellationem noſtrates etiam Hebræi ad hanc diem retinuerunt. Per illud autem deſignatur Dei nomen ipſi proprium Tetragrammaton* יהוה, *nulli alii commune, maximum, glorioſum, & qualibet reverentia dignum, de quo multa paſſim non ſolum in Hebræorum, ſed etiam Chriſtianorum libris reperiuntur. Dicitur* nomen expoſitum, *h. e. prolatum, declaratum, explanatum, pronuntiatum per nomen* ארוני Adonai, *h. e.* Dominus, *vel explicatum per alias duodecim litteras, vel etiam quadraginta duas, ex quibus alia varia, ac diverſa nomina fuere compoſita, quæ* לַחֲכָמִים Sapientibus *tantummodo apud priſcos tamquam ſanctiſſima arcana, & myſteria ore tenus deinceps concredebantur, explicabanturque, ex quo factum, ut cum iiſdem decurſu temporis ſepulta fuerint, & oblivioni penitus tradita. Habemus quidem apud Petrum Galatinum, per ſeptuaginta duo alia nomina myſtica fuiſſe explicatum, quæ ab eodem recenſentur* lib. 2. de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 18. *Dicitur* מְפוֹרָשׁ ſeparatum, *quia ab omnibus aliis Dei nominibus ſejunctum eſt, ipſique tantummodo proprie accommodatur, ac tribuitur. Vide R. Majemonidem cap. 61. parte* 1. *libri* מורה נבוכים Morè Nevuchìm, *R. Levi Ben Gerſon, R. Bechai in Commentariis ſuis in Legem, ad illud Numer. 6. 23.* כֹּה תְבָרְכוּ Sic benedicetis; *R. Salomonem ibidem, & ad illa Iſaiæ 42. 8.* אֲנִי יְהוָה הוּא שְׁמִי Ego ſum יהוה illud eſt nomen meum. *Clarius, & ſuſius cæteris de hoc nomine habetur in libro* עקרים IKKarìm *Orat.* 2. *cap.* 28. *quod propterea placet legentium oculis ipſiſſimis libri verbis exhibere.* שֵׁם הַנִּכְבָּד Nomen illud glorioſum cum Jod, He, Vau, He, vocatur שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ *Scemamphoràſch*, id eſt, שֵׁם הַנִּבְדָּל *nomen ſeparatum*, quæ locutio uſitata eſt in libris Rabbinorum, ut quando dicunt de re, quæ ab alia ſeparata, & diſcreta eſt, פוֹרָשׁ: ut בָּשָׂר הַפּוֹרָשׁ

Caro

Digitized by Google

מִן הַחַי *Caro ſeparata a vivo:* הַמּוּרָשׁ מִן הָעָרְלָה *Separatus a præputio*. Sic homines, qui a ſe invicem dignitate, aut ſanctitate ſeparati, & diſcreti ſunt, vocantur פְּרוּשִׁים. Sic quoque explicant Rabbini noſtri in libro Siphrè, & in Talmud illud *: Sic benedicetis filiis Iſrael*, Numer. 6. 23. nimirum בשם המפורש *per Schem hamphoràſch*. Dicit ne ſimpliciter per Schem hamphoràſch, an etiam per cognomen ejus Adonai? Textus me docet in ſequentibus, ubi dicitur v. 27. *Et ponent nomen meum ſuper filios Iſrael*. Nomen meum, ſcilicet הַמְיוּחָד לִי *proprium meum*. Quibus declarant, quod nomina, quæ dicuntur de ipſo Deo, & de aliis, impoſita ſunt ipſi ſive ab effectis, ſive a qualitate alia, citra affirmationem eſſentiæ ipſius; veluti nomen אֱלֹהִים *Elohim* denotat potentiam, ideoque dicitur de ipſo, & de aliis, veluti de Angelis, & Judicibus. Sic אֲדוֹנָי *Adonài* denotat *Dominum*, ideoque dicitur de ipſo, & de aliis. Idem de aliis nominibus judicium eſt, quæ de ipſo, & aliis per communicationem, & homonymiam dici poſſunt. Sed nomen quatuor litterarum Jod, He, Vau, He, nullo modo alii recte convenire poteſt, quia eſt nomen, quod de Deo tantum dicitur ratione æternæ ipſius eſſentiæ. Atque hac in re nihil quicquam communicatur cum eo ex cæteris entibus: unde vocatur שם המפורש *Nomen ſeparatum. Verumtamen ſi attente* מקרא Sacras literas *legeris, non ſemel aliis etiam per metaphoram accommodatum, ac tributum invenies. Sic in* ואלה שמות Exod. 13. 21. וַיהוָה הֹלֵךְ לִפְנֵיהֶם יוֹמָם בְּעַמּוּד עָנָן לַנְחֹתָם הַדֶּרֶךְ וְלַיְלָה בְּעַמּוּד אֵשׁ לְהָאִיר לָהֶם לָלֶכֶת יוֹמָם וָלָיְלָה׃ *h.e.* Et יהוה Dominus præcedebat eos interdiu in columna nubis, deducendo eos per rectam viam: nocte vero in columna ignis &c. *Sic* Exod. 14. 19. וַיִּסַּע מַלְאַךְ הָאֱלֹהִים הַהֹלֵךְ לִפְנֵי מַחֲנֵה יִשְׂרָאֵל וַיֵּלֶךְ מֵאַחֲרֵיהֶם וַיִּסַּע עַמּוּד הֶעָנָן מִפְּנֵיהֶם וַיַּעֲמֹד מֵאַחֲרֵיהֶם *h.e.* Profectus eſt itaque Angelus Dei præcedens caſtra Iſrael, & fuit a tergo ipſorum, & profecta eſt columna nubis ante eos, & ſubſtitit a tergo ipſorum. *Hinc in libro* שערי אורה Scaarè orà *in principio*. Scito, quod nomen proprium יהוה denotat eſſentiam Creatoris noſtri, omniaque ab ipſo pendent. *Præterea additur:* Scito, quod omnia nomina ſancta, quorum fit mentio in Lege, pendent a nomine quatuor litterarum יהוה. *Id vero ſimilitudine allata explicatur:* שם בן ד׳ אותיות Nomen quatuor litterarum eſt inſtar rami arboris: nomen אהיה autem eſt radix iſtius arboris, unde oriuntur plures radices, quæ extendunt ſe circumquaque in frondes. Reliqua autem nomina ſancta ſunt inſtar frondium, & palmitum, qui emittuntur ex ramo arboris, quorum quiſque producit fructum juxta ſpeciem ſuam. *Plura huc pertinentia vide in Tractatu* סוטה Sotà *fol.* 38. *in libro* נוה שלום *fol.* 202. *& in Bemidbàr rabbà ad illud* Numer. 6. 23. כֹּה תְבָרְכוּ Sic benedicetis &c. *Benedictio autem, qua benedicebatur populo* בְּשֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ in nomine, *vel*

per nomen Schem hamphoràſch, *vocabatur* בִּרְכַּת כֹּהֲנִים benedictio Sacerdotum, *quia ea Sacerdotes populo benedicebant. Sacerdos ſummus, ſive Pontifex Maximus dictus* כֹּהֵן גָּדוֹל *ſemel quotannis* בְּיוֹם כִּפּוּר in die Expiationis *nomen Tetragrammaton* יְהוָה *juxta litteras, ex quibus conſtat, ſumma cum reverentia proferebat in Templo, ſive Sanctuario. Ultimus autem Sacerdos, qui illud protulit, fuit* שִׁמְעוֹן הַצַּדִּיק Simeon juſtus. *Porro Templo, & urbe Hieroſolyma per Veſpaſianum ſolo æquatis, penituſque dirutis, cum non liceret illud extra Templum pronuntiare, vera, ac germana ejuſdem pronuntiatio periit, non ſine ſingulari certe Dei judicio, ut impia gens, & perfida, cui Deus ſe cognoſcendum proprio ſuo nomine prodiderat, ne nominare quidem, vel appellare eumdem eodem nomine poſſet. De vera* יהוה *pronuntiatione vide, ſi placet, Quæſtionem primam ex noſtris Quæſtionibus typis Seminarii Patavini editis anno* 1725.

שֵׁם מָלֵא Nomen plenum. *Ita appellatur nomen Tetragrammaton* יְהוָה *conjunctum cum nomine* אֱלֹהִים, *ut legitur* Geneſ. 2. 8. וַיִּטַּע יְהוָה אֱלֹהִים Et plantavit Dominus Deus. *Hinc ad illud* Geneſ. 2. 4. בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְיָ אֱלֹהִים *Rabbini ajunt* שֵׁם מָלֵא עַל עוֹלָם מָלֵא

שְׁמָא, שֵׁם Nomen. *Raro forma abſoluta* שֵׁם *in Targum occurrit. Pro ea enim Talmudiſtæ adhibere ſolent* שׁוּם; *at formam emphaticam* שְׁמָא *ſæpe pro nomine Divino, & Tetragrammato* יְהוָה *uſurpant, conjungunt tamen cum* מְפָרַשׁ, *vel* דְּמִתְפָּרַשׁ quod expoſitum, *vel* ſeparatum eſt, *diciturque vulgo a Rabbinis* שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ Schem hamphoràſch. *Animadverte tamen id intelligendum eſſe non de expoſitione illa, quam Rabbini artificioſe finxerunt per duodecim, aut quadraginta duas litteras, aut etiam ſeptuaginta duo nomina Cabbaliſtica, quod ſupra innuimus agentes de* Scem hamphoràſch, *ſed de expoſitione, ſive pronunciatione, quæ fit per nomen ejus vicarium* אֲדוֹנָי Adonai, *quod etiam per ſe eſt nomen Divinum. Cum Pronominibus* שְׁמִי nomen meum, שְׁמָךְ nomen tuum, שְׁמֵיהּ nomen ejus, שְׁמְהוֹן nomen ipſorum, *quod etiam dicitur* שׁוּמְהוֹן *a forma* שׁוּם, *de qua ſupra. Plur.* שְׁמָהָן nomina. *Conſtr.* שְׁמָהָת nomina.

De Sammài.

שַׁמַּאי Sammài, & Samèa, & Schammæus. *Caput fuit Phariſæorum paucis ante ortum Chriſti annis, & perpetuus Antagoniſta, & adverſarius Hillelis Senioris. De Hillèle, & Samèa hæc habet Cunæus de Republ. Hebræorum lib.* 1. *cap.* 12. Divinus Senex R. Hillel... magni Concilii princeps erat, & alterum ſub ſe Præſidem habuit Samèam, hominem truculentum, ambitioſumque, cujus ſectatores, cum paulo poſt contra diſcipulos Hil-

lelis

lelis inſurrexiſſent, tantis ſtudiis animos hominum concivere, pene uti totus populus pertractus in partes ſit. *De diſſenſionibus inter diſcipulos Hillelis, & Sammài multa habentur apud Auctores. De his vide Hottingerum Theſaur. Philol. pag.* 42. *& Joan. Lightfoot Hor. Talmud. pag.* 335. *editionis Lipſ. & Targum Hieroſolymitanum in* שבת Sabbàt *fol.* 33. *&* שביעית Scevìit *fol.* 35. *Poſt multas tamen inter ipſos contentiones, & digladiationes* בת קול Bath Kol *in Jaſne Hillelis ſententiam probavit, quo oſtendit, ei potius, quam Sammài eſſe adhærendum. Talmud Hieroſolymitanum in* בכורות Becoròth *fol.* 3. *Alia vide de Hillele hujus Lexici pag.* 45. *Dictus fuit olim Hillel etiam Hellel, ut Emmanuel & Immanuel. De hac ſcriptione agit Druſius Obſerv. l.* 9. *cap.* 1. *Appellatus fuit* הִלֵּל הַזָּקֵן Hillel ſenex, *quod ætatem centum, & viginti annorum attigerit. Princeps fuit, in ejuſque familia principatus per decem generationes manſit, nimirum per annos circiter quadringentos uſque ad alium Hillelem, qui appellatus fuit* הַנָּשִׂיא hannaſcì, *h. e.* Princeps.

שֶׁמָּא Fortaſſis, fortaſſe, forte. *Interdum in interrogatione ſignificat* num, numquid?

שְׁמַיָּא Cœlum, Cœli. Geneſ. 15. 5. *Conſtr.* שְׁמֵי. *Forma abſoluta caret ſingulari, & plurali numero. Per metonymiam* Deum *ſignificat, ut in illo* Dan. 4. 23. דִּי שָׁלְּטִין שְׁמַיָּא Quod dominantur Cœli, *h. e.* Deus cœleſtis.

שָׁמַיִם Cœlum: Deus *per metonymiam, quia Cœlum eſt propria Dei habitatio. Multa tum in Sacris litteris, tum in Rabbinorum libris reperiuntur, in quibus Cœli nomine Deus intelligendus eſt. Hinc* Matth. 21. v. 25. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Baptiſma Joannis unde erat? e Cœlo, *h. e.* Deo, an ab hominibus? *&* Lucæ 20. v. 4. *Sic* cap. 15. 18. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου. Peccavi in Cœlum, & coram te. *In* מדרש קהלת Medràs Kohèleth *cap.* 5. *v.* 6. Qui venit viſitatum ægrotum, dicit, השמים ירחמו עליך *h. e.* Cœli miſereantur tui, *h. e.* Deus miſereatur tui: *&* cap. 9. 12. יש לך אדם שחוטא בארץ ואינו חוטא בשמים ואינו חוטא בארץ וכו *h. e.* Eſt qui peccat in terram, ſed non peccat in Cœlum, & eſt qui peccat in Cœlum, ſed non peccat in terram. Qui vero loquitur lingua mala, peccat in Cœlum, & in terram. *Apud Talmudicos tritum:* הכל לשם שמים Omnia ad Cœlum, *h. e.* Deum, *vel* propter Deum; *videlicet dicta omnia & facta ad gloriam Dei, vel gloriam nominis Dei referenda ſunt. In* פרקי אבות PirKè Avòth *cap.* 4. כל כנסיה שהיא לשם שמים סופה להתקים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקים *h. e.* Omnis congregatio, quæ fit propter Cœlum, *h. e.* Deum, finis ejus, ut maneat ſtabilis: quæ autem non fit propter Deum, tandem non manet ſtabilis. *Item cap.* 5. כל מחלוקת שהיא לשם שמים סופה להתקים ושאינה לשם שמים אין

h. e.

Digitized by Google

סופה להתקים *h. e.* Omnis contentio, quæ fit propter Cœlum, *h. e.* Deum, ea tandem perſtabit, quæ autem non fit propter Deum, ea non perſtabit. Quæ autem eſt contentio, שהיא לשם שמים quæ fit propter Deum? eſt contentio Hillèlis, & Sammài: quæ autem non eſt propter Deum, ea eſt contentio Kore, & ejus cœtus. Numer. 16. Contentio, *id eſt*, diſputatio. Propter Deum, *id eſt* propter verbum Dei, & dogmata verbi Divini.

שמד *Aphel* אַשְׁמֵד Perdere, delere, deſtruere. *Ithpabel* אִשְׁתְּמַד deficere a religione, apoſtatare, apoſtatam fieri. Exod. 12. 43. *Rabbinis* שָׁמַד *eſt* quaſi ſeipſum perdere, deſtruere, penitus delere a Religione deficiendo. *Hinc apud Judæos* Apoſtata *appellatur* מְשׁוּמָּד, *quaſi* perditus.

De מְשׁוּמָּד Meſcummàd, *h. e.* Apoſtata Judæo.

Juxta opinionem Scaligeri in Triherefio cap. 27. מְשׁוּמָּד *ille tantummodo eſt, qui coactus a fide, & Religione deſciſcit, videlicet metu mortis, & perſecutionis; at* זָקֵן מַמְרֵא *qui ſponte, & propria voluntate ab eadem deficit. Quotidie Judæi contra* מְשׁוּמָּדִים Apoſtatas, *& deficientes a Religione Judaica precationem quamdam recitant, Deumque orant, ut eos a Regno Cœlorum excludat, cui precationi diræ, & maledicta contra Chriſtianos annexa ſunt, quæ eodem tempore in eos jaciunt. Cum autem pauci Chriſtiani hanc noverint, placet iiſdem ipſorum verbis, quæ hodie in Hebræorum libris extant, omnibus exhibere, & Latinitate donare. Ea eſt hujuſmodi:* וְלַמַּלְשִׁינִים אַל תְּהִי תִקְוָה וְכָל־הַמִּינִים כְּרֶגַע יֹאבֵדוּ וְכָל־אוֹיְבֵי עַמְּךָ מְהֵרָה יִכָּרֵתוּ וּמַלְכוּת זָדוֹן תְּעַקֵּר וּתְשַׁבֵּר וּתְמַגֵּר וְתַכְנִיעֵם בִּמְהֵרָה בְיָמֵינוּ: *h. e.* Et omnibus Apoſtatis nulla ſit ſpes: omnes Hæretici, *h. e. Chriſtiani*, quaſi momento pereant, omneſque inimici populi tui cito exſcindantur: Regnum ſuperbiæ eradicato, confringito, & deſtruito: ſubigito eos omnes cito in diebus noſtris. *Metu Chriſtianorum in hac precatiuncula nonnulla mutarunt. Ex quo enim mos obtinuit apud Chriſtianos Judæorum libros verſandi, iiſque cenſuram in nonnullis locis adjiciendi, ducentis nimirum circiter abhinc annis,* וְלַמַּלְשִׁינִים, *quod proprie ſignificat* calumniatores, delatores, detractores, *ſubſtituerunt pro* וְלַמְּשׁוּמָּדִים & Apoſtatis, *videlicet Judæis, qui a Religione Judaica ad aliam tranſierunt, quod legebatur in libris antiquis, & manu ſcriptis, quemadmodum in libro contra Judæos publici juris facto Antonius Margarita luculentiſſimus teſtis eſt. Sic legitur ad hanc diem in Commentario ad librum Precum Cracoviæ editum in* 4., *in cujus textu eſt* ולמשינים. *Audi verba Gloſſæ:* ופירוש למשומדים אותם החוטאים בנפשותם: והזכיר ד׳ משומדים מינים אויבים וזדים וכנגדם אמר העקר: ותשבר: תמגר: ותכניעם: *h. e.* Apoſtatis, nimirum illis, qui peccant in animam

mam ſuam. Commemorat autem quatuor peccatores, Apoſtatas, Hæreticos, Inimicos, & Superbos, contra quos totidem verbis dicit: Eradicato: Conterito: Deſtruito: Subigito, *vel* Humiliato. *Cur autem a Religione Judaica deſciſcentes, & Apoſtatas* מַלְשִׁינִים delatores, proditores *vocent, ea ratio eſt, quia Judæorum technas, artes, & fraudes Chriſtianis detegere conſueverunt. Sic in editione quadam Precum Venetiis facta juxta ritum Romanenſium, ut vocant, Judæorum legitur:* ולמלשינים בל תהי תקוה וכלם כרגע יאבדו וכל אויביך כרגע יכרתו ותכניע אותם במהרה בימנו: בא״י שובר אויבים ומכניע זדים: *Sic in altera editione pariter Veneta juxta ritum Hiſpanorum.* ולמלשינים בל תהי תקוה וכל הזדים כרגע יאבדו וכל אויביך וכל שונאיך יי מהרה יכרתו והרשעים במהרה תעקר ותשבר ותכלה ותכניעם במהרה בימינו: ברוך אתה יי שובר רשעים ומכניע זדים: *Cur autem mutatio iſtiuſmodi in his editionibus facta eſt? Eo videlicet conſilio, ut Chriſtiani maledicta, & diras in ſe jactas non animadverterent. Per dictiones autem* מַלְכוּת זָדוֹן Regnum ſuperbiæ, *ſive* זֵדִים Superbos, *Chriſtianos, Regnumque Romanum deſignant, ſicuti per* מִינִים Hæreticos, *&* אוֹיְבִים Inimicos, *vel* שׂוֹנְאִים Oſores, *plerumque Chriſtianos eoſdem intelligunt. Quamobrem nemo mirari debet, ſi in Tractatu* ע״ז Avodà zarà *dicatur* המשומד לע״ז מותר להלוותו ברבית Apoſtatæ deficienti ad Idololatriam, *videlicet Chriſtiano*, licitum eſſe mutuo dare in uſuram, *& in* שלחן ערוך *parte 4. num. 26. Apoſtatam, ſi ducat Apoſtatam in uxorem juxta Hebræorum ſtatuta, ac poſtea ad Judaiſmum revertantur, conjugium ipſorum pro nullo haberi, & ad illud diſſolvendum libellum repudii non eſſe neceſſarium.*

שמדע אִשְׁתְּמוֹדַע *Ithpahel* Agnoſcere, cognoſcere. Geneſ. 37. 33. 1. Reg. 18. 7. notum, cognatum, affinem eſſe. Ruth 2. 1. & 3. 2. notum fieri, innoteſcere. Exod. 21. 36. Ruth 2. 11.

אִשְׁתְּמוֹדְעוּת Agnitio, cognitio, notitia, ſcientia. Iſa. 3. 9. *Item* cognatio. Geneſ. 49. 5.

שמח שַׁמְחָזַאי *Nomen Angeli, qui a ſanctitate ſua defecit, & cum ſocio ſuo Uziel e Cœlo fuit deturbatus.* Geneſ. 6. 4. *in Jonathane.*

שָׂמַח Lætari, lætum, hilarem eſſe, gaudere: gratulari. *Hebraice.* Exod. 4. 14. Mich. 7. 8. Zach. 10. 7.

שִׂמְחָה Lætitia, alacritas, gaudium. Prov. 15. 21. 1. Reg. 1. 40.

De die ab Hebræis dicto שִׂמְחַת תּוֹרָה Lætitiæ Legis.

Apud Hebræos nono Tabernaculorum die celebratur Feſtum שִׂמְחַת תּוֹרָה lætitiæ Legis, *eoque imponitur finis lectioni Pentateuchi, & a prima Sectione rurſus initium ducitur. Ut*

vero

vero pueris quoque aliquod lætitiæ argumentum ſuppetat, poma, pyra, nuces, aliæque cupediæ, & bellaria a ſenioribus in Synagoga iis tribuuntur. Deinde venditione munerum Eccleſiaſticorum ad lectionem Legis ſpectantium publice in Synagogis per auctionem facta, חַג הַסֻּכּוֹת Feſtum Tabernaculorum *omnino abſolvitur. Ideo autem Rabbini cenſent, abſoluto Pentateucho die* שִׂמְחַת תּוֹרָה Lætitiæ Legis *ſtatim a prima* פָּרָשָׁה Sectione *ejuſdem* חֲתַן בְּרֵאשִׁית Sponſum Bereſcith *exordiri, ne Satan Judæos gaudio geſtientes propter abſolutam* תוֹרָה Legem *videns apud Deum eos accuſet, dicatque, ut habetur in Levùſc Hachùr num. 669. §. 1.* Domine Mundi jam abſolverunt Legem, ſed nolunt amplius eam legere. *Ex his vides, Judæos timere, ne accuſentur a Satana de rebus vel minimis, & leviſſimis. Porro auctor* שֻׁלְחָן עָרוּךְ *in* הלכות לולב *contendit, Sectionem primam Geneſeos legendam eſſe a principio uſque ad verba illa cap. 2. v. 3.* אשר ברא אלהים לעשות quod creavit Deus, ut faceret. *Quis autem cachinnis non diſrumpatur, qui audiat rationem a Rabbinis allatam, cur lectio Legis abſolvatur die nono Tabernaculorum, & ab ea iterum initium ducatur, id vero non fiat in principio cujuslibet anni? Audi Rabbinorum verba* Levùſc *loco citato:* Ut decipiatur Satan, ne agnoſcat, quando ſit ראשׁ השׁנה *Caput anni*, & dies Judicii, neve Iſraelitas accuſet &c. *O deridendam Rabbinorum levitatem, qui Diabolum ex arbitrio ſibi fingunt, modo callentem omnia, & prævidentem, modo ſummis in re qualibet ignorantiæ tenebris involutum!*

שְׁמַט Intermittere, dilabi, elabi: ceſſare; dimitti, deturbari. Deuter. 19. 5. *Aphel* אַשְׁמֵט intermittere, remittere. Pſal. 6. 7. *Ithpehal* אִשְׁתְּמַט dimitti, demitti, dejici, deturbari, elabi. Pſal. 141. 6. Levit. 21. 18. *in Jonathane.*

שְׁמִטְּתָא Intermiſſio, quies, ceſſatio, emiſſio, admiſſio. Deut. 15. 1. 9. Amos 8. 5. Jerem. 17. 4. *Sic vocabatur tum annus ſeptimus, quo agricultura intermittebatur; tum integri ſeptem anni.* Levit. 25. *Plur.* שְׁמִטְּתָן intermiſſiones; & שְׁמִטִּין hebdomades annales, ſpatium ſeptem annorum.

De anno Sabbatico Hebraice dicto שְׁמִטָּה.

Cum annus quilibet ſeptimus vocaretur שְׁמִטָּה Scemittà, *ſciendum eſt, annum apud Hebræos vulgo vocatum Judaicum in annum Sabbaticum, & Jubilæum diviſum fuiſſe. Itaque annus Sabbaticus dicebatur annus* שְׁמִטָּה Scemittà, *ſcilicet* intermiſſionis, *quia eo anno vetitum Judæis debita exigere, ſervos retinere, & terram colere. Græce annus Sabbaticus appellabatur* ἐνιαυτὸς τῆς ἀφέσεως. *Quemadmodum autem dies ante Sabbatum vocabatur* עֶרֶב הַשַּׁבָּת veſpera Sabbati; *ita annus ſextus dicebatur* עֶרֶב הַשְּׁבִיעִית *quaſi* veſpera anni ſe-

Digitized by Google

ſeptimi. *Nonnulli hunc annum Sabbaticum volunt dictum fuiſſe etiam* שַׁבָּת Sabbatum, *& illum ſignificaſſe Chriſtum cum dixit* Matth. 24. 20. Προσεύχεσθε δ' ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδ' ἐν Σαββάτῳ. Orate autem, ne fuga veſtra fiat hyeme, vel Sabbato, *ſc.* anno Sabbatico, *quo agri erant ſine fructibus, quemadmodum tempus hyemis fugientibus maxime adverſatur. Alii vero arbitrantur, loco citato Chriſtum ad ſpatium itineris Sabbatici reſpexiſſe. Itaque ſinguli anni ſeptimi erant Sabbata terræ, non ſecus ac ſinguli dies ſeptimi hebdomadæ Sabbata. Hinc apud Judæos triplicis generis Sabbata dabantur, alia dierum, alia hebdomadarum, alia annorum. Quod pertinet ad ſervos libertate anno Sabbatico donandos, id intelligendum de ſervis Hebræis, cum alienigenæ in libertatem non vindicarentur. Debitorum vero exactio illo tantummodo anno intermittebatur, debito manente, & ſalvo jure creditori illud ſequentibus annis repetendi, & tradendi chirographi* סַנְהֶדְרִין גָּדוֹל Synedrio Magno *ad jus exigendi renovandum. Quidam tamen volunt, id obtinuiſſe ſolummodo in terra Chanaan, in aliis autem locis debitorum remiſſionem fuiſſe perpetuam. Annus Jubilæus a die decimo menſis* תִּשְׁרִי Septembris *incipiebat, & ab anno decimo quarto ingreſſus in terram ſanctam numerabatur. De anno* יוֹבֵל Jubilæo *vide pag. 182. hujus Lexici.*

מִשְׁמָט Locus derelictus, intermiſſus, *vel* dimiſſus a cultura, & ſatione. Soph. 2. 9.

שְׁמוּטָא, שְׁמוּטָא Bruchus, *ſpecies locuſtæ: aliis* ærugo. Joel. 1. 4. 1. Reg. 8. 37.

הַשְׁמָטָה Dimiſſio. *Rabbini, & Talmudici inter ſe acriter de jure dimiſſionis, ſeu remiſſionis digladiantur. In Tractatu enim* גטין Gittìn *fol.* 36. שביעית וגו׳ משמטא רמדאורייתא Ex Lege dimittit debitum annus ſeptimus, & Hillel ſenex fecit Statutum, ut annus ſeptimus non dimittat debitum. *In* גמרא Ghemarà *reſpondetur, non fuiſſe Statutum generale Hillelis, ſed ſpeciale de anno ſeptimo in illo tempore. Scriptura enim* Deuter. 5. 2. וְזֶה דְּבַר הַשְּׁמִטָּה שָׁמוֹט וכו׳ Hoc autem eſt jus remiſſionis, remittito &c. *illud innuit,* הכתוב מדבר שבשתי שמטות Scripturam de duabus remiſſionibus loqui, אחת שמיטת קרקע alteram *videlicet* eſſe intermiſſionem culturæ terræ, ואחת שמיטת כספים alteram autem eſſe remiſſionem pecuniarum. *In Tractatu autem* שביעית Scevihìth *cap.* 10. *legitur:* שביעית משמטת את המלוה Septimus annus dimittit creditorem, *nimirum efficit, ut creditor non poſſit debitum exigere, cogaturque ejuſdem exactionem intermittere.* פרוזבול אינו משמט Prosbol, (*h. e.* ſtatutum *de anno ſeptimo*) non dimittit debitum. המחזיר חוב בשביעית יאמר לו משמט אני Qui reſtituit chirographum in anno ſeptimo, dicet debitori: Remitto ego debitum &c. *Quid fuerit Hillelis* Proſbol, *ejuſque exemplar vide hujus Lexici pag.* 438.

שׂמאל שְׂמָאל, שְׂמָאלָא Siniſtra ma-

Digitized by Google

nus, ſiniſtrum latus, *vel* pars. Geneſ. 24 49. Levit. 14. 15. Deuter. 5. 32. שְׂמָאלִי ſiniſter, a, um. *Fœmin.* שְׂמָאלִיתָא, שְׂמָאלִית ſiniſtra. Deuter. 21. 18. *in Jonathane.*

שמם *Ithpahel* אִשְׁתּוֹמֵם Stupeſcere, obſtupeſcere. Dan. 4. 16.

Ithpehal אִשְׁתְּמֵם Idem. *Item* inſanum, ſtupidum, ſtultum agere. 1. Sam. 21. 13. vaſtari, deſolari. Thren. 4. 5.

אִשְׁתַּמְמוּת, אִשְׁתְּמָמוּ Stupor, terror, deſolatio, vaſtitas. Jerem. 8. 21. & 51. 37. Ezech. 12. 19.

שְׂמָמִיתָא Stellio, *ſpecies avis immundæ.* Levit. 11. 30. *in Jonathane. R. Salomoni* Lacerta.

שמן שְׁמֵן, שְׁמְנָא Pinguedo, adeps, oleum, butyrum. Geneſ. 18. 8. Iſa. 7. 22. pinguis *adjective.*

שׁוּמְנָא Idem. Judic. 3. 22.

שְׁמֵינָא Pinguis. Iſa. 5. 1. *Plur.* שְׁמֵינִין, שְׁמֵינַיָּא pingues. 1. Sam. 15. 9.

שׁוּמְנוּנִיתָא, שַׁמְנוּנִיתָא Pinguedo: optimum, præſtantiſſimum. Geneſ. 45. 18. Levit. 7. 20. *in Jonathane.*

שׁוּמְנִית Allium ſylveſtre *allio hortenſi minus, quod appellatur* שׁוּם.

De Teruntiis, Prutis, Quadrantibus, aliiſque Nummis olim in uſu apud Hebræos.

שְׁמִין, שְׁמוֹן Teruntius, Quadrans. *Nummulus fuit parvus æreus olim in uſu apud Hebræos. Apud Latinos uſurpatur pro nummo minutiſſimo, ut in illo Lucæ* 12. *v.* 59. Dico tibi, non exibis inde, donec etiam noviſſimum minutum reddas. פרוטה Prutæ *autem valor aliquando augebatur, aliquando minuebatur. Duplex* Prutæ *erat ſupputatio apud* Talmudicos. *Erat enim vel octonarius, vel ſextarius* Aſſarii. *De* Aſſario *mentio injicitur Matth.* 10. *v.* 29. Οὐχὶ δύο ϛρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; Nonne duo paſſerculi Aſſario veneunt? *Aſſarii autem valor quandoque erat ſex nummulorum, quorum ſinguli* פרוטה Pruta *vocabantur.* Prutas *autem adhibere ſolebant Hebræi egenis eleemoſynam facientes, ſicuti nos ſtipem rogantibus obolos ſolemus dare. Certant inter ſe Rabbini de valore Prutæ. Aliis ex iis* פרוטה אחד משמנה באיסר האיטלקי Pruta eſt una ex octo partibus Iſsâr, ſive Aſſarii Italici; *aliis autem* פרוטה אחד מששה באיסר האיטלקי Pruta eſt una ex ſex partibus Iſsâr, ſive Aſſarii Italici. *Ut autem ſupputationes hæ conficiantur, variæ monetæ ſolent adhiberi, quæ ad drachmam, ſive quadrantem Sicli duntaxat reducuntur. Ad conſtituendum vero Siclum quatuor drachmæ requirebantur. Supputatio, ex qua colligitur,* Prutam *eſſe ſextarium, ſive ſextam partem Aſſarii, hoc modo a Talmudiſtis conſtituitur in* גמרא Ghemarà. Rabbàn Simeon-Ben Gamaliel dixit: שלשה הדרשין למעה: שני הניצין להדרס: שני שמינין להניץ: שתי פרוטות לשמין: נמצא פרוטה אחת מששה באיסר איטלקי: *h. e.* Tres Hadresìn conſtituunt Maam, duo Hanitzìn conſtituunt unum Hadrès, duo Sceminìn conſtituunt unum Hanitz, duo Pru-

Prutòt conſtituunt unum Scemìn. Sic invenitur, Prutam eſſe unam ex partibus Aſſarii. *Hujuſmodi ſententia huic loco ſubjecta eſt: Siclus valebat quatuor Dinarìm, ſive drachmas, drachma ſex maas, quæ valebant octodecim hadreìn, qui valebant triginta ſex haniſìn, qui valebant ſeptuaginta duo ſceminìn, qui valebant centum quadraginta quatuor prutas. Si dividas hunc numerum per viginti quatuor aſſaria, clariſſime patebit, aſſarium unum ex ſex prutis compoſitum fuiſſe. Hinc vero colligitur, quid fuerint* λεπτὰ δύο, minuta duo, *h. e. duo nummi minimi valoris, a vidua Evangelica in gazophylacium, ſive juxta Rabbinos in* קֻפָּה שֶׁל צְדָקָה arcam eleemoſynæ Injecta. *Nimirum duas* Prutas *in eam injecit, quarum centum quadraginta quatuor conſtituebant unum* Dinàr, *ſive quadrantem Sicli ſacri, & quarum duo alium nummulum conſtituebant Syriace dictum* ܫܡܘܢܐ *& dialecto Babylonica* שְׁמִין, *quorum ſeptuaginta duo quadrantem Sicli valebant. Hinc hæc* λεπτὰ δύο, *ſive* מְנִין *in Talmude appellantur* שְׁמִין, *& de iis clare dicitur* דאתיהון שמונא, qui ſunt unum שְׁמֹנָא. *Itaque dictio* שְׁמִין, *ut legitur in* גְמָרָא Ghemarà, *vel* שְׁמוֹן, *ut in Arùch, vel* ܫܡܘܢܐ, *ſicuti Syrus Interpres habet, non eſt dictio derivata a voce Hebraica* שְׁמֹנָה octo, *ex eo, quod tot nummi unum nummum integrum conſtituerint, ſed eſt nomen proprium monetæ, ut alia monetarum nomina, quæ tunc temporis erant in uſu, de quarum origine nihil certum apud Auctores. Quod ſi velis juxta nonnullorum opinionem, hæc* λεπτὰ δύο duo Leptà *Græco nomine ſic appellata, vel duo* ܫܡܘܢܝܢ *Syriaca voce ita dicta fuiſſe duas octavas, vel duos octonarios, tunc ipſorum totum non dicebatur* שְׁמִין, *vel* שְׁמוֹן *Babylonice, vel* ܫܡܘܢܐ *Syriace, ſed* קונטרינק KontrinàK, *quæ dictio corrupta eſt a* κοδράντης Græco, *ut vocatur* Marc. 12. 42. Matth. 5. 26. *quod etiam Latina voce exponitur* quadrans. *Altera vero ſupputatio, ex qua infertur*, Prutam *fuiſſe octonarium, ſive octavam partem Aſſarii Italici, habetur in* קדושין Kidduſcìn *cap.* 1. שש מעה כסף דינר: מעה שני פונדיונין: פונדיון שני איסרין: איסר שני מוסמיסין: מוסמס שני קונטרינקין: קונטרינק שני פרוטות: נמצא פרוטה אחת משמונה באיסר האיטלקי: *h. e.* Sex Maìn argenti faciunt denarium, ſive drachmam, aut quadrantem Sicli. Maa facit duo Pondion. Pondion facit duo Aſſaria. Aſſarion facit duo Muſmesìn. Muſmès facit duo KontrineKìn, *h. e.* Quadrantes. KontrinèK facit duas Prutas. Ex his colligitur, unam Prutam eſſe octavam partem Aſſarii Italici. *Ita igitur ſupputationem fac. Siclus valet quatuor Dinarìm, ſive drachmas: Dinàr valet ſex Maìn, qui faciunt duodecim Pondion. Pondion facit viginti quatuor Aſſaria, quæ faciunt quadraginta octo Muſmesìn, quæ faciunt nonaginta ſex KontrineKìn, qui faciunt centum nonaginta duas Prutas. Divide hunc poſtremum numerum per viginti quatuor Aſſaria deprehendes, unum Aſſarium valere octo Prutas.*

Digitized by Google

שָׁמַע Audire, exaudire, attendere, auſcultare, parere, obedire, obtemperare. Numeror. 14. 15. 2. Reg. 25. 11. Joſ. 6. 5. Dan. 3. 5. *Ithpehal* אִשְׁתְּמַע, & *Ithpahel* אִשְׁתַּמַּע audiri, exaudiri. Exod. 23. 13. Jerem. 21 9. auſcultare, obedire, obtemperare. Jerem. 51. 14. *Circumfertur inter Hebræos, tritumque uſu Proverbium eſt ex* סנהדרין Sanhedrìn *fol. 95. deſumptum:* אנב אירחך לבעל דבבך אישתמע *h. e.* Dum es in via, obedito inimico tuo. *Ei ſolet præfigi* היינו דמאמרי אינשי Sunt, qui dicunt, homines. *Idem omnino ſuggerit viatoribus, & ſimul peregrinantibus Chriſtus* Matth. 5. 25. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ. Eſto conſentiens adverſario tuo cito, dum es in via cum eo. *Aphel* אַשְׁמַע audire, *vel* audiri: nuntiare, annuntiare, proclamare, promulgare, audiendum proponere. Deut. 4. 36. Iſa. 13. 23. & 62. 11. Pſal. 26. 7. ſonum edere, ſonare, reſonare, perſonare: audire facere. Jerem. 49. 2. Pſal. 143. 8. *Apud Talmudicos* שמע מינה Audio inde, percipio inde.

שְׁמָעָא, שֵׁמַע, שְׁמַע, שֵׁמַע Auditus, auditio: rumor, fama, nuntium, ſonus, ſermo. Geneſ. 29. 13. Pſal. 18. 45. Iſa. 66. 19.

שְׁמוּעַ Auditus. 1. Sam. 22. 45.

שְׁמוּעֲתָא Idem. 1. Sam. 2. 24. *Plur. maſc.* שְׁמוּעִין rumores. Cant. 5. 10.

מַשְׁמַע Auditus, auditio, obedientia. Job 42. 5. Iſa. 11. 3. *Item* auris. *Plur. conſtr.* מַשְׁמְעֵי aures.

מַשְׁמַעְתָּא Auſcultatio, obedientia. 1. Sam. 22. 14.

שַׁמּוּעָא Auditor, audiens. Prov. 21. 28.

שְׁמוּעָא Fama, rumor, auditio, ſermo. *Eſt etiam Rabbinis* narratio, hiſtoria, fabula, *quæ audienda proponitur*.

שְׁמַעְתָּא Lectio, *quam Magiſtri diſcipulis ſuis audiendam proponere, ac prælegere ſolent, dicta quaſi Auditio, quia a diſcentibus auditur. Eodem modo Hebræi vocant* מַקְרָא Lecturam ſacram, *quam nos appellamus* Scripturam ſacram. *Ab omnibus enim legenda eſt, cum ſingulis a Deo ſit exhibita.*

II. שַׁמֵּשׁ Miniſtrare, ſervire.

שַׁמָּשׁ Miniſter, famulus.

שמת שׁוּפְּמִין *Nomen lapidis pretioſi in pectorali Aaronis poſiti pro nomine* שִׁמְעוֹן Simeonis. *Hebraice* פִּטְדָה, *Chaldaice* יַרְקָן, *vel* יַרְקְתָא. *Aſt hoc legitur in* שמות רבא Scemòt rabbà *ſect.* 38.

De lapide שָׁמִיר *Samìr*.

Samìr *eſt petra adamanti quodammodo ſimilis, duriſſima ut ſilex.* בְּקִיף כְּשָׁמִירָא Durum ut adamas. Zach. 7. 12. כְּשָׁמִיר חָזָק מִצּוֹר Sicut Samìr fortior eſt rupe. Ezech. 3. 9. *Ex Talmudicis autem* שָׁמִיר Samìr *vermiculus fuit magnitudine granum hordeaceum æquans, quo utebantur artifices ad ſcindendos, ac findendos lapides duriſſimos. Itaque narrant, lapides pretioſos Aaronis* אֵפוֹד Ephodi *inſertos hoc vermiculo a Moyſe dolatos fuiſſe: addunt*

Digitized by Google

dunt etiam, eodem diffiſſet lapides a Salomone ad Templum extruendum, cum l. 1. *Reg.* 6. *v.* 7. *ex lapidibus dolatis, & perfectis ædificatum fuiſſe legatur. In* פרקי אבות PirKè Avòth *cap.* 5. *Porro* שָׁמִיר Samìr *inter illa decem recenſetur, quæ a Deo creata a Rabbinis dicuntur veſpera Sabbati ſub crepuſculum. In* משנה Miſnà *Tractatu* סוטה Sotà *dicitur vermiculus* שמיר Samìr *defuiſſe, ex quo Templum vaſtatum fuit, & in* גמרא Ghemarà *additur ejus uſus ad lapides findendos. Plura de vermiculo* שָׁמִיר Samìr *habet R. David, quæ juvabit hoc in loco in gratiam Philo-Hebræorum ſubjicere. Scriptum itaque reliquit* 1. *Reg.* 6. *v.* 7. *ad verba* אבן שלמה. Quomodo ſcilicet advexerunt eos de monte, ubi cædebant eos, ſicut decebat. Poſtquam vero eos advexerant ad Templum, nihil quicquam amplius ex eis cædebant; ſed integris utebantur ad ſtructuram, prout eos adduxerant de monte. Sunt ex Rabbinis noſtris, qui aſſerunt, etiam in monte non fuiſſe cæſos ullo inſtrumento ferreo, אלא בתולע אחת שנק״א שמיר *ſed per vermiculum quemdam, qui vocatur Samìr.* Eum ſi adhiberent ad lapides, ſtatim fuerunt per ſe fiſſi, & dolati. Ajunt etiam, vermiculum iſtum fuiſſe כְּמִין שְׂעוֹרָה *inſtar grani hordei.* Poſuerunt eum, & conſervaverunt eum in arcula plumbea cum furfuribus hordeaceis. Si ponerent eum etiam ſupra montem, diffindebat eum. Eo diviſit Salomon omnes lapides Templi. Quis autem dedit eum Regi Salomoni? aquila adduxit eum ex Paradiſo; ſicut dictum eſt: וַיְדַבֵּר שְׁלֹמֹה עַל הַבְּהֵמָה וְעַל הָעוֹף *Et locutus eſt Salomon ad jumenta, & ad aves.* 1. Reg. 5. v. 13. Quid locutus eſt ad aves? quæſivit ex eis, ubi eſſet שָׁמִיר *Samìr vermiculus.* Confeſtim avolavit aquila, & attulit eum, adduxitque ad Salomonem ex Paradiſo. Eſtque hoc unum ex iis, quibus dedit Deus dominium, ut tenerum, & molle dominaretur in durum. Eo dolavit Moſes lapides Ephod pretioſos: eo dolavit lapides Tabularum primarum, & ſecundarum Legis. Hæc vero per Cabbalam, *h. e. Traditionem,* habuerunt Rabbini noſtri inde a diebus Moſis; quæ noſtrum non eſt in dubium vocare, aut de iis diſputare. *Quæ de aquila R. David affert, invenies in* ילקוּת JalKùt 1. *Reg.* 6. *deſumpta ex Medràſch* שוחר טוב. *Vide etiam de* שָׁמִיר Samìr *R. Salomonem* Iſà. 5. v. 6. *ut ſilentio prætereàm impiam, ac prolixam fabulam, quam Talmudici excogitarunt de Salomone Templum ædificaturo.*

שְׁמָרִין Fæces. Jerem. 48. 11. *Hoc nomine fæces appellantur, quia vinum, alioſque liquores conſervant, donec purificetur, ita dictæ a Verbo Hebraico* שָׁמַר conſervare, cuſtodire.

שָׁמֵשׁ Servire, colere, miniſtrare. 1. Sam. 16. 21. Ezech. 44. 11. coire, congredi, concumbere, rem habere. Deut. 22. 24. Job 31. 10. *Ithpahel* אִשְׁתַּמֵּשׁ miniſtrari, coli.

שַׁמָּשׁ Miniſter, *proprie Sacrorum,* Diaconus, Subdiaconus. *Vicarius Sacerdotis dicitur*

tor חזן, *kujus autem vicarii miniſter* שמש. *Plur.* שמשין miniſtri. Iſa. 6. 2. 6.

משמש Miniſter, Diaconus: concumbens. Deut. 22. 22. *Plur.* משמשין, משמשיא miniſtri. *Fœm.* משמשא ancilla, famula, miniſtra. *Plur.* משמשן famulæ.

משמשנא Idem. Numer. 11. 28. 2. Sam. 13. 17. *Plur. cum aff.* משמשנוהי miniſtri ejus. Eſth. 6. 3.

שמש Idem. *Plur.* שמשין, שמשי miniſtri. Iſa. 6. 2. 6. *Fœmin.* שמשא miniſtra. *Plur.* שמשן miniſtræ. 1. Sam. 8. 13.

שמוש, שמושא Miniſterium, munus, officium. Numer. 4. 12. uſus. *Cum aff.* שמושי officii mei. Geneſ. 41. 13. *in Jonathane. Apud Grammaticos* ב השימוש Littera ב miniſterii, *videlicet* ſervilis. *Apud Rabbinos occurrit* שימוש תהלים uſus, officium libri Pſalmorum. *Hoc titulo liber Pſalmorum eſt etiam inſcriptus.*

שמשא Miniſterium: Sol. Judic. 11. 18. *Plur.* שמשין, שמשיא miniſteria: Soles. Exod. 12. 6.

משמשנית Miniſtra, famula. *In* בראשית רבא *ſcriptum reperitur* ממשמשנית.

תשמיש, תשמישא, תשמישתא Miniſterium, officium: uſus: ſupellex. Deut. 7. 26. congreſſus, coitus, concubitus. Geneſ. 19. 8. Levit. 18. 14. *Apud Rabbinos etiam* ſupellex, vaſa *ad miniſterium rei alicujus adhibita. Monita varia tum apud Talmudicos, tum apud Rabbinos habentur de concubitu.* בא מן הדרך ושימש מיטתו הויין לו בנים ויתקין (*h. e. rediens ab itinere feſſus*) & obiens officium lecti, erunt ipſi liberi debiles. המשמש מטתו לאור הנר הרי זה מגונה Adminiſtrans officium lecti ad lumen lucernæ, id turpe eſt. אסור לאדם משמש מטתו ביום Vetitum eſt homini obire officium ſuum interdiu. דמשמשה על ארעא הוו לה בני שמיטי Quæ coit ſuper terram, ei erunt liberi longi colli. דמשמשה בי ריחיא הוו לה בני נכפי Quæ coit in mola, ei erunt liberi epileptici. *Cum autem Rabbini velint probibitum fuiſſe in arca Noe invicem coire, ideo ajunt in* סנהדרין Sanhedrin *fol.* 108. שלשה שימשו בתיבה וכולם לקו כלב ועורב וחם Tres coiverunt in arca *Noe*, & omnes vapularunt, nempe canis, corvus, & Cham. *Hinc factum volunt, ut canis poſt coitum* נקשר alligetur *fœminæ-cani; corvus ſemen per fauces evomat, & Cham poſteri, videlicet Æthiopes, nigri naſcantur, quorum pater fuit* כוש Chus *Chami filius. Animadvertunt etiam, omnia animantia coire facie cervici obverſa, tribus exceptis, homine nimirum, piſce, & ſerpente.* המשמש מיטתו מעומד אחזתו עוית מיושב אחזתו דלריא Qui obit officium lecti ſtans, corripit eum ſpaſmus: ſedens, corripit delirium. הקיז דם ושימש מטתו הויין לו בנים ויתקין הקיזו שניהם ושימשו הויין להן בנים בעלי ראתן Qui emiſerit ſanguinem (*per venæ ſectionem*) & concubuerit, erunt ei liberi debiles: ſi ambo venam ſecuerint, & coiverint, habebunt liberos ulceribus plenos. *Utrum autem his fides habenda ſit, Phyſicorum, Medi-*

dicorumque judicio relinquendum. כְּלֵי הַשַּׁמָּשׁ utenſilia. *Plur.* תַּשְׁמִישִׁין congreſſus. Levit. 20. 13.

שׁוּמְשְׁמָנָא Formica. Prov. 6. 6. *Plur. conſtr.* שׁוּמְשְׁמָנֵי formicæ. Prov. 30. 25.

II. שְׁמֵשׁ, שַׁמֵּשׁ Coire, rem habere, concumbere. *Fuit in uſu Verbum Babyloniis præſertim, & Hieroſolymitanis. In Targum hoc in ſenſu aliquando reſpondet Verbo Hebraico* עָנָה, *aliquando* שָׁכַב, *aliquando* בּוֹא. Deuter. 22. 25. Levit. 18, 7. Job 31. 10.

שמת שַׁמַּתָּא Schammatà, *excommunicationis ſpecies*. Num. 21. 25. Cant. 2. 6. *Plur.* שַׁמַּתִּין. Deuter. 7. 26. *in Jonathane.*

De Excommunicatione apud Hebræos dicta שַׁמַּתָּא *Schammatà.*

Hujus vocis שַׁמַּתָּא Schammathà *quatuor derivationes aſſignantur ab Hebræis. Alii volunt, eam eſſe dictionem compoſitam ex duabus vocibus* שָׁם, *vel* שְׁמַיָּא Dominus, & אָתָה venit, *pro Futuro* veniet, *quaſi diceret*, Dominus procul dubio veniet ad ulciſcendum. *Hanc ſuam opinionem confirmant textu illo* 1. ad Corinth. 16. 22. Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν-ἀθά. Si quis non amat Dominum Jeſum Chriſtum, eſto anathema, Maranàtha; *quod verbum* μαρὰν-ἀθά. Maranàtha *Syriacum eſt, idem omnino ſignificans, ac* שַׁמַּתָּא Schammathà. *Etenim* ܡܳܪܰܢ *ſignificat* Dominum, & ܐܬܐ venit. *De Maranàtha vide pag.* 276. *hujus Lexici. Alii cenſent,* שַׁמַּתָּא Schammathà *denotare* שָׁם מִיתָא ibi mors, *quaſi Excommunicatus reus mortis habendus ſit. Alii arbitrantur,* שַׁמַּתָּא Schammathà *idem eſſe, ac* שְׁמָמָה תְהֵא deſolatio erit. *Alii denique reliquis verius nominis originem deducunt a Verbo* שַׁמַּת ſeparare, excludere, excommunicare, *quorum opinionem nos quoque amplectimur, duas alias potius alluſiones, quam etymologias prorſus reſpuentes. Hac excommunicationis ſpecie* שַׁמַּתָּא Schammatà *dicta Alexander Faber ærarius videtur percuſſus* 2. ad Timoth. 4. 14. Πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. ἀποδώη αὐτῷ ὁ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Multa mala mihi exhibuit, reddat ei Dominus ſecundum facta ipſius. *Erat autem* שַׁמַּתָּא Schammathà *pœna inter cæteras Eccleſiaſticas graviſſima, qua homo excommunicatus multis maledictionibus redditur exoſus Deo, & hominibus, & ſoli Divino judicio deſtinatur, ut ab eo ſcelerum juſtiſſimam pœnam referat, &, niſi reſipiſcat, æternis cruciatibus torquendus reſervetur. Porro tribus modis aliquis ab aliorum conſuetudine removebatur, vel ipſi præſenti Excommunicatione illata, vel abſenti alicujus verbis denunciata, vel ſchedula per apparitorem oblata. Idem autem, qui excommunicaverat, ab Excommunicatione liberabat, ſi adhuc erat ſuperſtes. Nam, ſi diem obiiſſet, a Principe anathemate percuſſus erat ſolvendus. Quoties anathemata inferenda, ad incutiendum timorem Judæi bucci-*

Digitized by Google

cinis clangunt , & cornua inflant . Cæterum poteſtatem excommunicandi ſibi permiſſam eſſe volunt Judæi exemplo Joſue , Eſdræ, & Nehemiæ.

בַּר שַׁמְתָּא Filius Excommunicationis , *h. e.* reus Excommunicationis.

שְׁנָא , שְׁנָה Iterare , ſecundo facere . Dan. 7. 19. mutari, immutari, variari. Deuter. 34. 7. Dan. 3. 27. *Pahel* שַׁנִּי mutare, immutare, permutare, variare. Jerem. 52. 33. 2. Reg. 25. 29. Prov. 27. 8. *Ithpahel* אִשְׁתַּנִּי mutari, immutari: mutare ſe, mutatum , diverſum ſe oſtendere, diſſimulare ſe. Deuter. 32. 5. Dan. 3. 19. *Aphel* אַשְׁנִי mutare, permutare: mutari. Hoſ. 6. 10. Pſal. 89. 4. Malach. 3. 6. repetere, 2. Samuel. 8. 3. *Ithpehal* אִשְׁתְּנִי mutari. Deuter. 34. 7. *in Targum Hieroſolymitano.*

II. שְׁנָה Diſcere : docere ; *ficuti* לְמַד *a Rabbinis uſurpatur:* legere. *Monita Rabbinorum :* כל השונה לתלמיד שאינו הגון נופל בגהנם Qui docet diſcipulum non honeſtum, cadet in gehennam. כל השונה לתלמיד שאינו הגון כאלו זורק אבן למרקוליס Quicumque docet diſcipulum inhoneſtum, perinde eſt , ac ſi projiceret lapidem ad ſtatuam Mercurii, *h. e. quaſi Idola coleret.* אל תאמר כשאפנה אשנה שמא לא תפנה Ne dicas : cum otioſus ero, diſcam : forte non ſuppetet tibi otium. *Admonentur homines , ſedulam, diligentem, & aſſiduam ſtudiis operam dandam eſſe, cum mora periculo, & damno carere non ſoleat.*

שְׁנוּיָה , שְׁנוּי Perceptum, apprehenſum.

שַׁנִּין Mutationes. Iſa. 30. 10. *Aliis* inſaniæ, deliramenta *: aliis* res mirabiles, mirabilia, *ut apud Rabbinos* דָּבָר מְשׁוּנֶּה.

שְׁנָא , שְׁנַת , שַׁתָּא Annus. Numer. 28. 3. Iſa. 63. 4. Levit. 25. 53. *Plur.* שְׁנִין , שְׁנַיָּא anni. Geneſ. 11. 10. Pſal. 77. 6. *De annis Judaicis vide in dictionibus Rabbinicis.*

Annus dicitur שָׁנָה *quia ab eodem puncto ſemper iteratur, & ad primum veſtigium redit . Geminatum* שְׁנָא שְׁנָא annuatim . כִּשְׁנָא בִשְׁנָא ſicut quotannis.

שָׁנָה פְּשׁוּטָה Annus ſimplex , *videlicet compoſitus ex duodecim menſibus.* שְׁנַת הַלְּבָנָה Annus Lunaris. שְׁנַת הַחַמָּה *Annus Solaris.* שָׁנָה מְעֻבֶּרֶת Annus intercalaris, *vel* emboliſmicus, *ex tredecim menſibus conſtans duodecimo geminato. De anno intercalari animadvertendum, Synedrii Præſidem pro arbitrio delegiſſe nonnullos ad intercalationem faciendam, quibus ajebat :* Curate, ut parati ſitis in illo loco , ut deliberemus , & conſilium ineamus , utrum annus intercalaris conſtituendus ſit, an non. *Majemonides* de conſecratione Calendarum , & de ratione intercalandi *aſſerit, neque Regem , neque Summum Sacerdotem ad hanc deliberationem umquam admiſſum fuiſſe ; illum quidem, ne propter belli adminiſtrationem , vel delectum habendum convocatos cogeret ad alterutram partem intercalandi , vel non intercalandi ; hunc vero , ne ab intercalatione removeret ſui commodi gratia, ne nimirum pro-*

pter

Digitized by Google

pter intercalationem menſis תִּשְׁרֵי Septembris יום הכפורים Diei Expiationis *ritus ab eo in dies algentes intercalatio incideret, quibus erant peragendi.*

De cognoſcendis Chriſtianorum annis ex annis Judaicis.

Ut Chriſtianorum annos ex annis Judaicis cognoſcas, ut quo anno aliquid geſtum ſit, vel quo anno liber aliquis Hebraicus ſit editus, intelligas, id obſerva. Annis Judæorum adde annos mille ducentos, & quadraginta, ſtatimque quæſitus annus æqualis Chriſtianorum conſuetudini numerandi annos, & numero annorum apud ipſos emerget. Exempli gratia liber editus eſt anno apud Judæos quadringenteſimo nonageſimo octavo, huic numero adjectis annis mille, ducentis, & quadraginta, juxta Chriſtianorum ſupputationem erit editus anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo octavo.

שְׁנוּת, שְׁנוּ Diverſitas, contrarietas, contrarium, diverſum. Jerem. 5. 30. Hoſ. 6. 10.

מִשְׁנָה Repetitio, lectio, deuterôſis. *Appellatur apud Judæos* מִשְׁנָה Miſnà *textus Legis non ſcriptæ.*

De מִשְׁנָה *Miſnà* Talmudis parte.

Eſt מִשְׁנָה Miſnà *Textus Talmudicus, qui ita dicitur quaſi Legis Divinæ repetitio, & fuſior, ac latior expoſitio. Hinc in Arùch in dictione* משנה *legitur:* למה נקראת משנה Quare vocatur Miſnà? quia eſt שניה ſecundaria Lex, vel ſecunda a Lege. Nam Lex illa, quam audivit totus Iſrael in monte Sinai, eſt Lex ſcripta. Moſes autem audivit משנה *Miſnà* ex ore Potentiæ (*Dei*) שניה *vice ſecunda*, & hæc eſt Lex oralis (*quæ vocatur ab Hebræis vulgo* תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה). Manifeſta igitur res eſt, quod ſit שניה לראשונה *Secundaria prioris, vel ſecunda a priore. Plura de* משנה Miſnà, & גמרה Ghemarà *duabus Talmudis partibus vide in Diſputatione noſtra huic Lexico præmiſſa. Plur.* מִשְׁנָיוֹת. *Apud Targumiſtas opere Talmudico poſteriores habetur:* Et interdiu ſtudet in viginti quatuor libris Legis Divinæ, ſive Biblicis, in verbis ſcilicet Prophetiæ, & Hagiographorum, ובליליא הוא עסיק בשתא סדרי משנה noctu autem ſtudet in ſex partibus Miſnà, *quia Miſnà, ſive Textus Talmudicus in ſex generales partes vulgo vocatas* סְדָרִים Ordines *eſt diviſus. Diligenter autem animadvertendum eſt,* שְׁנָא Scenà, & מִשְׁנָה Miſnà *eſſe Lectionem Textus Talmudici;* מִקְרָא & קְרָא *eſſe Lectionem Textus Sacræ Scripturæ;* הֲלָכָה *eſſe Lectionem Ghemarà alterius partis Talmud; partem Textus* מִשְׁנָיוֹת Miſnajôth *dictam editam eſſe ſeorſim in minori forma cum Gloſſa vocum difficiliorum, & in forma majori cum Commentariis Majemonidis, & R. Obadiæ de Bartenora. Vide alia de* מִשְׁנָה Miſnà *in dictionibus Rabbinicis.*

שׁוֹנֶה Diſcens, *videlicet per ſe ſine Magiſtro, legendo, ac meditando. Is ita dicitur, quia ſæpe errans cogitur iterare, ac mutare ſtudium. Diſcens vero a Magiſtro docente a Verbo* לָמַד diſcere *appellatur* תַּלְמִיד diſcipulus docentis.

שְׁנִיָּה Secunda. *Plur.* שְׁנִיּוֹת ſecundæ. *In Majemonide* הלכות אישות *cap.* 1. *legitur:* Sunt deinde mulieres aliæ, quæ prohibitæ ſunt ex ore Cabbalæ, & quarum prohibitio eſt ex verbis Scribarum, & illæ vocantur שניות, eo quod ſint שניות לעריות ſecundæ a congreſſu illicito in Lege, & unaquæque illarum vocatur שניה Quænam illæ ſint, poſtea recenſentur.

שְׁנַיִם Geminata, duplicata. *In Libro Grammatico* צחות Tzacùth *Abèn Ezrà dividuntur Verba in* שְׁנַיִם geminata, *quæ ex duabus tantummodo litteris radicalibus componuntur, quæ ait eſſe Quieſcentia ſecunda radicali, ut* רום; *in* שְׁלִישִׁיִּם triplicata, *quæ ex tribus litteris radicalibus conſtantur; in* רְבִיעִיִּם quadruplicata, *quæ habent quatuor litteras radicales, quorum pauca admodum reperiuntur.* Grammatici certant & adhuc ſub judice lis eſt, *utrum Verba Quieſcentia ſecunda radicali dicenda ſint componi ex duabus litteris radicalibus, an tribus.*

שָׂנֵא Odiſſe, odio habere. *Quæ hinc derivantur, vide in dictione* כָּנָא.

שנד שִׁנְדְּפִּין, & שִׁנְדָּפִּין *Species ligni præſtantis, aut cedri, ex quo lectus Jacob patris Joſephi confectus fuit, ſuper quo dicitur Joſeph procubuiſſe ad mortem patris ſui deflendam. Hinc Targum Jonathanis exponens verba* Geneſ. 50. 1. וַיִּפֹּל יוֹסֵף עַל פְּנֵי אָבִיו וַיֵּבְךְּ עָלָיו וַיִּשַּׁק־לוֹ׃ *ait* וְאַרְבַּע יוֹסֵף יַת אֲבוּי בְּעָרֶס דְּשִׁנְדָּפִּין Et decumbere fecit Joſeph patrem ſuum in lecto cedri præſtantiſſimæ. *Nonnulli volunt* שִׁנְדָּפִּין *poſitum eſſe pro* שֵׁן דְּפִיל dente elephantis, ebore.

שָׁנַן Acuere, exacuere, expolire. *Ex Pahel* שַׁנְּנוּ acuite. Jerem. 51. 11. אֲשַׁנֵּן acuero. Deut. 32. 1. *Ithpahel* אִשְׁתַּנֵּן acui, exacui. Ezech. 15. 28.

שְׁנִינָא, שְׁנִין Acutus. Deuter. 32. 41. *in Jonathane.*

שִׁנְּנָא, שְׁנָנָא, שְׁנָן Acies, mucro, acumen. Judic. 3. 22. 1. Sam. 17. 7.

שִׁנָּא, שֵׁן Dens. Exod. 21. 24. *Per ſynecdochen* ebur, dens elephantis. 1. Reg. 10. 22. ſcopulus. 1. Sam. 14. 4. *Plur.* שִׁנִּין dentes. Amos 4. 6. *Conſtr.* שִׁנֵּי dentes, ſcopuli. Joel. 1. 6.

שנץ שִׁנְצִין, שִׁנְצֵי, שִׁנְצֵי Corrigiæ calcei: lora, ligulæ. Deuter. 25. 9. *in Jonathane.*

שָׁנַק Arctare, premere, anguſtiis afficere, angere, cruciare, torquere: ſubmergere, ſtrangulare, ſuffocare. Cant. 1. 9. Pſal. 74. 13. excutere. Exod. 14. 27. *Idem eſt, ac* חנק, *permutatis litteris* ח, & ש. *Ithpehal* אִשְׁתְּנִיק ſubmergi. Pſal. 68. 23. *Ithpahel* אִשְׁתַּנַּק Idem. Geneſ. 21. 20. Cant. 1. 9. *Item* ſtrangulare ſe, ſuffocare ſe: angi, cruciari, torqueri.

An-

Digitized by Google

שְׁנוּקָא, שְׁנוּק Anguſtia, oppreſſio, anxietas, afflictio. Prov. 1. 27. ſtrangulatio, ſuffocatio. Levit. 20. 10. *in Jonathane*. *Plur.* שְׁנוּקִין anguſtiæ. Pſal. 25. 27. ſtrangulationes.

De Strangulatione pœna capitali apud Hæbreos.

Strangulatio fuit unum ex quatuor ſuppliciis capitalibus, quæ olim apud Hebræos ſontibus infligebantur. Fiebat autem hoc pacto. Damnati humi ad genua defixi collum linteo conſtrictum tamdiu a duobus hinc inde diſtorquebatur, donec animam efflaret. Licet autem Sigonius de Republica Hebræorum lib. 6. cap. 8. *dicat:* Strangulationis, aut ſuſpendii nulla mentio reperitur, niſi Judæ proditoris, qui *ſuſpendio crepuit medius; ſi tamen Rabbinorum libros, & ſcripta evolveris, de ſtrangulatione ſæpe mentionem fieri invenies, ac præcipue in Tractatu* סנהדרין Sanhedrìn *cap.* 10. *Quoties vero Sacra Scriptura non determinat, qua pœna quis puniendus ſit, volunt Rabbini tunc ſtrangulationem intelligendam eſſe, utpote quæ omnium pœnarum minima cenſebatur. Quod ſi quæras, quinam rei ſtrangularentur, in citato Capite* Sanhedrìn 10. *exhibentur, ſingillatimque recenſentur. Strangulationi itaque obnoxii erant ſequentes. Presbyteri Senatus edicto obnitentes; vates mendaces; in nomine Idoli vaticinantes; qui alterius uxorem ſubegerant; qui filiam Sacerdotis falſo detulerant; qui cum eadem coiverant; qui animam ex Iſraele furati fuerant; qui patrem, matremve pulſaverant.*

שנר שׁוּנְרָא Felis, catus. Eſth 1. 2. *in Targum ſecundo*. *Plur.* שׁוּנְרִין feles. *Ibidem:*

שַׁסַּע *Pahel*. Diſcernere, diſcindere. Thren. 3. 11.

שַׁעְבֵּד, שׁעבד *Pahel* Subjicere, ſervire facere, ſervituti ſubjicere: ſervire. Geneſ. 12. 5. *Participium* מְשַׁעְבֵּד ſubjectus, exactor. Exod. 3. 7. ſervus. *Ithpahel* אִשְׁתַּעְבַּד ſubjici, ſubjectum eſſe, ſubjicere ſe, ſervire. Geneſ. 27. 40. *in Jonathane*. Eſth. 1. 1. *Rabbinis in materia juris eſt* cavere venditori, *vel* creditori de futuro damno, obligare, & quaſi in ſervitutem juris dare. *Exempli gratia: Creditor non poteſt trahere bona debitoris, quæ tempore contractus non habebat; ſi ea, quæ poſt contractum acquiſivit, vendat, id ei licet, neque creditor ea impedire poteſt*, שֶׁלֹּא, נשתעבדו לבעל חוב quia non fuerunt obligata creditori.

שִׁיעְבּוּדָא, שִׁיעְבּוּד Subjectio, ſervitus, Exod. 3. 7. *In Tractatu* סנהדרין Sanhedrìn *fol.* 91. אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבור מלכיות בלבד Non eſt (*diſcrimen*) inter Mundum hunc, & dies Meſſiæ, niſi ſervitus Regnorum ſolummodo. *In hoc enim Mundo Regibus exteris ſervitutem præſtamus, in diebus vero Meſſiæ nulli ſerviemus, niſi Regi Meſſiæ.*

שעבן שַׁעֲבִין Teſtes, teſticuli. Geneſ. 39. 1. *in Jonathane*. *A Verbo* שַׁעֲבַן *reperitur Participium* מְשׁוּעְבָּן magnos te-

teſticulos habens, *quod in animali primogenito vitium eſt.*

שְׁעֲבֵן Teſticulus. *Hinc Participium* וִיבִישׁוּ שַׁעֲבוֹזִי וְאִסְתְּרֵס Et areſacti fuerunt teſticuli ejus, & eunuchus factus fuit. Geneſ. 39. 1. *in Jonathane.*

שעה *Ithpahel* אִשְׁתְּעֵי Narrare, enarrare, enumerare, recenſere, eloqui. Jud. 6. 13. Iſa. 60. 6. Joel. 1. 3. nugari, ludere, oblectare ſe.

שׁוּעִית, שׁוּעִית, שׁוּעֵי, שׁוּעֵי Narratio, enarratio, recitatio: meditatio, colloquium, loquela: dicterium, confabulatio. 1. Reg. 28. 27. Judic. 7. 15.

אִשְׁתְּעוּת Narratio, recitatio, prolatio. Levit. 16. 5. 11.

שְׁעָה, שַׁעְתָּא Hora: momentum. Exod. 33. 5. כְּשָׁעָה Quaſi hora, momento, ſubito. Numer. 16. 21. *Plur.* שָׁעִין, שָׁעַיָּא horæ. 2. Reg. 20. 9. אֶבֶן שָׁעַיָּא lapis horarum, *ſc.* gnomon horologii. Iſa. 38. 8. *Plur. fœm.* שָׁעָן horæ. *Ibidem. Ex forma constructa reperitur* שַׁעֲוֵי *ultima radicali* ה *in* ו *commutata.* Geneſ. 28. 10. *in Targum Hieroſolymitano.*

De יָמִים *Dierum*, & שָׁעוֹת *Horarum* diviſione apud Hebræos.

Dies olim apud Hebræos vocabantur Lunæ, ut patet ex Capite primo libri tertii Eſdræ. Joſias immolavit Phaſe quarta decima Luna primi menſis, *hoc eſt, quarta decima die. Dividebantur autem dies in naturales, & artificiales. Dies naturalis viginti quatuor horas complectebatur; artificialis autem ab ortu Solis ad ejus occaſum duodecim. Dies naturalis in duplici erat claſſe; Civilis ab ortu Solis uſque ad ortum Solis juxta Babylonios; Sacer a Solis occaſu uſque ad ejus occaſum juxta Judæos, Athenienſes, & veteres Gallos. Cum his omnibus non conſentiunt Romani, & Ægyptii dies ſuos a media nocte metientes. Dies artificialis autem in quatuor quadrantes diſtribuebatur a prima exordii hora nomen trahentes. Quilibet quadrans tribus horis conſtabat, vocabaturque primus hora prima, ſecundus hora tertia, tertius hora ſexta, denique quartus hora nona. Nox quoque artificialis in quatuor partes dividitur vigilias vulgo vocatas, ex tribus horis & ipſas conſtantes. Prima Threnorum cap. 2. 19. vocatur* ראשׁ אַשְׁמֻרוֹת caput vigiliarum; *ſecunda Judicum cap. 7. 19.* אַשְׁמֹרֶת הַתִּיכוֹנָה vigilia media; *tertia Lucæ 12. 38.* φυλακῇ τρίτῃ vigilia tertia; *quarta denique Exod. 14. 24.* אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר vigilia matutina. *Hæ quatuor vigiliæ aliis etiam nominibus appellantur. Prima dicitur* ὀψὲ, *ſecunda* μεσονύκτιον, *tertia* ἀλεκτοροφωνία, *& quarta* πρωΐ. *De his omnibus loquitur D. Marcus cap. 13. v. 35.* οὐκ οἴδατε πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ. Neſcitis, quando dominus domus veniet, veſpere, an media nocte, an in galli cantu, an mane.

Horarum diviſio.

Porro diei in horas diviſionem antiquiſſimam eſſe pro certo habendum eſt. Hanc autem primam hujus diviſionis originem fuiſſe recenſet Polydorus Virgilius lib. 2. cap. 5. de rerum inventoribus. Ait enim, Hermetem quemdam Triſmegiſtum animadvertiſſe, animal quoddam Serapi dictum duodecim vicibus diei, & noctis unius ſpatio certis, & æqualibus ſemper intervallis urinam reddere ſolitum fuiſſe, & inde conjeciſſe, diem Civilem in horas duodecim eſſe dividendum. Hic autem mos dividendi diem in duodecim horas multo tempore obtinuit, donec in viginti quatuor horas, ut hodie, eſt ſeparatus. Ceterum apud Hebræos horarum diviſio triplex eſt. Aliæ vocantur horæ majores, aliæ horæ minores, alia horæ precum. Juxta quatuor diei artificialis quadrantes quatuor ſunt horæ majores; minores a mane uſque ad veſperam duodecim numerantur. Hinc D. Joannes cap. 11. 9. Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας? Nonne duodecim ſunt horæ diei? *D. autem Matthæus cap.* 20. *horæ tertiæ, ſextæ, nonæ, & undecimæ meminit, tamquam extremæ diei. Ex hac horarum diviſione in majores, & minores duo Evangeliſtarum textus de crucifixione Domini, qui ſibi videntur contrarii, inter ſe facile conciliantur. D. Marcus ait cap.* 15. *v.* 25. Ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. *D. Joannes vero cap.* 19. *v.* 14. Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη. Erat Paraſceve Paſchæ, hora vero quaſi ſexta. *Marcus itaque de hora tertia majore; Joannes autem de hora ſexta minore eſt intelligendus, ideoque inter ſe optime conveniunt. Quod vero attinet ad horas Precum, quæ vulgo appellantur etiam horæ Templi, tres fuere ſecundum conſuetudinem, quam in orando Judæi obſervant, ſcilicet hora tertia, ſexta, & nona. Tempus hoc orandi definitum, & ſtatutum fuiſſe volunt Hebræi ab antiquis Patriarchis. Quare horæ primæ Precum inſtitutionem Abrahamo, alterius Iſaaco, tertiæ Jacobo unanimi conſenſu tribuunt. Hunc vero miſericordiæ Divinæ ſtatis horis implorandæ morem ſemper apud ipſos in uſu fuiſſe multi Sacræ Scripturæ textus luculenter probant. David enim ait Pſal.* 55. *v.* 18. עֶרֶב וָבֹקֶר וְצָהֳרַיִם אָשִׂיחָה וְאֶהֱמֶה וַיִּשְׁמַע קוֹלִי Veſpere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. *Hoc idem determinatum Precationum tempus in variis Actuum Apoſtolorum Capitibus repetitur. Sic* Act. 2. 15. *de Apoſtolis Spiritu Sancto afflatis ad Judæos loquens Petrus ait:* ἔστι ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας. Eſt hora tertia diei. *Sic* Act. 10. 9. Ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι περὶ ὥραν ἕκτην. Aſcendit Petrus in ſolarium, ut oraret, circa horam ſextam. Actorum *vero* 3. 1. *dicitur de Petro, & Joanne:* Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην. Simul aſcendebant in Templum ſub horam Orationis nonam.

De

De παρασκευῆ τοῦ Πάσχα, Paraſceve Paſchæ.

Cum ſupra de Paraſceve Paſchæ *mentio injecta ſit, placet nonnulla de eadem dicere, præſertim cum ea maxime proſutura arbitrer ad intelligendum Textum illum D. Joannis cap. 19. v. 14. ubi Chriſtus dicitur Cruci affixus* παρασκευῆ τοῦ Πάσχα Paraſceve Paſchæ, *ex quo Græci inferunt, ipſum, antequam Judæi Paſcha manducarent, Cruci affixum fuiſſe, & ideo Paſcha ſuum die uno ante Paſcha Judæorum celebraſſe. Itaque argumentum a Græcis ex Textu illo deſumptum, quod nonnullis Gordiano nodo implicatius videtur, flocci, teruntiique apud eos habetur, qui vel mediocriter in Hebræorum ritibus, & cæremoniis verſati ſunt. Id autem, ut omnibus pateat, intelligendum, quid ſit* Paraſceve, *cur dicatur* Paraſceve Paſchæ, *& quænam vis illi vocabulo ſit ſubjecta. Legitur itaque hujuſmodi Græcum vocabulum* παρασκευὴ Paraſceve *cap. 19. Joannis v. 14. proprieque* ciborum præparationem *ſignificat. Cum enim die Sabbati quidlibet Legis præcepto agere vetitum Judæis eſſet, ac proinde etiam ignem accendere, ciboſque menſæ apponendos parare, illud in more poſitum erat, ut pridie Sabbati ad veſperam omnia victui Sabbati ſequentis neceſſaria in clibano mediocriter calefacto reponerent, menſamque bellariis, ac rebus reliquis penitus inſtruerent. Hæ porro cœnæ a Tertulliano lib. 5. adverſus Marcion.* cœnæ puræ *nuncupantur, ea fortaſſe de cauſſa, quia poſt cœnam tanta ciborum portio pura, & ſine ulla læſione ſervaretur, quanta triplici refectioni Sabbati die faciendæ ſufficeret. Aliis etiam diebus feſtis præter Sabbatum gaudebant Judæi, vocatis* חַגִּים feſtivis, *vel* יָמִים טוֹבִים diebus bonis; *a Tertulliano autem loco citato dictis* diebus magnis, *quibus ab operibus exercendis vetante Lege abſtinebant, non tanta tamen religione, quanta die Sabbati. Sex hujuſmodi dies feſtos recenſet Rambàm in Halacòth* יום טוב *cap. 7. num. 1. ſubjiciens etiam opera, quæ in illis non vetantur, his verbis.* Iſti ſunt ſex dies, in quibus prohibet Scriptura, ne opera ſervilia fiant, videlicet primus, & ſeptimus dies Paſchæ; primus, & octavus feſtivitatis Tabernaculorum, feſtum Pentecoſtes, & primus dies menſis ſeptimi, & vocantur יָמִים טוֹבִים *Jamìm Tovìm*, h. e. *dies boni feſtivi*. Horum ceſſatio ab operibus eſt æqualis, quia in ipſis prohibita ſunt omnia opera ſervilia, exceptis iis, quæ ad veſcendum pertinent, juxta Scripturam Exod. 12. 6. *Rabbini autem nonnulla opera etiam ad corpus ſpectantia cibi nomine intelligi volunt, nimirum ablutionem, & unctionem faciei, manuum, & pedum; nonnulla pariter ad pietatem, & religionem pertinentia, veluti mortuorum ſepulturam, & funeris apparatum. Ex adhuc dictis igitur plane colligitur, Paſcha, & reliquos ſupra relatos dies feſtos nullam habuiſſe Paraſceven, cum in illis quoslibet cibos parare, & coquere Judæis liceret. At animadvertendum eſt ex Rambàm Halacòth* יום טוב Jom Tou *cap. 6. n. 1.*

non

Digitized by Google

non licuiſſe cibos præparare pro Sabbato venturo, ſi aliquis ex ſupra allatis diebus feſtis incidiſſet in vigiliam Sabbati, vel, juxta noſtrum vulgarem dicendi modum, in feriam ſextam. Hæc ſunt Rambàm verba: Jom Tou, qui incidit feria ſexta, non coquunt panem, nec elixant carnes in eo die feſto, ut de ipſis edant in ſequenti Sabbato. *Itaque ſi id contingat, Sabbatum illud non habebit Paraſceven. Quid igitur tunc faciendum? Ut abſurdo huic opportunum remedium adhiberent, Rabbini modum excogitarunt, quo, die Paſchæ in feriam ſextam incidente, neceſſaria menſæ Sabbati ſequentis parare poſſint. Utuntur itaque* עירוב חבשלין Iruv' Tevaſcelln, *h. e.* mixtione ciborum, *ut vocat Rambàm loco citato, eique privilegium Paraſceves attribuunt, atque eo die in Sabbatum ſequens cibos parari permittunt. Id vero ſi fiat ob feſtum diem Paſchæ, vocatur* Paraſceve Paſchæ, *quia Paraſceve per* עירוב חבשלין mixtionem ciborum *cum feſto Paſchæ conjungitur; quod idem dicendum de Paraſceve Pentecoſtes, vel Tabernaculorum, ſi ſolemnitas Tabernaculorum, vel Pentecoſtes in feriam ſextam incidat. Cum igitur Paſcha eo anno, quo Cruci Chriſtus affixus eſt, in feriam ſextam inciderit; & propter* עירוב חבשלין mixtionem ciborum *in eo feſto Paſchæ cibos parare pro ſequenti Sabbato licuerit, Paraſceve illud ab Evangeliſta* παρασκευὴ τοῦ Πάσχα Paraſceve Paſchæ *nuncupatur, quia in diem Paſchæ incidit. Ex hoc vero colligitur, eos magnopere decipi, qui* Paraſceve Paſchæ *nomine ſignificari volunt feriam ſextam, qua licuerit parare cibos in diem Paſchæ ſequentem eo anno, quo Paſcha in Sabbatum incidebat. Etenim cum Paſchæ feſtum Paraſceve deſtituatur, fruſtra propter Sabbatum ei adjungitur, cum Sabbatum quodlibet nulla feſti Paſchæ ratione habita Paraſceven obtineat. Quamobrem locum Joannis,* ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ Πάσχα, erat enim Paraſceve Paſchæ, *quando Chriſtus Cruci affixus eſt, diſtinctione adhibita explanabis. Erat Paraſceve, ſcilicet feria ſexta, in quam eo anno Paſcha incidit, concedo, erat Paraſceve, ſcilicet feria ſexta, qua in Paſcha ſequens cibos parabant, quod eo anno in Sabbatum ſubſequens incidiſſe volunt, nego. Porro Evangeliſta appellavit illud* Paraſceve Paſchæ, *quia eo anno Paraſceve cum Paſcha conjunctum fuit. Ideo autem idem Evangeliſta hujuſmodi Paraſceven vocavit* παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων, Paraſceven Judæorum *cap. 19. 42. ut ſignificaret, Paraſceves Paſchæ nomen non ex aliquo Moſaicæ Legis mandato, ſed ex Judæorum conſuetudine, & uſu fuiſſe deductum.*

Itaque eodem die, quo Judæi celebrare ſolebant, Chriſtum ſuam cœnam celebraſſe, videlicet decimo quarto נִיסָן Niſàn, *h. e.* Martii, *multis etiam rationibus adducor ut credam. Quis enim ſibi perſuadeat, eum religioſiſſimum Legis Moſaicæ cuſtodem ſtatutum ab ipſa tempus neglexiſſe, ejuſque celebrationem vel prævertiſſe, vel poſtpoſuiſſe? Quomodo autem infenſiſſimi ejus adverſarii, Pontifices, Sacerdotes, Scribæ, & Phariſæi, ſi Legem in re tanti momenti violaſſet, coram Pilato eum non accuſaſſent, & hanc etiam ob cauſam morti tradendum,*

&

& crucifigendum non petiiſſent? Quid quod eo die Chriſtus Cruci affixus eſt, quo ſolemniter Paſcha ſecundum Legem celebratum fuit? Chriſtus enim eodem die interfectus, quo Barabbas latro liberatus. Cui autem aperte non liquet legenti cap. Matth. 27. *& Lucæ* 23. *ipſo die feſto Paſchæ eum liberatum? Ex quo neceſſario conſequitur, Chriſtum die feſto Paſchæ fuiſſe occiſum. Cum igitur decima quinta Luna menſis Martii feſtum Paſchæ celebraretur, & Chriſtus Luna decima quarta ineunte die decimo quinto manducato agno illud celebraverit, quia* pridie, quam pateretur, *ut ex Apoſtolo* 1. *ad Corinth.* 11. 23. in qua nocte tradebatur, *cœnavit, plane infertur, illum Paſchæ celebrationem non prævertiſſe, ſed ſtatuto, & legitimo die cum Judæis celebraſſe. Cum autem in Cœna Paſchali quatuor vini cyathi a ſingulis Hebræis ſint exhauriendi, ut innuimus de ritibus in eadem ſervandis agentes, ideo de cæteris duobus poculis Evangeliſta mentionem non facit, quia neutrum ex illis eſt pars Cœnæ Paſchalis. Primo enim Hebræi ad Cœnæ præparationem utuntur, ac per ipſum profanum tempus a ſacro dividunt, ejuſque potatione Feſtum inchoatum ſignificant. Neque quartum poculum ad Cœnam, ſed ad* הלל Hallēl, *h. e.* Hymnum *proprie ſpectat, Cœna jam abſoluta, & completa per poculi ſecundi in ipſa factam potationem. Itaque ex duobus poculis ab Evangeliſta indicatis aperte colligitur, Chriſtum duas Cœnas, vel potius unicam tantummodo in duas partes diviſam celebraſſe, ſcilicet Cœnam legalem, & Cœnam communem. In Cœna enim legali agnum Paſchalem comedit, ritibus Moſaicis ſervatis ad Paſcha Ægyptiacum ſpectantibus, relictis iis, qui ad Paſcha* generationum ſubſequentium, *ut Hebræi loquuntur, pertinebant. In Cœna autem communi Corporis ſui Sacramentum inſtituit, & in fine menſæ ſubſtantiam vini in Sanguinis ſui ſubſtantiam convertit. Licet autem in ritibus Paſchalibus Hebræorum nihil habeatur ad pedum ablutionem a Chriſto factam pertinens, cæremoniam tamen illam in Euchariſtiæ Sacramento inſtituendo eo conſilio a Chriſto adhibitam fuiſſe cenſendum eſt, ut myſtice deſignaret, nemini ad illud Sacrum convivium illotos pedes habenti, hoc eſt, ſceleribus, & flagitiis inquinato aditum eſſe patefaciendum.*

Cæterum Chriſtus in ultima Cœna juxta antiquum convivandi morem dicitur ab Evangeliſtis accubuiſſe, qui accubitus ex Rabbinorum ſententia, ut diximus in dictione הסבה *pag.* 110. *ſemper fuit in latus ſiniſtrum. Verum qui in lecto in latus dextrum inclinati accumbebant, dicebantur in ſinu recumbere, ut de D. Joanne dilecto Chriſti diſcipulo Joannis cap.* 13. *v.* 22. *legitur:* Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς· Erat autem recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus.

De שָׁעָה hora *præterea hæc habentur:* לְפִי שָׁעָה ſecundum horam, quandoque, חַיֵּי שָׁעָה Vita horæ, *h. e.* vita temporalis: interdum: ea hora: ex tempore. *In Tra-*

cta-

ſtatu שבת Sabbàt *fol.* 33. מניחין עולם הבא ועוסקין בחיי שעה *h. e. Homines re*linquunt, *vel* negligunt vitam æternam, & occupantur circa vitam horæ, *h. e.* circa vitam hanc temporalem. *In* פרקי אבות *cap.* 4. יפה שעה אחת של קורת רוח מכל חיי העולם הזה *h. e.* Melior eſt una hora refrigerii in Mundo futuro, quam tota vita Mundi hujus. *In* מגלה Megillà *autem fol.* 7. *extat ſententia Proverbialis de raro, & inſtabili ſucceſſu felicitatis:* לא כל שעתא מתרחיש ניסא Non quavis hora accidit miraculum.

הַשְׁתָּא Nunc, jam: *quaſi* בְּהַשְׁעְתָּא hac hora. Eſth. 1. 3. *in Targum ſecundo. Videtur compoſitum ex* הָא שַׁעְתָּא *quaſi* hac hora. *Significat etiam* quandoquidem, quia.

שַׁעֲוָא, שַׁעֲוָה Cera. Geneſ. 33. 25. *in Jonathane.*

שְׁעִיתָא Cera. *Secundum nonnullos rectius legendum* שַׁעֲוִיתָא Mich. 1. 4.

שעט שַׁעַטְנֵז, שַׁעַטְנֵזָא, שַׁעַטְנֵיזָא Varie commiſtum, veſtis ex diverſis rerum ſpeciebus confecta, *veluti ex lana, & lino, vel ex aliis rebus prohibitis, quibus homines veſtiri Deus vetuit.* Levit. 19. 19. Deut. 22. 11. *Hac vox non cenſetur Hebræa, ſed peregrina, vetereſque Hebræi ad eam explicandam vocum alluſiones adhibuerant. Hinc in Tractatu* נדה Niddà *fol.* 61. מאי טעמא מדאורייתא שעטנז כתיב Quare in Lege ſcriptum eſt שַׁעַטְנֵז? Quia eſt quaſi שוע טוי ונוז pectine lævigatum, netum, aut contortum, ſive duplicatum. *Si enim tria hæc diverſa conjungas, & ex iis veſtem conficias, ea eſt heterogenea, & a Deo vetita.* שוע *autem idem eſt, ac* שציע leve, læve, molle, & חליק במסרק lævigatum pectine, טוי netum, filatum, נוז contortum, duplicatum, *vel* textum. *Porro linum, & lana pectine lævigantur, & nentur. Si ex lino, & lana pectinatis, & netis tela fiat, & ex ea veſtis conficiatur, veſtis dicetur heterogenea, facta ex* שַׁעַטְנֵז. *R. David in libro Radicum, reliquique omnes Interpretes in explicanda voce* שַׁעַטְנֵז *ſimul conſentiunt.*

שַׁעַל שַׁעֲלָא, שְׁעוּלָא, Pugillus. Iſa. 40. 12. *Plur. conſtr.* שְׁעוּלֵי 1. Reg. 20. 10. & שַׁעֲלֵי pugilli. Ezech. 13. 19. *In Tractatu* נְדָרִים Nedarìm *fol.* 81. *habetur locutio Proverbialis* לא מצינו שועל שמת בעפר פירו Non invenimus vulpem, quæ moriatur in pulvere foſſæ ſuæ. *Nimirum ſicuti terra foveæ, in qua vulpes enutrita eſt, ei non officit; ita homines nullum detrimentum ex iis rebus ſentiunt, quibus a pueritia aſſueverunt, iiſque quaſi naturales evaſerunt.*

שַׁעֲמֵם *Pahel.* Deſolare, deſolari: quaſſare, turbare, perturbare, conturbare. Exod. 14. 24. amentem reddere. *Scribitur etiam cum* א *in medio: Ithpahel* אִשְׁתַּעֲמֵם turbari; conturbari, ſtupere, obſtupeſcere, ſtupidum reddi. Eſth. 7. 6. Jerem. 4. 9.

שִׁעֲמָמוּת Deſolatio: ſtupor. Deut. 28. 28. conturbatio, perturbatio. Zach. 12. 4.

שִׁיעֲמוּם Idem. Deuter. 28. 37. *in Jonathane*.

מְשַׁעַמְמוּת Idem. Deut. 28. 28. *in Onkelo*.

שׁעַן Plaudere, manus complodere. Iſa. 55. 12.

מִשְׁעֶנֶת Fulcrum.

שׁעַע Læve, molle, glabrum, blandum eſſe: blandiri. Pſal. 36. 3. linere, oblinere, calce, *vel* cæmento obducere. Ezech. 13. 10. *Pahel* שַׁעַע mollire, emollire, blandiri, adulari. Pſal. 5. 10.

שְׁעִיעַ Lævis, mollis, glaber, lenis, blandus. Geneſ. 27. 11. Prov. 5. 3. *Plur.* שְׁעִיעִין molles. *Fœm.* שְׁעִיעָא blanda. *Plur.* שְׁעִיעָן blandæ. Pſal. 12. 3.

שְׁעִיעוּת Lævitas, mollities, glabrities, blanditiæ. Geneſ. 27. 16. foramen, caverna: בִּשְׁעִיעוּת כֵּיף גְּלֵי in foramine petræ. *In Bibliis Regiis* in limpidiſſima petra. Jerem. 14. 3.

שַׁעֲשִׁיעָא Idem. Geneſ. 33. 4. *in Jonathane*.

שׁעַף, שְׁעִיף Balſamum, opobalſamum. *Respondet Hebræo* צְרִי & נְכֹאת, Jerem. 46. 11. Ezech. 27. 17.

שׁעַר, שַׁעֲרָא Menſura, æſtimatio, taxatio: fœnus. *Plur.* שַׁעֲרִין æſtimationes. Levit. 35. 26. *Cum aff.* כְּרִשַׁעֲרוֹהִי in menſuris ſuis. Geneſ. 26. 12.

שִׁיעוּר Idem. Gen. 21. 16. Exod. 30. 13. Numer. 25. 8. *Plur.* שִׁיעוּרִין, שִׁיעוּרֵי menſuræ.

Loco citato Numerorum 25. v. 8. legitur in Targum de haſta Phinees, qui maximo Dei zelo compulſus Iſraelitam cum Madianitide turpiter rem habentem ſimul confoderat: נֵס תְּשִׁיעָאי דְּאִתְנְגִיד פַּרְזְלָא כְּשִׁיעוּר תַּרְוֵיהוֹן Signum miraculoſum nonum fuit, quod protractum fuit ferrum (*haſtæ in ipſo ictu*) ad menſuram amborum. *Recenſentur ibidem miracula duodecim, quæ volunt Rabbini contigiſſe, dum Phinees zelo commotus eſt propter ſcortationem Iſraelitæ cum muliere Madianitide. Inter ea numerant iſtud nonum, quod nimirum, poſtquam tantum ſcelus Phinees cognoviſſet, haſta arrepta, in lupanar, ſive tabernaculum irruperit, eoſque coeuntes ſimul confoderit. Ajunt itaque, haſtæ ferrum in illo ictu ad utriuſque corporis quantitatem productum fuiſſe, adeoque corpus utrumque penetraſſe, ut nulla ratione inde amplius evelli potuerit.*

שׁעַר, שַׁעֲרָא Pilus, capillus. Geneſ. 25. 25. Levit. 13. 10. & 56. *Plur.* שַׁעֲרָן capilli. *Reperitur ſcriptum etiam cum* ס. סער

שַׁעֲרָן Piloſus, hirſutus. Geneſ. 27. 11. *Plur.* שַׁעֲרָנִין piloſæ *manus*. Geneſ. 27. 23.

שְׂעוֹרָא, שְׂעָרָא, שְׂעָרְתָא. *Vide in* סער.

ספר, סְפוֹר, סְפוֹדָא, סְפוּדָא Veru. *Ferrum cum cuſpide ad carnes aſſandas, ac torrendas. Plur. emphat.* סְפוּדַיָּא verua. Numer. 31. 23. *in Jonathane*. *Nonnulla de veru ex Tractatu* פְּסָחִים Peſachim *cap. 7. animadvertenda ſunt. Quæritur itaque, qua ratione agnus Paſchalis aſſandus eſſet, moduſque ſtatim ſubjicitur:* מביאין שפוד של רימון תוחבו מתוך פיו *h. e.* Af-

fe-

ferunt veru de ligno malogranati, figuntque illud per os agni ad nates uſque, ponuntque crura ejus, & pedes intra eum. *Ratio ſubjicitur, cur veru ferreo non uterentur, quia nimirum ferrum non poteſt caleſcere ex una parte, niſi totum ſimul calefiat, hacque ratione caleſcens agni interiora coquat. Ex Lege autem habetur* צלי אש affatum igne. *Itaque ſi interiora ferro coquantur, ajunt, agnum non poſſe dici igne aſſatum. Utebantur itaque veru ligneo, & præcipue ex malogranato, quod neque ab igne caleſcebat, neque propter humoris innati abundantiam facile comburebatur.*

שפה Tritum, attritum, contritum eſſe: terere, atterere, conterere: contundere. Deuter. 9. 21. tranquillum, quietum eſſe. Geneſ. 31. 2. 5. *Pahel* שפי idem. Pſal. 51. 10.

שפי Contritus, attritus, conculcatus.

שפי Idem. Pſal. 109. 22. *Plur. fœm.* שפין tranquillæ. Geneſ. 31. 2. & 5. *in Jonathane.*

שפא Tignum. Habac. 2. 11.

שפורן Lagana, placentæ. Exod. 16. 31. *in Targum Hieroſolymitano. Guido legit* שפברן, & ſaccharum *exponit.*

שפירתא Emplaſtrum. Gen. 3. 16. *in Targum tamen Hieroſolymitano legitur* שפוירתא.

שופינא *Vide in* ספן.

שפא, שפתא. *Vide in* ספה.

שפך Fundere, effundere. Pſal. 104. 7. Iſa. 59. 7. *Ithpehal* אשתפך effundi. Pſal. 79. 10.

שפיכות Effuſio. Geneſ. 28. 20. Levit. 1. 16.

שפוכאי Effuſores. *Erant operarii Iſraelitæ, qui vinum ex uno dolio in aliud infundebant. Hinc in* ע"ז *fol. 72.* Dixit Rabbà effuſoribus: quando funditis vinum, cavete, ne accedat Chriſtianus, & vos juvet.

משפך Effuſio: decurſus, locus declivis. Deut. 3. 17. Joſ. 10. 40.

משפך Infundibulum. *Item* clepſydra, horologium, *quod olim aqua implebatur, poſtea pulvere, & arena minutiſſima, ex qua etiam noſtra horologia compoſita ſunt. In* פרקי אבות *cap. 5. quatuor rebus Diſcipuli ſimiles eſſe dicuntur, videlicet* ספוג ſpongiæ, ומשפך & clepſydræ, משמרת ſacco colatorio, ונפה & cribro. *Quemadmodum enim ſpongia promiſcue omnia attrahit; ita diſcipulus bona, & mala addiſcit; quemadmodum clepſydra ex una parte attrahit, quod ex altera emittit; ita diſcipulus ſolet avidius apprehenſa mox ex memoria dimittere; quemadmodum ſaccus colatorius vinum effundit fæces retinens; ita diſcipulus quælibet ſimul capiens, mala retinet, bona plerumque dimittens; denique quemadmodum cribrum pollinarium ſimilam retinet, farinamque meliorem, dimittens tenuiorem, cujus nullus eſt uſus; ita diſcipulus bonus, ac ſedulus mala dimittens meliora retinet.*

שפל *Hebraice.* Humiliari, deprimi, humilem, depreſſum, demiſſum eſſe. Levit. 13. 21. Iſa. 2. 17. *Aphel* אשפיל humiliare, demittere, dejicere, deprimere. Levit. 10. 25. Dan. 5. 22. *Ithpahel* אשתפל humiliari: humiliare, demittere, dejicere, incurvare ſe.

שְׁפַל Humilis, demiſſus, depreſſus, abjectus: עוֹלָם הַשָּׁפֵל Mundus inferior, *in quo vivimus*. *Ei opponitur* עוֹלָם הָעֶלְיוֹן Mundus ſuperior, *beatorum habitatio*. *Apud Talmudicos Proverbium:* שפיל ואזיל בר אווא ועיניה מטייפי *h. e.* Humilis eſt, & circumcirca deambulat anas, oculiſque ſuis hinc inde ſpeculatur, *ſcilicet ad quærendum cibum*. *Admonentur homines, conatum omnem, & vires a quolibet etiam tenui, & abjecto adhibendas eſſe, neminique erubeſcendum, ut vitæ neceſſaria ſibi undecunque paret.*

שְׁפוּלָא, שְׁפוּל Planities, locus humilis, locus declivis, declivitas, *locus, vel pars inferior rei cujuslibet*. Cant. 1. 4. ora, fimbria veſtis. *Plur.* שִׁפּוּלִין. *Conſtr.* שִׁפּוּלֵי fimbriæ. Exod. 28. 34. שִׁפּוּלֵי מַדְבְּחָא latera, parietes altaris. Levit. 1. 11. *in Jonathane*. *De veſtibus uſurpatum*, oræ, fimbriæ. *Fœminarum ſterilitas unde cognoſcenda ex* יבמות Jevammòth *fol.* 80. כל שאין לה שפולי מעים כנשים Cuicumque (*fœminæ, vel puellæ*) non ſunt declivitates ventris inſtar mulierum, *h. e. quæ non habet declivitatem pubis, ut ſolent mulieres habere*, ea judicatur eſſe ſterilis.

שְׁפֵלְתָא, שְׁפֵילְתָא, שְׁפֵלָה Idem. Joſ. 15. 33. Deuter. 1. 7.

שְׁפְלוּתָא, שִׁפְלוּת Ruina. Jerem. 49. 24. humilitas: *virtus, cui opponitur* הַגַּאֲוָה ſuperbia, elatio.

הַשְׁפָּלָה Humiliatio, humilitas. *R. Levi* Proverb. 29. 23. *ad illud* גאות אדם תשפילנו Elatio hominis deprimit, *vel* humiliat ipſum, *h. e.* גאות האדם תביאהו אל ההשפלה Elatio hominis adducit eum ad humilitatem. *Cum enim cæteri hujuſmodi ſuperbis, & arrogantibus hominibus invideant, atque adeo eos impenſe odio habeant, fit, ut conentur qualibet ratione e ſummo gradu dejicere, & infra reliquos deturbare.*

מַשְׁפֶּלֶת, מַשְׁפֵּל Arca, ciſta magna, *ad res viles, & abjectas continendas, ut arca paleæ, ſtercoris, fœni &c. Item* corbis, crates, caniſtrum. *In* Scir Rabbà *cap.* 7. *v.* 2. *dicitur:* Quemadmodum paterfamilias non curat לא על משפלות של זבל ולא על משפלות של תבן neque ciſtas, vel caniſtra fimi, neque caniſtra fœni, למה שאין נחשבים לכלום quia nihil quicquam æſtimantur: ſic Deus non curat populos Mundi &c. *h. e. habita ratione ejuſdem Majeſtatis, magnitudinis, potentiæ, eximiarumque virtutum coram Deo Mundi gentes, ac populi nihili ſunt, ideoque enixe curare debent, ut ejus mandatis impenſe inſerviant.*

שְׂפַם, שִׂפְּתָה Labium, ora, extremitas, limbus. Exod. 28. 32. Numer. 30. 13. *in Jonathane*.

שָׂפָם Myſtax, barba, *ſive* pili labri ſuperioris: labrum ſuperius. Levit. 13. 5.

שפן שַׁפְנִין, שַׁפְנִינָא, שׁוּפְנִינָא Turtur. Geneſ. 15. 9. *Plur.* שַׁפְנִינִין turtures. Levit. 5. 7. *Emphat.* שַׁפְנִינַיָּא turtures. Levit. 1. 15.

שׁוּפִינָא Lima. Deut. 9. 21. 1. Sam. 13. 21.

שְׁפַע Redundare, abundare, diffluere, affluere, luxuriare: inunda-

dare. Exod. 26. 12. *in Jonathane*. Prov. 5. 26. effundere *apud Rabbinos*.

מַשְׁפַּע Redundans, luxurians. Exod. 26. 13. *in Jonathane*.

שֶׁפַע, שִׁפַּע Inundatio, exundatio, affluentia, redundantia. Iſa. 48. 18. & 59. 19. *Rabbinis* influxus, influentia Cœleſtis.

שִׁפּוּעָא, שִׁפּוּעַ Redundantia, abundantia, ſuperfluitas. Exod. 26. 12. *in Jonathane*. *Item* abundans, redundans. *Plur. emphat.* שִׁפּוּעַיָא abundantiæ. Exod. 26. 28. *in Targum Hieroſolymitano*.

הַשְׁפָּעָה Influxus, influentia, effuſio. הַהַשְׁפָּעָה אֱלֹהִית Influentia Divina, ac Cœleſtis.

שִׁפְעָה Idem. שִׁפְעַת־מַיִם Affluentia aquarum. *Item* agmen, numerus affluens militum.

שְׁפַף Atterere, conterere, contundere, comminuere. Exod. 32. 29. Cant. 1. 14. Job 14. 19. *Pahel* שַׁפֵּף. Idem. Job 22. 9. *Ithpahel* אִשְׁתַּפַּף conteri. Job 5. 4. & 30. 8.

Rabbinis idem. *Item* fricare, affricare, radere: שָׁשַׁף בְּקַרְקַע Qui raſerit terram: הַסַּכִּין שַׁפֵּה Cultrum polivit, acuit eum.

שְׁפַשֶּׁפֶת, שַׁפְשֵׁף Arundo aucuparoria, calamus glutini ad capiendas aves. *In Aruch exponitur vernaculo ſermone* בישקטא *h. e.* Viſcata.

שִׁפְשׁוּף Frictio, confrictio, comminutio.

שָׁפוּף Humile, depreſſum.

שְׁפוֹפֶרֶת Calamus: fiſtula concava, *per quam flatus emittitur, aut qua aliquid videmus, & oculo ejus longitudinem, & abſentiam a nobis dimetimur:* catheter.

שִׁפָּא Segmentum, *fruſtum ſectum e ligno*. Hab. 2. 11. *Nonnullis eſt* feſtuca. *Item* frictio, confrictio, *cum aliquid manibus fricatur*.

II. שַׁף Recedere. דְּשַׁף דַּעְתֵּיהּ Cujus mens receſſit, *h. e. qui amens evaſit*. בּוּקָא דְּאַטְמָא דְּשַׁף מִדּוּכְתֵּיהּ Os femoris, quod receſſit e loco ſuo.

שִׁפָּא Pyxis, arca, capſa: *Item* acetabulum, *cavitas, cui os femoris tamquam pyxidi inſeritur, & in ea vertitur. Itaque propterea ab Anatomicis, & Medicis* pyxis *appellatur*.

שְׁפַר Pulchrum, elegans, decorum, bonum eſſe: hilarem, lætum eſſe: pulchrum haberi, placere, jucundum, gratum eſſe. Geneſ. 40. 18. Levit. 10. 20. Pſal. 69. 32. *Aphel* אַשְׁפַּר Pulchrum facere. Geneſ. 40. 18. *in Jonathane*. *Ithpah. Participium* מַא אַתְּ מִשְׁתַּפְּרָא quid tu placere ſtudes? Jerem. 2. 33. *Rabbinis Pihel* שִׁפֵּר Concinnare, aptare.

שְׁפַר Pulcritudo: pulcrum: pulcherrimum, optimum. Exod. 22. 4. Mich. 1. 11. Iſa. 3. 25.

שַׁפִּיר Elegans, decorum, ſpecioſum, bonum, pulchrum, optimum. 1. Sam. 9. 2. Dan. 4. 9. *Plur.* שַׁפִּירִין, שַׁפִּירַיָא boni, elegantes, pulchri. Cant. 4. 10. & 6. 9. *Fœm.* שַׁפִּירָא, שַׁפִּירְתָא pulchra, elegans, ſpecioſa. Geneſ. 12. 14. Pſal. 16. 6. bonum, beneficium. *Eſt etiam nomen mulieris* Sapphira. *Plur.* שַׁפִּירָן, pul-

Digitized by Google

שְׁפִּירְתָּא pulchræ. Cant. 7. 2. Job 42. 15. bona.

שׁוּפְרָא Pulchritudo, decor, ornamentum. Prov. 31. 30. Eſth. 2. 10.

שַׁפִּירוּת Pulchritudo, bonitas, præſtantia. Deuter. 28. 47.

שְׁפַרְפִּירָא, שְׁפַרְפְּרָא Aurora: lucifer, ſtella matutina. Eſth. 10. 3. Job 3. 4. Iſa. 62. 1.

שׁוּפְרָא, שׁוּפָרָא, שׁוֹפָר Tuba, buccina: cornu. Exod. 19. 13. Levit. 25. 9. *Cum autem ut plurimum buccina ex cornu arietis conficeretur, ideo ſolet ab Interpretibus exponi per* cornu. *Eam bene poſſe inflare artis erat, felicitatis vero indicium, ſi bonum, atque hilarem ſonum redderet. Hinc Rabbini ſcriptum reliquerunt, buccinæ ſono Deum ipſum ſæpe commotum fuiſſe, ut iracundiam deponeret, ſeque clementem, atque miſericordem oſtenderet.*

De Buccina & Tuba.

Erat buccina שׁוֹפָר *dicta cornu arietis incurvum; tubæ vero* חֲצֹוצְרוֹת *appellatæ ex metallo conſtabant, & rectæ erant. Porro in rebus multis buccinarum, & tubarum ſonitum veteres adhibuerunt. Ad Tabernaculum Moſis tempore tubis convocabatur populus, in acie excitabantur milites, in caſtris indicebantur vigiliæ noctis. Hinc etiam Livius lib.* 26. tertiam buccinam *pro tertia vigilia uſurpavit. Vigilias autem noctis buccinarum clangore fuiſſe indicatas innuit etiam Silius Italicus ita canens lib.* 7.

..... Mediam ſomni cum buccina noctem
Divideret, jamque excubias ſortitus iniquas
Tertius abrupta vigilaret ad arma quiete.

Præterea in ſolemnitatibus, & triumphis lætitiæ, in calamitatibus, & infortuniis luctus, in Sacrificiis reverentiæ, & religionis erant indicium. Quare autem Feſtum Novi anni alio nomine Feſtum Tubarum appellatum clangore buccinæ celebretur, multi quærunt. Hac de re variæ, & diverſæ Auctorum ſententiæ ſunt. Alii enim ad alia ſignificanda hunc ſonitum adhiberi autumant. Sunt qui volunt, eo indicari poſtremum, ac terribile Dei judicium: alii ſummum ejus in homines imperium; alii Legem Moyſi in monte Sinai traditam; alii futuram reſurrectionem; alii bella ab Iſraelitis contra Gentes geſta; alii denique Iſaaci liberationem, & ſubſtitutionem arietis. Ego potius crediderim, clangorem tubæ eo die fuiſſe præceptum, ut Feſtum denuntiaretur, populuſque ad illud rite, & alacriter celebrandum excitaretur. De שׁוֹפָר buccina, *ſive* tuba *multa apud Rabbinos leguntur. Sic autem deſcribitur in* ראש השנה *fol.* 26. שופר של ראש השנה של יעל פשוט ופיו מצופה זהב *h. e.* Tuba Feſti Novi anni ex rupicapra fuit recta, orificio auro obducto. *Sic* והלא כל השופרות נקראו קרן *h. e.* Nonne omnes tubæ vocantur cornu? *Probibebantur autem omnes buccinæ con-*

Digitized by Google

confectæ ex cornu vaccino, aut taurino. Hinc כל השופרות כשרים חוץ משל פרה Omnes tubæ corneæ legitimæ ſunt, exceptis iis, quæ ex cornu vaccino factæ ſunt. *Ex eo autem probibitio nata ex Rabbinis eſt, ut deteſtarentur vitulum aureum, cujus cauſſa ipſorum Majores graviter mulctati fuerant. Etenim juxta eoſdem Rabbinos* אין קטיגור נעשה סניגור Accuſator non fit procurator, *ſive* defenſor. *Cum igitur vitulus accuſator fuerit, non debuit ex eo tuba, ſeu buccina confici, quæ quodammodo Iſraelitarum procurator eſt eorumdem cauſſam agens in rebus ad ſanctitatem, religionem, ac pietatem pertinentibus. Placet hoc in loco R. Jebudà filii R. Nachmanis expoſitionem* Pſal. 47. 6. *afferre:* עלה אלהים בתרועה יי בקול שופר Aſcendit Deus cum clangore, Dominus cum clangore tubæ. *Ait itaque:* Qua hora Deus (*ut Judex*) reſidet, aſcendit in ſolium juris. Qua hora autem Iſraelitæ accipiunt tubas ſuas, & clangunt coram Deo, ſurgit ex ſolio juris, & conſidet in ſolio miſericordiæ, ſicut ſcriptum eſt, *Cum clangore tubæ*. Pſal. 47. & impletur ſuper eos miſericordia, & convertit ſuper eos affectum juris in affectum miſericordiæ. Quando id fit? in menſe ſeptimo תִּשְׁרִי, *videlicet*, Septembri. *Mox:* Dixit Deus ſanctus Benedictus אם שיפרתם מעשיכם הריני נעשה כשופר *h. e.* Si pulchra, *videlicet* bona effeceritis opera veſtra, ego ero vobis veluti tuba. Qualis eſt tuba? intromittit ab una parte, & emittit ex altera parte. Sic ego ſurgo a ſede juris, & colloco me in ſedem miſericordiæ. *Hactenus R. Jebudà. Fuit hic Jebudà inter Hebræos magnus* הַדַּרְשָׁן *h. e.* Concionator, *quemadmodum inter ipſos multi extiterunt, & hodie ſunt, qui Legis præcepta erudite, & optime explicant, populoque, ac plebi Judæorum imperitæ viam commonſtrant, qua poſſint juxta ipſorum opinionem, & ſententiam Deo inſervire, æternamque beatitatem conſequi, quam utinam Judaicam Religionem abjicientes, ſuperſtitioſoſque ritus contemnentes, & ad Chriſtianam Fidem tranſeuntes aſſequantur. Porro buccinis Hebræi plerumque utebantur extra Templum, eaſque tunc alii a Sacerdotibus inflare poterant.* Judic. 7. 16. *In Templo autem earum inflandarum cura ad Sacerdotes tantummodo pertinuit, ut in Feſto clangoris, aliiſque temporibus. Hinc* Numer. 10. 2. *Deus Moſi mandat, ut duas tubas argenteas faciendas curet, quibus certis, ac definitis temporibus utantur Sacerdotes v. 8. & 9. Ubi autem dicitur totus populus tubis clanxiſſe, intelliguntur Sacerdotes per totam multitudinem diſperſi. Solebant autem tubis clangere, dum aperirentur portæ Templi, dum offerretur libamen vini in oblatione Sacrificii jugis, & Sacrificiorum publico, vel privato nomine in Feſtis oblatorum, idque faciebant ſtantes ad menſam adipum; dum mactarentur agni in Feſto Paſchæ, in initio, & fine Feſtorum, omnibus denique temporibus admodum lætis, vel triſtibus.*

Abor-

Digitized by Google

שְׁפִיר Abortus, mola. *Munſtero* embryo, fœtus. *R. Salomon ait:* שפיר הוא שם נפל היוצא מרחמה של אשה Schaphir eſt nomen abortus egredientis ex utero mulieris. *In Tractatu autem* נדה Niddà *cap.* 3. המפלת שפיר Quæ abortit Schaphir, *ſive* molam, plenam aqua, aut ſanguine, aut vermiculis, ea non habetur pro infante, ſed ſi figuram habuerit, habetur tamquam maſculus, & fœmella. *Sic R. Bartenora ſcriptum reliquit:* שפיר eſt fruſtum carnis, quod ſi figuratum ſit, vocatur שפיר מרוקם. *Ajunt autem Rabbini vocari* שפיר, *quia eſt* כשפופרת של ביצה veluti teſta ovi.

De Arcis Eleemoſynæ, quæ olim erant in Templo Hieroſolymitano.

שׁוֹפָר Arca, *recipiendis, & cuſtodiendis Synagogæ pecuniis inſerviens. Plur.* שׁוֹפָרוֹת arcæ. *Tredecim hujuſmodi arcæ pecuniariæ in Templo Hieroſolymitano extiterunt, quarum unaquæque uſibus diverſis accommodata inſcriptionem propriam habebat. Hinc Arca, in quam pecunia inferebatur ad adjuvandas mulieres parientes, vel in quam ipſæ parientes nummos immittebant, præſeferebat dictionem* קִנִּים aves nidorum, *qua indicabatur, in ea contineri pecuniam pro oblatione turturum &c. Referebant autem hæ arcæ figuram cornu, quia superne arctæ admodum, & anguſtæ erant, & inferne latæ ad furum fraudes, & malitiam eludendam. In Tractatu* שקלים *cap. 3. dicitur:* שלשה עשר שופרות היו במקדש Tredecim arcæ eleemoſynariæ fuerunt in Sanctuario. *Gloſſa autem habet:* שופרות *h.e.* תיבות Arcæ. Vocarunt eas שופרות, quia fuerunt בצורת שופר ad formam tubæ, *vel* cornu rotundæ, curvæ, latæ infra, anguſtæ ſupra, paulatim ad ſummum ſe arctantes. *Hujuſmodi figuræ mox redditur ratio.* שופרות הללו עקומות היו קצרין מלמעלה רחבין מלמטה מפני הרמאין *h. e.* Arcæ iſtæ curvæ fuerunt, anguſtæ ſupra, latæ infra propter homines fraudulentos. *Ex alio loco colligitur, non ſolum in urbe, ſed etiam in agro hujuſmodi Arcas extitiſſe. Hinc in eodem Tractatu* שקלים *cap.* 2. כשם שהיו שופרות במקדש כך היו שופרות במדינה *h. e.* Sicut fuerunt Arcæ pecuniariæ in Sanctuario urbis; ſic quoque fuerunt Arcæ pecuniariæ in agro, *videlicet in Eccleſiis extra urbem. Mulieres ob partum in eas injeciſſe pecunias, eaſque eliciendi munus proprium Sacerdotum extitiſſe ex ſequentibus infertur.* האשה שיש עליה לידה או זיבה מביאה מעות ונוחנת בשופר *h. e.* Mulier ob partum, aut fluxum affert pecunias (*duorum turturum*) & mittit in Arcam. אין בית דין של כהנים עומדים משם עד שיכלו כל המעות שבשופר *h. e.* Conſiſtorium Sacerdotum non diſcedebat inde, donec exemptæ eſſent omnes pecuniæ, quæ erant in Arca. *In Tractatu* עירובין Eruvin *fol.* 32.

שִׁפְרְנוּ & שִׁיפְרְנֻ, *Nomen equi Regis Aſſueri, ex Africa adducti, ſuper quo ab Amane vectus fuit Mardochæus bonoris Regii cauſſa*. Eſth. 6. 10. *in Targum ſecundo. Ita videtur appellatus a* שפר & רגן *motibus generoſis, ac ſtrenuis*.

שְׁצָה, שְׁצָא, שֵׁיצֵי *Pahel*. Perficere, abſolvere, finire, conſummare. Geneſ. 18. 33. Thren. 2. 2. finire fecit, conſumpſit, perdidit, exſcidit, ſuccidit. Deuter. 31. 4. Iſa. 9. 14. *Ithpahel* אִשְׁתֵּיצֵי perfici, abſolvi. Ruth 2. 23. conſumi, exſcindi, ſuccindi. Pſal. 31. 11.

שְׁצָאָה, שֵׁיצָאָה Conſumptio, conſummatio, perditio, ruina, excidium, exciſio. Iſa. 10. 23.

שֵׁיצָיָא Idem. Prov. 10. 14.

שֵׁיצָיוּתָא, שֵׁיצָיוּת 2. Reg. 13. 19. & *per apocopam* שֵׁיצָיוּ Idem. Numer. 14. 45. *in Jonathane*.

שֵׁיצִיאוּתָא, שֵׁיצִיאוּת Perfectio, conſummatio, abſolutio. Pſal. 139. 22.

שַׂק, שַׂקָּא Saccus, cilicium. Geneſ. 37. 34. Eſth. 4. 3. *Plur.* שַׂקִּין ſacci, cilicia. Joſ. 9. 2.

שְׁקַד Vigilare, ſedulum, attentum, & aſſiduum in re aliqua eſſe. Prov. 8. 34. Pſal. 102. 8. *R. David paſſim admonet, Verbo huic* השתדלות diligentiæ, & והתמדה aſſiduitatis *ſignificationem ſubeſſe. In* פרקי אבות *cap. 2. Legis Dei aſſiduum ſtudium his verbis inculcatur :* הוי שקוד ללמוד תורה מה שתשיב לאפיקורוס *h. e.* Eſto aſſiduus ad diſcendam Legem Dei, ut habeas, quod reſpondeas Epicuro, *videlicet Heretico*. *Ithpehal* אִשְׁתְּקֵיד Aſſiduum, vigilem, ſedulum, diligentem in re aliqua eſſe. הֲוָה מִשְׁתַּקֵּיד Erat aſſiduus, diligens, ſollicitus, vigil, ſedulus. לשקוד על דלתי תורתי Ut ſedulam operam dem ſtudiis meis.

שְׁקְדִין Amygdalæ. *Idem ac* שְׁגְדִין Geneſ. 43. 11.

אִשְׁתְּקַד, אֶשְׁתְּקַד Anno ſuperiore, anno præterito. Levit. 16. 21.

שְׁקָה *Aphel* אַשְׁקֵי Potum præbere, potare, bibendum dare. Jerem. 8. 14. adaquare, irrigare. Geneſ. 29. 10. Pſal. 104. 13.

שַׁקְיָא Potum præbens, a poculis, pincerna. Geneſ. 40.

רַב שַׁקֵי Præfectus a poculis. *Ibidem*. *Item* irrigatio, locus irriguus. Geneſ. 13. 10. Joſ. 15. 19. canalis, aqualiculus. Geneſ. 24. 20. *Plur.* שַׁקְיָתָא pincernæ. Gen. 24. 20. & 30. 38. *in Jonathane*.

שַׁקְיָן Bibulus, potator. *In uſu præſertim apud Rabbinos*. *Item* potus. Exod. 12. 9.

גִּנַּת שַׁקְיָן Horti irrigui. Eccleſ. 2. 5.

שַׁקְיוּתָא, שַׁקְיוּת Potus, potio. Geneſ. 40. 21. Pſal. 102. 10.

שָׁקוּתָא Idem. Eſth. 1. 8. וְשָׁקוּתֵיה Et potus ejus. 1. Reg. 10. 5.

מַשְׁקְיָא, מַשְׁקֵי Idem: pincerna. Geneſ. 40. 13. *Item* convivium, ſympoſium, compotatio. Eſth. 1. 3. *Plur.* מַשְׁקְיָא convivia, compotationes. Eſth. 9. 22. *in Targum ſecundo*.

שְׁקִיוּיֵ, שִׁקּוּיֵ Potus. Numer. 6. 3. & Exod. 12. 9. *in Jonathane.*

שִׁיקְוָא Stagna. Exod. 8. 1. *in Jonathane.* Iſa. 32. 20. *Cum aff.* שִׁקְוֵיהוֹן ſtagna ipſorum. Exod. 7: 19. *in Jonathane.*

מַשְׁקֶת Liquor, humor. *Plur.* מַשְׁקִין, *&* מַשְׁקִים Liquores, humores, aqua. מַשְׁקִים טְמֵאִים Aquæ pollutæ. סְפֵק מַשְׁקִין Dubium liquidum, *an ſcilicet mundum, an pollutum ſit. Septem liquores generales ſunt* טַל ros, מַיִם aqua, יַיִן vinum, שֶׁמֶן oleum, דָּם Sanguis, חָלָב lac, וּדְבַשׁ דְּבוֹרִים & mel apum, *ad quos cætera liquida omnia revocantur, de quorum immunditia, vel munditia diſputatio inſtituitur, ubi cibum attigerint, cum a pollutis abſtinendum Lex doceat. Diſputationis cauſſa oritur ex Levit.* 11. 34. *&* 11. 38. *ubi dicitur:* וְכִי יֻתַּן־מַיִם עַל זֶרַע Et ſi data fuerit aqua ſuper ſemen, *ſive fru*gem &c. polluta eſto. *R. Salomon vult,* מַיִם *h. e.* aquæ *nomine* שְׁאָר מַשְׁקִין etiam reliqua liquida *intelligenda eſſe, & per* זֶרַע ſemen, *non ſolum ſemen, ſed reliquos fructus, aut cibos, ſuper quos aliquis horum liquorum ceciderit, vel ii in aliquem liquorum inciderint, a pollutione expiandos eſſe, & vindicandos. Hac de re Salomon idem ad v.* 34. *& R. Majemon cum Bartenora præcipue conſulendi ſunt.*

שְׁקַל Ferre, tollere, portare, geſtare, bajulare; accipere, auferre. Prov. 25. 20. Cant. 2. 15. uxorem ducere, uxorem accipere. Eſth. 1. 16. *in Targum ſecundo* migrare navi, diſcedere.

שֶׁקֶל *Hebraice.* Siclus. *Moneta olim in uſu.* Geneſ. 23. v. 15. Levit. 27. v. 4. Amos 8. v. 5. *Plur.* שִׁקְלִין ſicli. Exod. 21. v. 32. Joſ. 7. 21. *Conſtr.* שִׁקְלֵי 1. Paral. 21. v. 25.

De Siclo in uſu apud Hebræos.

Siclus erat moneta argentea medio Imperiali reſpondens. Duplex erat; alter ſacer, ita appellatus, vel quia ad res Sacras, ſive Eccleſiaſticas adhibebatur, vel quia Sacri miniſterii auctoritate cudebatur, valebatque viginti quinque ſeſtertios, ſive ſemiunciam argenti; alter profanus, ita dictus, quia ad res profanas, & civiles comparandas erat in uſu, & valebat dimidium Sicli Sacri, h. e. duodecim ſeſtertios, & dimidium. Sicli profani triplex erat ſpecies; primus erat Hieroſolymitanus inſignitus ex altera parte urnula manna, vel thuris acerra cum his verbis שֶׁקֶל יִשְׂרָאֵל Siclus Iſraelis; *ab altera vero virga Aaronis cum verbis* יְרוּשָׁלַיִם הַקְּדֹשָׁה Jeruſalem ſancta: *quibus duobus ſymbolis Regnum, & Sacerdotium adumbrabatur. Alter Judæo-Chriſtianus a Judæis ad Fidem, Religionemque Chriſtianam converſis cuſus. Hujus Sicli pars altera Chriſti Salvatoris imaginem referebat cum literis* יֵשׁוּ Jeſus, *quod vulgo Judæi pro* יֵשׁוּעַ *ſcribere conſueverunt; altera vero exhibebat hæc verba:* מָשִׁיחַ מֶלֶךְ בָּא בְּשָׁלוֹם וְאוֹר מֵאָדָם עָשׂוּי חַי *h. e.* Meſſias Rex venit cum pace, & lux de homine fa-

Digitized by Google

facta eſt vita*: in quibuſdam vero pro ultimis quatuor dictionibus hæ tres leguntur:* אֱלֹהִים אָדָם עָשׂוּי Deus homo factus. *Tertius denique Siclus profanus nomine alicujus Regis erat conſignatus. Hinc, Davide, & Salomone Iſraelitici Regni clavum tenentibus, cuſi ſunt Sicli, qui ab una parte exhibebant urbem Jeruſalem cum vocibus* יְרוּשָׁלַיִם עִיר הַקֹּדֶשׁ Jeruſalem urbs Sanctitatis; *ab altera vero has dictiones* דָּוִד הַמֶּלֶךְ וּבְנוֹ שְׁלֹמֹה הַמֶּלֶךְ David Rex, & filius ejus Salomon Rex. *Jam vero in tres partes Siclus diviſus fuit, in ſemiſſem, ſive ſemiſiclum, in trientem, & quadrantem. Semiſiclus Hebraice vocatur* בֶּקַע, & חֲצִי, & מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל; *triens Hebraice dicitur* שְׁלִישִׁית הַשֶּׁקֶל *ſcilicet* tertia pars Sicli; *tandem quadrans* רֶבַע הַשֶּׁקֶל *h. e.* quarta pars Sicli.

Non erit hoc in loco ab re contra nonnullorum opinionem animadvertere, nonnullos nummos figuram, & imaginem hominis, vel animalis referentes non fuiſſe revera cuſos a Judæis, ſed ab aliis arte confectos, ut faciles homines, & credulos in errorem inducerent, & a numiſmatum antiquorum ſtudioſis pecuniam hac ratione extorquerent. Artifices enim ſuperioris ſæculi monetas hujuſmodi haud paucas effinxerunt, tantaque arte, ut facile cuivis eas attente non perpendenti imponi poſſit. Duo autem fere ſolent hujuſmodi monetis omnem antiquitatis fidem adimere. Barbara primum inſcribendi ratio eas adulterinas manifeſte prodit. Hebræi enim voces lineæ extremas non ea ratione ſolent dirimere, qua Græci, Romani, aliæque gentes diſtinguunt, ſed ſpatium, quod ad lineam finiendam reliquum eſt, vel complent litteris præcedentibus dilatatis, vel dictionis ſequentis litteras initiales, unum, vel plures ſine vocalibus ſuperflue collocant, voce integra ad lineam ſequentem reſervata. Itaque deprehendes, hos nummos ut plurimum contra hoc inſigniter peccare. Præterea illud argumento eſt, talium numiſmatum originem, aut effabricationem Judæis non deberi, quia Judæi figuras hominis in nummis, alibive protuberantes efformare non audent. Id enim agentes, temere violarent trigeſimum nonum inter 613. a Rabbinis ex Lege elicita præceptum, quod eſt hujuſmodi: non eſſe faciendam imaginem hominis ex quacumque re, metallis, ligno, lapide, aut aliis id genus, ne ad ornatum quidem, *ſicuti dicitur* Exod. 20. v. 20. לֹא תַעֲשׂוּן אִתִּי אֱלֹהֵי כֶסֶף *h. e.* Ne faciatis mecum Deos argenteos.

מַשְׁקוֹלְתָּא, מַשְׁקָלְתָּא Pondus: perpendiculum, amuſſis. Iſa. 34. 11. & 44. 13.

שְׁקַע *Ithpehal* אִשְׁתְּקַע. *Ithpahel* אִשְׁתַּקַּע ſubmergi, interire, in profundum deprimi, profundum petere. Exod. 15. 10. Deuter. 29. 22. *Pahel* שַׁקַּע ſculpi, inſculpi in profundum, in profundum, in terram figi, infigi: ſubmergere, demergere, tegere, occultare. Numer. 4. 20.

שְׁקַע *Apud Rabbinos de Sole uſurpatum ſignificat* occumbere. *Cum enim Sol occidit, videtur quodammodo ſe in aquas immergere.*

בֵּית שְׁקַע Locus ſedimenti. *Ita a Talmudicis appellatur receptaculum lucernæ, aut lampadi ſubjectum ad ſordes defluentes excipiendas, ne iis pavimentum inquinetur. Item ferreus uncus, vel ſcutella, cui candela imponitur.*

שִׁקְעָא *Emphat.* שִׁקְעֲתָא Aquæ, *vel* alterius liquoris ſedimentum: aqua ſubſidens: aquæ imminutio, & abſorptio in terram.

שְׁקוּעִין Infuſiones: decocta medicinalia. *Conficiuntur ex aromatibus, herbis, & rebus aliis. Licet ea parare die Sabbati. Hinc in* בראשית רבא *ſect.* 80. *legitur:* כל שקועין שאתון עברין בחולא הון עברין בשבתא *h. e.* Omnes infuſiones medicas, quas conficitis die profano, (*non ſacro, quo licet operari*) eas facite etiam in Sabbato. *Sunt Rabbinorum verba ad obſtetrices, ut ſine ſcrupulo ad infantes recens natos curandos ea omnia die Sabbati agant, quæ reliquis hebdomadæ diebus agere conſueverunt.*

שְׁקִיעָא Profundum. Levit. 13. 55. *in Jonathane.*

שְׁקוּעַ Submerſio, abſconſio: inſitio in fundum: obtectio. Numer. 4. 20. *in Jonathane.*

שְׁקִיעָה Immerſio: *de Sole*, occaſus. שְׁקִיעַת הַחַמָּה Occaſus Solis. *Hinc in precibus veſpertinis Judæi ita orant.* Sit voluntas tua, o Deus, ut quemadmodum mihi largitus es videre Solem בזריחתה in ortu ſuo, ſic quoque largiaris mihi לראות בשקיעתה videre occaſum ejus.

שְׁקַף Pereutere. Geneſ. 41. 6. Eſth. 6. 1. impellere, diſpellere. Job 13. 25. Pſal. 68. 3. irruere. Iſa. 25. 4. *Futurum ex Aphel* יַשְׁקִיף יְיָ בְּקוֹל רָם tonabit Dominus voce alta. 1. Sam. 2. 10.

שִׁקְפָּא, שַׁקְפָּא Superliminare, *ita dictum, quia a janua ſubinde percutitur.* Exod. 12 7. Numer. 25. 8. *in Jonathane.*

שְׁקִיפָא, שְׁקִיף Rupes, petra. Judic. 7. 25. Iſa. 10. 26. *Plur.* שְׁקִיפֵי, שְׁקִיפִין foramina, cavernæ, ſcopuli, fiſſuræ petrarum. Iſa. 7. 19. Jerem. 16. 16. *Ita dicuntur a perpetua percuſſione, illiſione, & aquarum aſſultu.*

מַשְׁקוֹפֵי Plaga livens, tumor livens, livor. Exod. 21. 25.

שְׁקַף Plaudere, complodere. Numer. 24. 10. *Sæpius ſcribitur* סְפַק *cum* ס.

שַׁקֵּץ *Pahel.* Abominari, deteſtari, faſtidire, abominabile reddere. Levit. 11. 11. Deuter. 7. 26.

שִׁקְצָא, שֶׁקֶץ Abominario, res abominatione digna. Jerem. 4. 1. *Ab Hebræis Chriſtiantorum pueri per contemptum vocari ſolent* שֶׁקֶץ, *& in numero plurali* שְׁקָצִים.

שִׁקּוּץ Idem. 1. Reg. 11. 5. *Plur.* שִׁקּוּצִין, שִׁקּוּצַיָּא abominationes. Ezech. 20. 8. 2. Reg. 23. 24.

מְשַׁקָּץ Abominandum, res abominanda. Iſa. 28. 8.

מְשַׁקְּצָא Idem. Deuter. 29. 16. *in Targum Hieroſolymitano.*

שְׁקָק, שׁוּקָא Platea, vicus. Prov. 7. 12. *Cum protheſi* א אִשְׁקָק,

&

Digitized by Google

אַשְׁקָקָא, & אִישְׁקַק Eſth. 6. 9. *in Targum ſecundo*. *Plur.* שְׁקָקִין, שְׁקָקֵי, & אַשְׁקָקֵי plateæ. *Item* אוּשְׁקָקֵי Deuter. 29. 16. *in Jonathane*.

שַׁקְשֵׁק Rigare, irrigare, macerare.

שְׁקַר, שִׁקְרָא Mendacium, dolus, falſitas, perfidia. Pſal. 27. 12. Jerem. 23. 14. falſo, falſis de cauſſis, perfide, mendaciter. Jerem. 3. 23. עַל שְׁקַר idem. *Plur.* שִׁקְרִין mendacia, falſitates. Pſal. 101. 7. Jerem. 23. 32. *Paſſim apud Rabbinos Babylonii dicuntur fuiſſe mendaces celebres. Itaque cum ex Rabbinis quidam conſpexiſſet nubes volitantes* (*de quibus* Zach. 10. 1.) *ei, qui eum comitabatur, dixit: Hinc diſcedamus; pluvia enim imminet, moxque cadet. At cum non caderet, Babylonios irridens ſubjecit:* כי היכי דמשקרי בבלאי היכי משקרי מטרייהו *h. e.* Sicut mentiuntur Babylonii, ſic etiam mentiuntur pluviæ ipſorum. *In* בבא קמא *fol.* 7. אין אדם מצוי לשקר בשעת מיתתו *h. e.* Non facile deprehenditur homo mentiri in articulo mortis ſuæ. *Quare fides haberi ſolet iis, quæ a morientibus dicuntur.* הרוצה לשקר ירחיק עדיו *h. e.* Qui vult mentiri, procul removeat teſtes ſuos.

שַׁקָּר Mendax, falſus. Iſa. 26. 10. *Plur.* שַׁקָּרִין mendaces. Soph. 3. 4. Iſa. 36. 10.

שְׁרָא, שְׁרָה, שְׁרֵי Solvere, abſolvere. Iſa. 44. 1. Jerem. 40. 4. Amos 3. 5. abſolvere, dimittere aliquem, valedicere alicui: ſedere, habitare, manere, remanere, commorari, diverſari, divertere, caſtrametari, caſtra ponere: ordiri, exordiri, incipere, inchoare. Deuter. 2. 32. 1. Sam. 3. 2. *Pahel*, שָׁרֵי inhabitandum dare. Joſ. 18. 1. Pſal. 74. 2. *Ithpahel & Ithpehal* אִשְׁתָּרֵי, אִשְׁתְּרֵי ſolvi, diſſolvi, dimitti, remitti, abſolvi. Pſal. 119. 96. *Aphel* אַשְׁרֵי habitare, manere, commorari, recumbere fecit. Geneſ. 24. 11.

II. שְׁרָה *Rabbinis* Solutum, liberum, permiſſum reddere, permittere. *Apud Talmudicos vero aliquando ſignificat* condonare, ignoſcere, remittere, abſolvere. *Hinc* שרא ליה מריה לפלניא Abſolvat Deus hunc N. ignoſcat ipſi. *Olim mentionem facientes de eo, qui ſiniſtra fama laborabat, hujuſmodi dicendi ratione utebantur. Adhibent etiam Rabbini ſæpe hanc phraſim de iis loquentes, qui vel male locuti ſunt, vel malum aliquod egerunt, vel ſcripſerunt.*

Significat etiam שְׁרָה Velle, acquieſcere. Joſ. 7. 7. Job 6. 9. *Item* ſcindere panem prandendi cauſſa.

שָׁרֵי Solutus, liber, licitus, conceſſus. *Fœmin.* יוֹמָא שְׁרְיָא הוא dies liber eſt, *ſc.* ad emendum. Eſth. 3. 8. *in Targum ſecundo*. *Idem ac Rabbinicum* מוּסָּר. *Ejus oppoſitum* אֲסִירָא.

שֵׁרוּיָא, שֵׁרוּי Initium, exordium, principium. Thren. 2. 19. caput. Numer. 31. 26. primitiæ.

שְׁרָיוּת, שְׁרְיוּת Idem. 1. Sam. 15. 17. 2. Sam. 21. 9.

שֵׁרוּי, שֵׁרוּת, שֵׁרוּתָא, & שֵׁרִיוּת, שְׁרִיוּתָא Convivium, ſympoſium, prandium: cibus, victus. *Plur.* שֵׁירוּן convivia.

Digitized by Google

via. Hoſ. 4. 18. *Proverbium in* פסחים *fol.* 113. סְלִקְתְּ לְאִגָּרָא שֵׁרוּתָךְ בַּהֲדָךְ *h. e.* Aſcendiſti in tectum, prandium tuum ſit apud te. *Admonentur homines, conſiliis, & ſubſidiis neceſſariis opus eſſe ad rem quamlibet aggrediendam, ut poſtea ſuccedat; ſic iter ſuſcepturis etiam perbreve viaticum ſumendum eſſe, ne, ſi forte periculum, difficultas, aut aliquid aliud illud impediat, ac protrahat, famem pati cogantur.*

שְׁרוּתָא, שְׁרִיתָא, שָׁרִית Trabs, tignum. Geneſ. 19. 8. 2. Reg. 6. 5. *Plur.* שְׁרוָתָא & שְׁרָיָן. Numer. 35. 20. Eſth. 1. 6. *Cum aff.* וְשֵׁרָתוֹהִי & trabes ejus. Cantic. 1. 17.

שִׁרְיוֹנָא, שִׁרְיוֹן, & שִׁרְיָנָא, שִׁרְיָן Lorica. Job 41. 17. 1. Sam. 17. 5. *Plur.* שִׁרְיוֹנַיִן loricæ. Cant. 6. 7.

שִׁירְיָא Idem.

שָׁרוֹנָא *Nomen proprium regionis. Hebraice* שָׁרוֹן.

אַשְׁרָיוּת Habitatio, manſio, commoratio, diverſorium. Iſa. 60. 13.

מֵישְׁרָא Diverſorium. Deuter. 1. 33. 2. Reg. 2. 8. *Item* planities, vallis, locus planus, locus campeſtris.

מַשְׁרִיתָא, מַשְׁרִית Caſtra, acies, exercitus, turmæ, copiæ. *Plur.* מַשְׁרְיָן, & מַשְׁרִיָּתָא, מַשְׁרְיָן caſtra. *Ex terminatione maſculina* מַשְׁרְיֵי Pſal. 19. 5.

תִּשְׁרִי September: *menſis ita dictus, quia ab eo novus annus apud Hebræos incipit.* Geneſ. 7. 11. *in Targum Hieroſolymitano.*

De menſe תִּשְׁרִי Tisrì, *h. e.* Septembri.

Menſis Septembris etymologia in Aruch habetur, diciturque menſis תִּשְׁרִי Tisrì, *ita appellatus*, quia שתשרי ותשבוק לחוביהון *Deus* diſſoluturus, & remiſſurus eſſet (*eo menſe*) peccata ipſorum, *quia nimirum decimo ejuſdem menſis die* חַג הַכִּפּוּרִים Feſtum Expiationis *omnium peccatorum inſtituit. Eſt autem September menſis ſeptimus, ſi anni Eccleſiaſtici Hebræorum rationem habeas, qui ex Moſis inſtitutione Exod. 12. v. 1. a menſe* נִיסָן Nisàn, *h. e.* Martio *initium duxit. At ſi annum Civilem, ac Politicum conſideres, September fuit, & etiam hodie eſt apud Hebræos menſis primus ab ejus Novilunio incipiens. Itaque in Targum Hieroſolymitano Geneſ. 7. 11. legitur:* בִּשְׁנַת שִׁית מְאָה שְׁנִין לְחַיֵּי נֹחַ בְּיַרְחָא תִנְיָנָא הוּא יָרַח מַרְחֶשְׁוָן דְּעַד כְּדוּן לָא הֲוּוֹ מִתְמַנָּן יַרְחַיָּא אֱלָהֵן מִתִּשְׁרִי דְּהוּא רֵישׁ שַׁתָּא לְשַׁכְלוּל עָלְמָא *h. e.* In anno ſexcentorum annorum vitæ Noe, in menſe ſecundo, qui eſt menſis Marcheſuàn, *h. e. October*. Nam adhuc non fuerunt numerati menſes niſi a Tisrì, *h. e. Septembri*, qui eſt principium anni a perfectione Mundi. *Ex his infertur, annum communem, & Politicum a creatione Mundi non ab Æquinoctio Autumnali, ut nonnulli arbitrantur, ſed ab ipſo Novilunio menſis Septembris Æquinoctio proximo initium duxiſſe. Hinc de eo in Jure Hebræorum clare traditur:* באחד בתשרי ראש השנה לשנים

h. e.

לשמיטין וליובלות לנטיעה ולירקות *h. e.* Primo die menſis Tisrì eſt principium anni juxta annos computando, & anni dimiſſionis terræ, & anni Jubilæi, anni plantationis, & olerum. *Itaque annorum numerus a creatione Mundi computabatur: ſic anni dimiſſionis terræ, ut nimirum pateret annus ſeptimus, quo terra, & agri quieſcere debebant: ſic plantationis arborum, ut, qui plantaverant, ſcirent, tribus primis annis a plantatione fructus eſſe præputiatos, h. e. pollutos, ac propterea vetitos, & illicitos: ſic Jubilæi, h. e. anni quinquageſimi, quo Hebræi multis privilegiis gaudebant: ſic olerum, ut decimas, & oblationes ex iis rite, & recte ſolveretur. Ex Hebræorum autem* סִפְרֵי עֲבְרוּנוֹת Libris computationum, & Kalendariis *colligitur, annum a Novilunio incipere, & modus ſuggeritur inveniendi Novilunia. Hæc autem annorum computandorum ratio a menſe Septembri ad Legem per Moſem traditam permanſit. Tunc enim Moſes inſtituit, ut in poſterum anni Sacri, & Eccleſiaſtici initium a menſe* נִיסָן Martio *duceretur in memoriam exitus populi Iſraelitici ex Ægypto. Hinc Moſis verba* Exod. 12. 1. הַחֹדֶשׁ הַזֶּה לָכֶם רֹאשׁ חֳדָשִׁים רִאשׁוֹן הוּא לָכֶם לְחָדְשֵׁי הַשָּׁנָה *h. e.* Menſis hic *erit* vobis principium menſium: primus ipſe ſit vobis pro menſibus anni; *ita in Targùm Jonathanis translata invenies:* יַרְחָא הָדֵין לְכוֹן לִמְקַבְּעֵיהּ רֵישׁ יַרְחַיָּא וּמִנֵּיהּ תְּשָׁרוּן לְמִמְנֵי חַגַּיָּא וְזִמְנַיָּא וְתְקוּפָתָא קַדְמַאי הוּא לְכוֹן לְמִנְיַן יַרְחֵי שַׁתָּא *h. e.* Menſis hic vobis erit, ut figatis eum principium menſium, & ab eo incipietis numerare Feſta, Solemnitates, & Solſtitia cum Æquinoctiis. Primus erit vobis in numero menſium anni. *Cum ergo hoc in loco præcipiatur novum initium ſupputandi annos, apertiſſime patet, antea aliud initium fuiſſe, quod ex unanimi Hebræorum conſenſu ex* תִּשְׁרֵי, *h. e.* menſe Septembri *ducebatur. Menſis autem September in Targum* l. 1. Reg. 8. 2. *vocatur* יַרְחָא דְעַתִּיקַיָּא menſis robuſtorum, *& Hebraice* יֶרַח הָאֵתָנִים *propter fruges, & fructus omnes, qui eo menſe colligi ſolent, quibus hominum vita fulcitur, atque ſuſtentatur. Utrum autem menſe Septembri a D. O. M. Mundus creatus ſit, inter ſe Rabbini diſputant, ac digladiantur. Duplex autem potiſſimum ipſorum ſententia eſt, aliis cenſentibus, Mundum menſe Septembri conditum fuiſſe, eodem Patriarchas natos; & mortuos; aliis vero contendentibus, id accidiſſe menſe Martio.*

שְׁרַב Uri, comburi, ardere. Exod. 3. 2. & 3. 3. *in Jonathane. Ex Ithpehal Præter.* וְאִשְׁתְּרַבוּ מַיָּא & exſiccatæ ſunt aquæ. Geneſ. 8. 1. *in Jonathane, & ultima geminata* וְאִשְׁתַּרְבְבוּ Job 6. 17.

שָׁרָב, שָׁרְבָא, שַׁרְבָא Calor, æſtus. Geneſ. 31. 4. Iſa. 25. 5. ariditas, ſiccitas, *quæ vel ex defectu pluviæ, vel Solis æſtu oritur. Plur. conſtr.* כְּשָׁרְבֵי שִׁמְשָׁא ut æſtus Solis. Cant. 1. 7.

שׁוֹרְבָא Ardor, calor. Geneſ. 8. 22. *in Targum Hieroſolymitano.*

Sie-

שְׁרוּבָא , שְׁרִיבָא Siccitas. Iſa. 35. 7.

מַשְׁרְבָא Calor. Numer. 14. 14.

שְׁרַבְתָּא , שְׁרִיבָא Siccum, aridum. Proverb. 17. 1.

שַׁרְבֵּב Demittere per funem. Jerem. 38. 6. 11. *Ithpahel* אִשְׁתַּרְבֵּב. *Vide* שרב.

שַׁרְבִּיטָא , שַׁרְבִּיט Virga, baculus, ſcipio. Exod. 21. 20. Levit. 23. 32. flagellum, ſcutica: propago, ramus. *Plur.* שַׁרְבִּיטִין, שַׁרְבִּיטַיָּא flagella, ſcuticæ. 1. Reg. 12. 11. *Item* propagines, ſurculi, palmites. Geneſ. 40. 12. *in Targum Hieroſolymitano.*

שׁוּרְבָן *Cedri proceræ ſpecies. Forte* ſorbus. *Plur.* שׁוּרְבָנֵי. *In Bibliis Regiis vertitur* pinus. Cant. 1. 13. *&* 3. 9.

שְׁרַג , שְׁרָגָא *& cum protheſi* א אַשְׁרָגָא Lucerna, lumen. Pſal. 132. 17. Proverb. 6. 23. *Proverbium antiquum apud Rabbinos:* שְׁרָגָא בְּטִיהֲרָא לְמַאי מְהַנְיָא *h. e.* Lucerna in meridie quid utilitatis præſtat? *Uſurpatur de rebus ſuperfluis, & quæ præter tempus ſiunt, & opportunitatem. Sic* דְּהֲוָה שְׁרָגָא בְּטִיהֲרָא Quod eſt lucerna in meridie.

שְׁרַג Saliit, ſubſiliit, ſaltavit. Levit. 11. 21. *in Jonathane.*

שַׁרְגֵּג Perſuadere, allicere, ſeducere, pellicere. Prov. 16. 21. Job 31. 27. *Ithpahel* אִשְׁתַּרְגַּג ſeduci, allici. Prov. 25. 15. Job 31. 9.

שַׁרְגִּינַיָּא *&* , שַׁרְגִּינֵי , שַׁרְגִּינִין Simplices, fatui, *qui facile ſeducuntur.* Pſal. 116. 6. *&* 119. 130.

שַׁרְנוּשָׁא Cochlear.

שרח שְׁרִיחָא , שְׁרִיחַ Mærens, triſtis. *Hinc* כְּיוֹנָה שְׁרִיחְתָּא tamquam columba triſtis, ſe mærore conficiens ob ablatos pullos. Hoſ. 7. 11.

שְׁרֵט Vulnus obligare. Iſa. 38. 21.

שְׂרַט *Hebraice.* Cædere, incidere. Levit. 21. 5. Zach. 12. 3. *Hinc* שׂוּרְטָא cæſura, *&* שְׂרִיטָה inciſio.

שרך *Hinc* וְשַׁרְכָא יְהוּדָאֵי Et reliquiæ Judæorum, & reliqui Judæi. Eſth. 9. 16. *in Targum ſecundo.*

שַׁרְכָא Stylus longior, & fortior in fructibus majoribus, *veluti in cucurbitis, cucumeribus, & ſimilibus. In minoribus autem, veluti pomis, pyris, prunis dicitur* עוּקָץ pediculus, petiolus, *pes, quo fructus capiuntur, vel ex quo pendent.*

שַׁרְכָא *&* , שַׁרְכָן Quietus, tranquillus, otioſus, quieſcens. *Proverbium in* בבא קמא *fol.* 92. מטייל ואזיל דיקלא בישא גבי קינא דשרכי *h. e.* Ambulat & palma mala juxta arbores otioſas, *h. e. ſteriles, quæ a ferendo fructu otioſæ ſunt: juxta illud:* Similis ſimili gaudet: bonus bono, malus malo, *quemadmodum palma ſterilis gaudet ſterili. R. Salomoni* גַּבְרָא דְשַׁרְכָא *eſt* vir otioſus. *Nonnulli putant, litteram* ר Reſch *in medio vitioſam eſſe, legendamque vocem per* ד Daleth.

שַׁרְכְּפָא Nidus. Deut. 22. 6. *& fœm.* שַׁרְכַּפְתָּא Geneſ. 1. 20. *in Jonathane. Plur. maſc.* שַׁרְכְּפֵי , שַׁרְכְּפִין nidi. Pſal. 104. 17.

Suf-

Digitized by Google

שרן שְׁרַנֵק Suffocare, ſtrangulare. *Idem ac* שַׁנֵק, & סַרְנֵק.

שְׁרְנוּקָא Strangulatio, ſuffocatio. *Idem ac* שְׁנוּקָא Job 7. 15.

שרע מַשְׁרוּעִיתָא Præcipitium, locus lubricus. *Plur.* מַשְׁרוּעָין lubricitates, loca lubrica. Jerem. 23. 12.

מַשְׁרוּעִיתָא Lubricitas, via lubrica, & præceps. 1. Sam. 14. 4.

שרע שְׂרַיעַ Prælongus, redundans membris. Levit. 21. 18.

שׂרף *Hebraice*. Comburere, urere, adurere. Levit. 8. 17. Joſ. 6. 24. *Rabbinis* abſorbere, attrahere.

שָׂרַף Seraph, *nomen Angelorum. Item* ſerpens, preſter ignitus. Numer. 21. 7. *in Targum Hieroſolymitano. Item ſpecies quædam certa aromatum.* Geneſ. 37. v. 25. & 43. v. 10. *in Jonathane. Ab aliis explicatur per* reſinam, *ab aliis per* gummos, *ab aliis per* ſuccum, *ab aliis per* lacrymam, *ab aliis per* humorem *arborum, vel herbarum. Hinc* שְׂרַף הַלַּח ſuccus humidus: שְׂרַף הֶעָלִין gummi foliorum: שְׂרַף עָרְלָה Succus, *vel* gummi præputii arborum: שְׂרַף הַפַּגִּין ſuccus groſſulorum. שְׂרַף הַיָּבֵשׁ ſuccus ſiccus, aridus: הַמּוֹצֵעַ זֵיתִים שֶׁיֵּצֵא שְׂרַף qui premit olivas, ut egrediatur ſuccus *Plur.* שְׂרָפִים Seraphim. Geneſ. 30. 22. *in Targum Hieroſolymitano. Emphatice etiam cum* ס, סַרְפַּיָא Ezech. 1. 8.

שִׂירְפָּא, שְׂרַף Fluxus menſtruus mulieris, *vel* virginis.

שְׂרִיף Edulium liquidum, *vel* cum jure. כָּל סְעוּדָה שֶׁאֵין בָּהּ שְׂרִיף אֵין סְעוּדָה Omne prandium, in quo non eſt edulium cum jure, non eſt prandium.

שְׂרֵיפָה Combuſtio. *In* עז *cap.* 1. כל מיתה שיש בה שריפה יש בה עז *h. e.* Omnis mors, in qua fit combuſtio, in ea eſt Idololatria. *Præterea* שְׂרֵיפָה combuſtio *eſt una ex quatuor pœnis capitalibus, quæ in uſu erant apud Hebræos. Itaque rei comburendi prius ſtrangulati biſariam uri dicebantur, uſtione corporis, vel animæ; corporis quidem, quando corpus igne ſubjecto torrebatur; animæ vero, quando plumbum, vel aliud metallum diſſolutum in viſcera demittebatur ad ea exurenda. Porro uſtio animæ ut plurimum locum habebat, quotieſcunque inter manus carnificis comburendus mortem obibat.*

שרק Sibilare, exſibilare, ſibilando vocare. Thren. 2. 15. 16. *Hebraice* שָׁרַק 1. Reg. 9. 8. Iſa. 5. 26. Zach. 10. 8.

שְׁרִיקָה Sibilus, exſibilatio.

שִׁירוּק Idem.

שְׁרוּקִים Sibilata: *ut* אוֹתִיּוֹת שְׁרוּקוֹת Litteræ ſibilatæ, *quæ nimirum cum ſibilo proferuntur.*

II. שְׁרַק Parietem incruſtare, oblinere, cæmento obducere.

III. שְׁרַק Labare, labaſcere, delabi, labi. *Proprie uſurpatur de pedibus, qui in lubrico loco ad lapſum moventur, neque tamen labuntur; Italice* ſdrucciolare. *Nullum autem ſubſidium promptius eſt, ac validius, quam pes firmus pedi labanti.*

שִׁירְקָא, שְׁרִיקָה Lubricatio, lubricitas,

cum nimirum aliquid lubricum pinguedine fit, quemadmodum caro aſſanda butyro, arvina, vel oleo delibuta redditur, & quaſi cæmento quodam illinitur.

שְׂרַק, סְרַק Stibium, fucus, color ad fucandam faciem. לֹא תַעֲבִיר אִשָּׁה סְרַק עַל פָּנֶיהָ Non faciet tranſire mulier ſtibium ſuper faciem ſuam.

שְׂרוּקִים Colorati, fuſci: נַעֲשׂוּ שְׂרוּקִים Facti ſunt fuſci.

מַשְׁרוֹקִיתָא Fiſtula, tibia, *ita dicta a ſibilando*. Dan. 3. 5.

שַׁרְקְרְקָא Merops, *nomen avis immundæ*. Deuter. 14. 17.

שְׁרַר Firmum, ratum, ſtabile reddere, confirmare. *Id fit in contractibus, teſtamentis, & ſimilibus per teſtes, ſubſcriptionem, & obſignationem.*

שְׁרִיר Firmum, ratum, ſtabile, conſtans. *Itaque contractibus hæc ſubſcriptio apud Hebræos addi ſolet* הַכֹּל שְׁרִיר וְקַיָּם Totum firmum, & ſtabile eſto. לָא שְׁרִיר Non eſt firmum. Proverb. 19. 7.

שְׁרִירָאִית Firmiter, conſtanter: שְׁרִירָאִית מְמַלֵּל Firmiter loquitur. Prov. 21. 28.

שְׁרִירוּתָא Firmitas, veritas. Prov. 8. 6.

שָׂרַר *Hebraice*. Principatum tenere. *Hinc*

שְׂרָרוּת, & סְרָרוּת Principatus. Eccleſ. 11. 3.

שְׁרַשׁ Radix. Deuter. 29. 17. *in Targum Hieroſolymitano*: radicatio: eradicatio. *Plur.* שַׁרְשִׁין radices. Pſal. 92. 13. *Cum aff.* שַׁרְשׁוֹהִי radices ejus. Dan. 4. 12. שׁוּרְשֵׁיהוֹן radices ſuas. Pſal. 80. 10.

שְׁרֹשִׁית Eradicatio. Eſdræ 7. 26.

שָׁרֵשׁ *Pahel*. Radices agere, radicari facere. Pſal. 80. 10. *Item* eradicare. Eccleſ. 3. 2. *Apud Rabbinos* lucrum, commodum, utilitatem afferre. *Ithpahel* אִשְׁתָּרַשׁ Lucrari, in lucro eſſe: percipere lucrum, commodum, utilitatem.

שַׁרְשִׁיפָא Sella: ſcabellum.

שֵׁרֵת *Hebraice*. Miniſtrare. Geneſ. 39. 4. Deuter. 18. 7. Iſa. 60. 7.

שֵׁרֵת Miniſterium. *Hinc illud nonnulli putant derivari* חֲבוּרָן דְמַלְאֲכֵי שֵׁירוּתָא turmæ Angelorum miniſterii. Deuter. 34. v. 6. *in Jonathane; vel legendum* מְשָׁרְתַיָּא. *Participium* מְשָׁרֵת Miniſtrans, miniſter. אוֹתִיּוֹת מְשָׁרְתִים Litteræ miniſtrantes, litteræ ſerviles, *quæ radici inſerviunt ad varia accidentia formanda*.

שֵׁירוּתָא, שֵׁירוּת Miniſterium, *ac præcipue ſacrum, veluti Sacerdotum, qui* Joel. 1. v. 9. *dicuntur* Miniſtri Domini, *quia Domino in rebus ad Altare pertinentibus miniſtrabant; &* Joel. 1. v. 13. *appellantur* Miniſtri Altaris. *R. Salomon ad verba illa* Deuter. 18. 5. לַעֲמֹד לְשָׁרֵת Ad ſtandum, & miniſtrandum *ſcriptum reliquit:* מכאן שאין שירות אלא מעומד Hinc (*colligitur*) non eſſe miniſterium Sacerdotum, niſi erectum, *videlicet, Sacerdotes ſtantes munus ſuum obire*. מַלְאֲכֵי דְשֵׁירוּתָא Angeli miniſterii, *a Rabbinis dicti* מַלְאֲכֵי הַשָּׁרֵת, *h. e. Angeli hominum miniſterio, & ſaluti addicti, & a Deo præpoſiti*.

Digitized by Google

שְׁרִתוּעַ Veru. *Audi, ſi potes, ſine riſu, quod a nonnullis Rabbinis traditur de uxore Putipharis, quæ Geneſ. cap. 39. dicitur miſere Joſephum deperiiſſe. De ea itaque narratur in Medràs Tanchumà ſect.* וישב, *& in* בראשית רבא *ſect.* 87. Quoties ipſa volebat amice cum Joſepho colloqui, ipſe obtutum præ verecundia in terram figebat, faciemque demittebat, ne eam aſpiceret. Quid igitur ipſa excogitavit, ut cogeretur illam intueri? עשתה לו שרתוע של ברזל Fecit ipſi veru ferreum ſub mento, ut, cum inclinaret faciem deorſum, יהא השרתוע מכהו veru iſtud ipſum læderet. *O homines bardos, ridiculos, & inſanos!*

ששב שָׁשְׁבֵן Sociare, conjungere.

שׁוּשְׁבִינָא, שׁוּשְׁבֵן Amicus, ſocius, proximus, paranymphus. 2. Sam. 16. 16. *Plur.* שׁוּשְׁבֵנִין amici, ſocii. Deuter. 32. 50. Judic. 14. 20. *In ſtrictiori ſignificatione* שׁוּשְׁבֵן *apud Rabbinos ſignificat* pronubum, paranymphum, *vel* pronubam. *In Verſione autem* LXX. Judic. 14. v. 20. νυμφάγωγος, Sponſæ ductor. *Hinc Vulgata Latina:* Uxor autem ejus accepit maritum unum de amicis ejus, & pronubis. *Verumtamen non tantum Pronubi, aut Paranymphi ita appellantur, ſed etiam amici proximi, & nuptiarum hoſpites, qui* Matth. 9. 15. υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, filii thalami *dicuntur. Triginta igitur juvenes Sampſoni honoris, & amicitiæ cauſſa additi vocantur ab Hebræis* שׁוּשְׁבִינִים Socii, ſodales Sponſi, *ex quibus tamen unus tantummodo Pronubi officio functus fuit, vel plures diverſo tempore, cum ſeptem dierum ſpatio convivium nuptiale duraret. Quare ſinguli vocati ſunt* Pronubi, *ſive* hoſpites nuptiales.

De Societate Nuptiali, & Donis Nuptialibus apud Hebræos.

שׁוּשְׁבִינוּתָא, שׁוּשְׁבִינוּת Societas, ſodalitium, amicitia. *Uſurpatur proprie de ſocietate in ſtudiis, conviviis, moribus, & ſimilibus, non autem de ſocietate in negotiationibus, & commerciis, quæ dicitur* שׁוּתָּפוּת. *Eſt vero* שׁוּשְׁבִינוּת *præcipue* Societas Nuptialis. *Item* donum Nuptiale *oblatum ab aliquo, ut Societate Nuptiali gaudeat, fruaturque libere conviviis, & lætitiis Nuptialibus interſit. Colligitur ex multis Rabbinorum locis Societatem hanc Nuptialem a quibuslibet etiam eximiis, & magnæ auctoritatis viris fieri debere, & in eo verſari, ut non ſolum comitentur, & deducant domum Sponſum, ſed neceſſaria ad convivium Nuptiale hilariter agendum parent. De Donis Nuptialibus multa a Rabbinis traduntur, quæ inter ſe diſtinguuntur, ut alia mutuo repeti poſſint, alia vero non. Hinc illud in Jure Hebræorum:* השושבינות נגבית בבית דין *h. e.* Dona Nuptialia exigi poſſunt in domo Judicii, *nimirum dona pecuniaria:* אבל השולח לחבירו כדי יין וכדי שמן אין נגבין בבית הדין *h. e.* Sed mittens amico ſuo vaſcula vini, aut vaſcula olei, ea non repetuntur in do-

domo Judicii. *Ratio rei hujus ſubjicitur:* שהן גמילות חסדים quia ſunt dona gratuita: *De more Donorum Nuptialium mittendorum hæc habentur in Majemonide parte* 4. *fol.* 103. Conſuetudo communis eſt in plerisque nationibus, ut cum quis ducit uxorem, & Nuptias celebrat, proximi agnati, & amici mittant dono pecunias quaſdam ad ſumptus Nuptiarum ſublevandos. Veniunt etiam plerumque amici iſti dona mittentes ad Nuptias, & convivantur cum Sponſo hilariter comedendo, & bibendo, vel totis ſeptem Nuptiarum diebus, vel aliquot tantummodo pro cujuſque facultatibus. Iſti autem, qui mittunt dona, edunt, bibuntque cum eo, appellantur שׁוֹשְׁבִינִין Socii, hoſpites Nuptiarum. Dona autem, five pecuniæ miſſæ dicuntur שׁוֹשְׁבִינוּת Donum ſocietatis Nuptialis. *Doni autem hujus mittendi conſilium mox ab eodem Majemonide exponitur:* השושבינות אינה מתנה גמורה h. e. *Donum Nuptiale non eſt donum abſolute*, ſed mittitur eo animo, ut ſi offerens donum & ipſe poſtea ducat uxorem, tantumdem ad ipſum remittatur, & rurſus ab eodem donetur. Itaque ſi Jacob, qui antea donum ad Mardochæum miſerat, ducat & ipſe uxorem, niſi Mardochæus ipſi tantumdem reſtituat, poteſt ab ipſo Jacob jure repetere, & exigere. *Hac in re id animadvertendum. Si Mardochæus in matrimonium virginem duxit, & Jacob* שושבינות Donum Nuptiale *ad ipſum miſit, poſtea Jacob ducat viduam, a Mardochæo non poteſt Donum Nuptiale repetere; & contra. Obſervandum etiam, ſi alterum fuerit convivium publicum, alterum vero privatum, vel quaſi occultum, Donum tunc jure non poſſe repeti. Vide plura de Donis Nuptialibus in ipſo Majemonide, qui his verbis Caput claudit:* לא נאמרו דיני שושבינות אלא במעות בלבד *h. e.* Non intelliguntur jura Donorum Nuptialium, niſi de pecuniis tantummodo. *De Donis Nuptialibus conſule etiam* שֻׁלְחָן עָרוּךְ *num.* 59.

ששל שׁוֹשִׁילְתָא, שׁוֹשִׁילְתָא, שׁוֹשַׁלְתָּא, שׁוֹשְׁלָא Catena. *Idem ac* שַׁלְשְׁלָא, *eliſo* ל. Job. 12. 21. Pſal. 105. 18. Job 12. 18. *Plur.* שׁוֹשְׁלָן. Job 36. 8. & שׁוֹשְׁלָן Exod. 28. 14. *in Jonathane*. *Conſtr.* שׁוֹשְׁלֵי catenæ, vincula, compedes. Job 39. 5.

ששן שׁוֹשַׁן, שׁוֹשַׁנָּה Lilium, roſa, flos. Exod. 25. 33. Hoſ. 14. 6. *Plur.* שׁוֹשַׁנִּין, שׁוֹשַׁנַּיָּא, שׁוֹשַׁנִּין Lilia. Iſa. 35. 1. *Fæm. ſing.* שׁוֹשַׁנְתָּא flos, lilium. 1. Reg. 7. 26.

ששף שׁוֹשִׁפָא Pallium, amiculum, veſtis, linteum, ſudarium, toga, peplum. Deuter. 22. 17. *Hebraice* הַשִּׂמְלָה. *Intelligendum eſt linteum, ſuper quo Sponſus, & Sponſa prima nocte cubabant, ex quo ſigna* בְּתוּלֵי virginitatis *Sponſæ petere ſolebant. Plur.* שׁוֹשִׁיפִין, שׁוֹשִׁיפַיָּא pallia, vela. Iſa. 3. 22. *Hebraice* הַמִּטְפָּחוֹת. *Nonnullis* palliola muliebria pretioſa, & ornatiora: *R. Salomoni* מצועות המטה

ſtra-

ſtrata lecti, *h. e.* lectiſternia.

שֵׁת, שִׁתָּא, שִׁית, שִׁתָּא Sex. Geneſ. 7. 6. & 46. 26. Exod. 25. 33. 1. Reg. 10. 29. שִׁתַּת עֲסַר ſexdecim. *Cum protheſi* א, אֶשְׁתָּא ſex. *Plur.* שִׁתִּין ſexaginta. Geneſ. 25. 26.

שְׁתִיתָאָה, שְׁתִיתָאָה, שְׁתִיתַי, שְׁתִיתַאי Sextus. Geneſ. 1. 31. & 30. 19. *Fœm.* שְׁתִיתָאָה, שְׁתִיתֵיתָא ſexta. Exod. 26. 9. Levit. 25. 21.

שְׁתָה, שְׁתָא, שְׁתֵי Bibere, ebibere, combibere, compotare, convivari. Exod. 34. 28. Deuter. 9. 9. Dan. 5. 3. *Item* texere, contexere. Judic. 16. 13. *Item* fundamentum jacere, *quaſi a* שׁוּת. Judic. 6. 13. *Aphel* אַשְׁתֵּי Idem. *Item* fundamentum ponere. Pſal. 139. 13. compingere. Job 10. 11. *Ithpehal* אִשְׁתְּתֵי bibi. Levit. 11. 34.

שַׁתְּיָאי Potator, ebrioſus. Deuter. 21. 20. *in Jonathane*.

מִשְׁתְּיָא, מִשְׁתֵּי, מִשְׁתֵּה Potus, potio. Ezech. 34. 18. convivium, compotatio, ſympoſium. 1. Sam. 25. 36. Eſth. 1. 10. Dan. 5. 10. *Per ſynecdochen* convivium nuptiale. Geneſ. 29. 28. *in Jonathane*. *Convivia nuptialia, cæteraque convivia publica, & ſolemnia ad ſeptem dies protrahebantur*. *Hinc* Eſth. 1. v. 5. *Rex Aſſuerus* juſſit ſeptem diebus convivium præparari in veſtibulo horti, & nemoris, quod Regio cultu, & manu conſitum erat. *Idem feciſſe etiam Vaſthi Reginam pro fœminis in Gynecæo colligitur ex ejuſdem cap. v. 10. in Targum*. *Per ſeptem dies celebrata fuiſſe convivia ex Geneſ. 29. 27. colligitur*. מַלֵּא שְׁבֻעַ זֹאת וְנִתְּנָה לְךָ גַּם אֶת־זֹאת Comple nunc etiam ſeptem dies convivii (*Nuptialis*) & dabimus etiam hanc tibi. *Luctus etiam dies erant ſeptem*, *ut patet* Geneſ. 50. 10. וַיָּבֹאוּ עַד גֹּרֶן הָאָטָד אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן וַיִּסְפְּדוּ שָׁם מִסְפֵּד גָּדוֹל וְכָבֵד מְאֹד וַיַּעַשׂ אֵבֶל שִׁבְעַת יָמִים Veneruntque ad aream Atad, quæ ſita eſt trans Jordanem: ubi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi impleverunt ſeptem dies. *Idem patet ex* Job 2. 13. Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus.

מַשְׁתּוּתָה Convivium. *Proverbium in* שביעית *cap.* 4. ראכיל פרוטגמיא אכיל משתותא Qui abſumit proprandialia, abſumit convivalia. *De iis uſurpatur, qui abutuntur rebus ad hanc vitam ſuſtinendam large, & liberaliter a Deo conceſſis. Ipſi enim in Cœlo bonis iis carebunt, quæ bonos, ac probos viros in æternum manebunt.*

שְׁתִי, שְׁתְיָא Stamen. Levit. 13. 52. *Apud Rabbinos:* שְׁתִי וָעֵרֶב Stamen, & ſubtegmen. *His nominibus Crucem indigitant, cui Chriſtus ab Hebræis affixus eſt, vel formam Crucis ſignificant*. *Hinc* קָרוּעַ שְׁתִי וָעֵרֶב Laceratus ad formam Crucis.

מַשְׁתֵּיתָא Tela, textum. Judic. 16. 13. & 14.

שִׁיתָא, שׁוּתָא Rete. *Ita appellatur, quia telæ inſtar texi ſolet.*

שְׁתֵךְ, שְׁתֵךְ Rubiginem contrahere. כיון דמשתכי Quia rubiginem contrahunt.

Plan-

שתל Plantare. Ezech 17. 8. & 19. 10. Pſal. 128. 3. *Participium plur.* שתילין plantati. Pſal. 92. 14.

שתילא, שתילין Plantæ, plantulæ. Pſal. 128. 3.

שתלא Plantator, *vel* שתלא. *Plur.* שתלין plantatores. Jerem. 31. 5.

שתס Fundamentum ponere, jacere. *Ut plurimum autem mendoſe ſcribitur una cum derivatis, quaſi compoſitum eſſet ex* שות, *vel* שית, & אסיא, *ſive* אשיא; *ut* סיתאסיא ארעא fundavit terram. Prov. 3. 19. *Infinitivus* כמשתסי cum fundarem. Job 38. 4. *Ithpehal* אשתאס fundari, in fundamentum poni. Job 38. 38. *Ex Aphel eſt* אשתכתא fundaſti. Pſal. 8. 3.

שתאסיא, שתאסא, שתאסא Fundamentum. Job 38. 38. *Plur.* שתאסיא fundamenta. Pſal. 18. 16. *Cum aff.* שתאסהא fundamenta ejus. Iſa. 19. 10. שתאסיהון fundamenta eorum. Job 4. 19.

שתף Sociare, aſſociare, conjungere, adjungere. Pſal. 69. 10. *Pahel* שתף idem. Cant. 1. 3. *Ithpahel* אשתתף, & אשתותף conſociari, conjungi, conjungere, adjungere, aſſociare ſe, conſentire, communicare, participem eſſe. Prov. 5. 17. Eſth. 3. 14. *in Targum ſecundo.*

שותף Socius, amicus. Eſth. 7. 10. *in Targum ſecundo. Plur.* שותפין ſocii. Iſa. 1. 13.

משותף Socius. חוש משותף Senſus communis: מלה משותפת Vox æquivoca: שם משותף Nomen cum alio conjunctum, *nimirum* ambiguum, homonymum, æquivocum.

משתתף Socius, ſodalis.

שותפות Societas, amicitia, ſodalitium, commercium, communicatio, *in negotiis, & commerciis.* Levit. 5. 21.

שותפתא Idem. Malach. 2. 14.

שתק Tacere, conticeſcere, ſilere. Pſal. 39. 3. Ezech. 24. 17. *Aphel* אשתיק idem. *Pahel* שתק idem. *Item* ſilentium imponere. Pſal. 131. 2. *Aphel Participium* משתקן ſilebant. Ezech. 1. 24. *Ex Ithpahel* אשתתקון conticeſcent. Exod. 15. 16. *in Jonathane.*

שתוק Silentium. *Item* apoplexia.

שתוק, שתוקא Mutus, ſilens. *Fæmin.* שתוקא muta. Pſal. 56. 1.

שתוקי Puer ſpurius, *qui ex certa matre, ſed ex patre incerto natus eſt. Sed* אסופי collectitius *ille dicitur, qui undecunque colligitur tum ex patre, tum ex matre incertis. Fæmin.* שתוקית Puella ſpuria *incerti patris. Hinc in* קדושין *fol.* 73. שתוקי שתוקית לא ישא Puer ſpurius puellam ſpuriam ne ducat; *ne forte ducat ſororem ſuam.*

שתקן Silens, taciturnus. *Hæc vox eſt in uſu præſertim apud Rabbinos.*

שתיקה Silentium, taciturnitas. יפה שתיקה לחכמים קו לטפשים *h. e.* Laudabile eſt ſilentium in ſapientibus; quanto magis in ſtultis? שְׁתִיקָה כְּהוֹדָאָה דָּמְיָא Silentium confeſſioni ſimile eſt, *juxta illud:* Qui tacet, conſentire videtur.

שתיקותא Silentium. Pſal. 22. 3. & 65.

2. &

Digitized by Google

2. & 107. 29. *Tritum apud Rabbinos:* אַגְרָא דִיסוּרִין שְׁתִיקוּתָא Merces, *h. e.* optimum caſtigationum eſt ſilentium; *ſi nimirum homo patienter eas ferat, neque propterea nimis doleat.*

מַשְׁתוּקָא, מַשְׁתוּקָא Idem. Levit. 10. 3. *in Jonathane, ubi habetur:* וְקַבֵּל אֲגַר טָב עַל מַשְׁתוּקֵיהּ Et accepit mercedem bonam pro ſilentio ſuo. *In terra Iſraelis illud frequenter Hebræi uſurpabant:* מלה בסלע משתוקא בתרין Si verbum ſiclum unum valet, tunc ſilentium duos valebit. *Numquam enim tacuiſſe nocuit, ſed ſæpiſſime nocuit eſſe locutum. Tum etiam tritum illud:* סַמָּא דְכוּלָּא מַשְׁתוּקָא Selectiſſimum aroma omnium eſt ſilentium. *In* ויקרא רבא *ſect.* 16. *narratur tum R. Jehoſua, tum R. Simeonem ſilentium laudaſſe, & hanc admonitionem reliquiſſe. Prioris quidem illud extat:* מלה בסלע ומשתוקא בשתים Verbum ſiclo, ſilentium duobus ſiclis emito. *R. autem Simeon protulit:* Omnibus diebus meis inter Sapientes educatus fui, neque inveni quidquam melius, ac præſtantius ſilentio.

שתר *Ithpahel* אִשְׁתַּתַּר, & אִשְׁתּוּתַר Relinqui, reliquum, reſiduum fieri, ſupereſſe, remanere. Job 21. 16. Prov. 2. 21.

שְׁתַת Fundare. *Rabbinis in uſu. Hinc* שֶׁמִּמֶּנָּה הוּשְׁתַת הָעוֹלָם Ex quo (*lapide*) fundatus eſt Mundus.

מַשְׁתִּית Fundamentum, baſis. Pſal. 50. 2.

שְׁתַת Stillare, guttatim fluere.

שְׁתִיתָא *Edulii ſpecies ex frugibus in fornace exſiccatis, vel ex farina lentium mixta cum ſale confecti.*

DICTIONES EX RABBINIS.

ש׳ *Abbreviatura. Idem ac* שַׁעַר Porta. *A Rabbinis hoc nomine* שַׁעַר porta *ſæpiſſime librorum Sectiones appellantur, quas nos Capita ſolemus dicere. Sic liber* רֵאשִׁית חָכְמָה Reſeith chochmà *in* שְׁעָרִים portas, *videlicet* Capita *eſt ſeparatus. Itaque aliquid ex eo citantes dicunt v. g.* בש״ק *h. e.* השער קרושה in Capite, cujus initium קרוּשׁה: *ſic liber a* בעל עקידה Baal AKèda *in* שְׁעָרִים *diſtinctus fuit. Citantur igitur Capita hoc modo* ש״א Caput primum: ש״ב Caput ſecundum &c. *Vel cum præpoſitionibus* בש״א In Capite primo &c.

ש״א *Abbreviatura. Idem ac* שוּם אִתְּתָא Nomen mulieris. *Hebraice* שֵׁם אִשָּׁה.

שָׁאַל Rogare, interrogare, petere, quærere, poſtulare, requirere. *Talmudici ſæpe* א *mutant in* י, *ut* שָׁיֵיל petens, שְׁוּלֵי petere. *Hiphil* הִשְׁאִיל mutuo, commodato dare: locare, elocare. אֵין הַשּׁוֹאֵל לְהַשְׁאִיל commodato aliquid accipiens non debet alteri commodare. הַמַּשְׁאִיל locator. *Talmudice pro* הִשְׁאִיל *dicitur* אוֹשִׁיל. *Hinc per craſin, & contractionem* אוֹשְׁלָן commodato mihi. מוּשְׁאָל mutuatum, locatum. שֵׁם הַמּוּשְׁאָל nomen mutuatitium, metaphoricum. *Plur.* no-

שְׁמוֹת הַמּוּשְׁאָלִים nomina tranſlata, metaphorica. הַשְׁאָלָה mutuatio, metaphora: commodati datio. עַל דֶּרֶךְ הַשְׁאָלָה metaphorice. שְׁאֵלָה quæſtio, interrogatio, poſtulatio, petitio. ה הַשְּׁאֵלָה, *vel* ה הַשְׁאָלָא He interrogationis.

שאלכ״ *Abbreviatura. Idem ac* שֶׁאִם לֹא כֵּן Quod ſi non ita eſt.

שְׁיָר, שְׁיָרָא Reſiduum, reliquum, reliquiæ. נְשׁוֹרִין reliquiæ, micæ panis. ו *eſt pro* א.

שב״ *Abbreviatura. Idem ac* שְׁאֵר בְּשָׂרִי Propinquus carnis meæ, cognatus meus. *Ejus uſus frequens in Epiſtolis.*

שְׂאוֹר, שְׂאֹר Fermentum. *Rabbinis* שְׂאוֹר שֶׁבָּעִסָּה fermentum in maſſa *eſt* יֵצֶר הָרַע concupiſcentia mala. *Hinc R. Alexander precibus a ſe recitatis ſolebat adjicere.* Domine Mundi, notum tibi eſt, voluntatem meam eſſe, ut faciam voluntatem tuam. Quis autem me retardat? שְׂאֹר שֶׁבָּעִסָּה Fermentum, quod eſt in maſſa, *nimirum juxta expoſitionem R. Salomonis*, יֵצֶר הָרַע Concupiſcentia mala. *In libro* נוה שלום *fol. 191. ad hæc verba ſcriptum reperitur:* Rabbini noſtri vocant Figmentum malum שְׂאֹר שֶׁבָּעִסָּה *propterea* שכאשר השאר המועט תחמיץ עסה גדולה ומפסידה quia ſicuti paululum fermenti magnam maſſam fermentat, & corrumpit, ſic Figmentum malum corrumpit totum hominem. *Ita Apoſtolus ad Galatas 5. 9.* Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. *Sic 1. ad Corinthios 5. 6.* Οὐκ οἴδατε, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?

שָׁבַב Frangere. שְׁבִים, שְׁבָבִים Fragmenta, fruſtula, ſegmenta lignorum: ſtriæ, canaliculi, ligni quaſi fracturæ, aut cæſuræ. בָּנִים שׁוֹבָבִים filii averſi.

שָׁבַח Laudare, laudibus celebrare. מְשׁוּבָּח laudatum, laudabile. שְׁבָחָה, שֶׁבַח laus. *Item* incrementum, accretio. *Hinc* אִילָן מַשְׁבִּיחַ arbor creſcens.

שָׁבַט Lanam excutere. שַׁבְטוּטִין palmites, rami.

De piſce שְׁבוּטָא *Sibbutà.*

שִׁיבּוּטָא, שְׁבוּטָא Sibbutà. *Nomen piſcis magni marini. A Baal Arùch putatur eſſe idem* אכספנן, *ac* קוליים האיספנין Colias Hiſpanicus, *de quo vide paginam hujus Lexici 539. Guſtus, ac ſapor hujus piſcis* שְׁבוּטָא Sibbutà *a R. Salomone dicitur dulcedinem carnis porcinæ referre. Nonnullis* שְׁבוּטָא *idem piſcis eſt, ac* טוּנִינָא thynnus. *Id vero de hoc piſce Rabbini ſcriptum reliquerunt. Cum ſeptingentæ ſpecies piſcium mundorum, & octingentæ ſpecies cicadarum mundarum, innumeræque aves in exilium abiiſſent cum Iſraelitis in Babyloniam, omnes omnino, captivitate abſoluta, cum ipſis reverſæ ſunt* חוץ מן הדג ex-

הַנִּקְרָא שִׁיבוּטָא excepto piſce, qui vocatur Sibbutà. *Cur hoc? quia ſapor ejus eſt ſicut ſapor porcinæ carnis, neque par fuit, eum eſſe in terra Sancta. At in* קִדּוּשִׁין *legitur* רַבָּא מָלַח שִׁיבּוּטָא Rabbà piſcem Scibbutà ſale condiviſſe ad honorem Sabbati. *O ridiculos, & ineptos homines!*

שְׁבִיל Via, ſemita. שְׁבִיל הָרַבִּים וְהַיָּחִיד via publica, & via privata. בִּשְׁבִיל Propter, propterea. שַׁבְּלַלְתָּא, שַׁבְּלוּלִיתָא Fœnum græcum: *nonnullis* ſiliqua.

שבנ״ *Abbreviatura. Idem ac* שׁוּם בַּר נָשׁ Nomen filii hominis, *h. e.* nomen proprium viri. *Adhibetur* נָשׁ *per aphæreſin, pro* אֱנָשׁ.

De Hebdomada.

שָׁבוּעַ Hebdomada, ſeptimana, *vel dierum, vel annorum, ut Dan. 9. 27. Hebdomadæ apud Hebræos erant in duplici differentia, aliæ ex ſeptem diebus conſtantes, & appellata dierum, aliæ ex ſeptem annis compoſitæ, & hebdomadæ annorum vocatæ. Ad diſtinguendos hebdomadæ dies non utebantur nominibus Planetarum, ut apud nos, ſed initium ducebant a Sabbato, hoc pacto, prima Sabbati, ſecunda Sabbati, ſcilicet prima dies poſt Sabbatum, ſecunda dies poſt Sabbatum. Plur.* שָׁבֻעִים hebdomadæ. Dan. 9. 25. *Conſtr.* שָׁבֻעֵי. *Fœmin.* שָׁבֻעוֹת hebdomadæ. Deuter. 16. 9. *Conſtr.* שְׁבֻעוֹת Jerem. 5. 25.

De חַג שָׁבֻעוֹת Feſto Hebdomadarum, *ſeu* Pentecoſtes.

Feſtum Pentecoſtes variis nominibus in Sacris litteris appellatur, cum ejus ſignificatio perlate pateat. Alibi enim Feſtum hebdomadarum *dicitur, propterea quia a die oblationis manipuli hordeacei ſeptem hebdomadis Feſtum Pentecoſtes diſtabat; alibi* ſolemnitas meſſis, *quia illo tempore meſſis triticea ad maturitatem pervenerat; alibi denique* dies primitiarum *ab oblatis Deo novarum frugum primitiis. In Novo autem Teſtamento nuncupatur Græco nomine* πεντεκοστὴ quinquageſima, *ſcilicet* dies, *quia quinquageſimo die a Paſcha hoc Feſtum agitur. Porro primitiarum oblatio facienda poſtridie Paſchæ conſtabat manipulis ſpicarum; facienda vero die Pentecoſtes panibus novarum frugum. Ratio autem numerandi diem quinquageſimum ab illa diverſa erat, quam Chriſti fideles uſurpant. Hebræi enim ab altero die Paſchæ, nos vero ab ipſo Paſcha numerandi initium ducimus.* וּסְפַרְתֶּם לָכֶם מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת מִיּוֹם הֲבִיאֲכֶם אֶת־עֹמֶר הַתְּנוּפָה שֶׁבַע שַׁבָּתוֹת תְּמִימֹת תִּהְיֶינָה׃ עַד מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת הַשְּׁבִיעִית תִּסְפְּרוּ חֲמִשִּׁים יוֹם *h. e.* Numerabitis autem vobis ab altero die Sabbati, quo obtu-

 liſtis

liſtis manipulum agitationis, ſeptem hebdomadas integras, uſque ad alteram diem hebdomadæ ſeptimæ numerabitis quinquaginta dies. Levit. 23. v. 15. & 16. *Quamobrem nos Feſtum Pentecoſtes lato modo ſic appellamus, cum juxta veram numerandi conſuetudinem non quinquageſimus dies a Paſcha ſit, ſed quadrageſimus nonus. Cæterum Judæi præceptum hoc de ſeptem hebdomadis numerandis inter ſexcenta, & tredecim præcepta ex Lege Moſis ab ipſis elicita recenſent. Inſtitutum vero fuit hoc Feſtum a Deo, ut Iſraelitis in memoriam veniret, ſe Legem ab ipſo Deo tabulis inſculptam lapideis die quinquageſimo ab exitu Ægypti in monte Sinai inter fulgura, & tonitrua accepiſſe, illique propterea maxime obſtrictos eſſe. Propter hoc Feſtum a primo die Paſchæ uſque ad trigeſimum triſtitiam præ ſe ferunt, a celebrandis nuptiis, ſubeundis balneis, capillis tondendis ſe abſtinent; hæc vero omnia agunt in memoriam viginti quatuor millium diſcipulorum R. AKibæ ex Rabbinis id temporis mortuorum. Cum autem omnes a fœminis conditi ſepulcro fuerint, datum ipſis poſt Solis occaſum totis triginta diebus ab omni opere vacare. Jam vero quemadmodum Hebræi Feſto* פורים Purim מגלת אסתר Eſtheræ librum, *die nono menſis Junii* איכא Threnos, *Feſto Tabernaculorum* קהלת Eccleſiaſten, *Feſto Paſchæ* שיר השירים Canticum Canticorum *in Synagogis legunt; ita Feſto Pentecoſtes libri* רות Ruth, *& quorumdam textuum de oblationibus agentium lectioni vacant. Ut autem tempus exprimant, quo* תּוֹרָה Legem *a Deo acceperunt, ædes, Synagogam, feneſtras gramine, & faſciculis viridibus ipſi capita corollis florentibus revincti ornant.*

שבע״פ *Abbreviatura. Idem ac* שֶׁבְּעַל פֶּה Quæ per os, *nimirum* tradita eſt. *In Zohar pro littera* ש *juxta morem Talmudiſtarum, & Chaldæorum ſolet adhiberi* ד, *ut* רבע״פ. *Præcedit plerumque* תורה, *vel* תורייתא Lex, *quæ duplex eſt, altera* תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב Lex ſcripta, *altera* תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה Lex ore tradita, *de qua vide Diſputationem huic Lexico præmiſſam.*

שָׁבַר Frangere: שֶׁבֶר fractura, fractio: fractura arithmetica. שְׁבָרִים fractiones. קְצִירַת הַשְּׁבָרִים compendium fractionum. *Item* שֶׁבֶר ChireK vocalis, *ut apud Aben Ezrà*. Numer. 35. 19. & שֶׁבוּר Chirekatum, cum ChireK notatum. אִשְׁבּוֹרֶן fractura, fiſſura. תִּשְׁבּוֹרֶת fractio.

שָׁבַשׁ Perſuadere: implicare, perturbare, perplexum reddere. סְפָרִים מְשׁוּבָּשִׁים Libri confuſi, libri erronei. הִשְׁתַּבֵּשׁ Perplexum, attonitum eſſe: confundi, corrumpi. שִׁבּוּשׁ confuſio, perplexitas, error, corruptio. אִישׁ מְשׁוּבָּשׁ vir perplexus.

שִׁבְשֵׁב Frondeſcere, frondes, ramos emittere. שַׁבְשֶׁבֶת frondes, ramuli, calami cum glutino ad capiendas aves.

שַׁבְּתָאי, שבת Saturnus planeta, *qui diei Sabbato præeſt*. גלגל שבתי Sphæra Saturni.

Sab-

שְׁבוּת Sabbatiſmus. *Eſt Rabbinorum ſtatutum de vera Sabbati obſervatione.* מִשּׁוּם שבות Propter Sabbatiſmum, *h. e. propter ſtatutum Rabbinorum, quo decreverunt a quibuſdam operibus abſtinendum, licet præceptum Dei non extet, ne ex ejus occaſione agatur aliquid die Sabbati, quod vetitum ſit. Hinc in* ביצה *cap.* 5. כל שחייבים עליו משום שבות משום רְשות משום מצוה בשבת חייבין עליו ביט ואלו הן משום שבות לא עולין באילן ולא רוכבין על גבי בהמה ולא שטין על פני המים ולא מטפחים ולא מספקין ולא מרקדין *h. e.* De quocumque tenentur propter Sabbatiſmum, vel propter licentiam, vel propter præceptum, de eodem etiam tenentur in alio die Feſto. Illa autem ſunt propter Sabbatiſmum: non aſcendunt in arborem, *ne aliquem ramum evellant;* non equitant ſuper aliquo animali, *ne teneantur ex arbore virgam cædere ad equum regendum;* non nant in aqua, *ne cogantur frigore correpti ignem accendere;* non ſaltant, *ne ad conficiendum inſtrumentum muſicum impellantur. Statuta autem Rabbinica maximi habenda eſſe ex eo colligitur, quia inter Hebræos vulgo circumfertur:* לעולם אל תהא שבות קלה בעיניך *h. e.* Numquam ſit Statutum Rabbinicum vile in oculis tuis.

שׁ״נ *Abbreviatura. Idem ac* שֶׁל גּוֹיִם Gentilium, *h. e.* Chriſtianorum, *vel in numero ſingulari* שֶׁל גּוֹי Chriſtiani: *ut* שֶׁחָתַךְ בְּסַכִּין שׁ״נ Quod ſecuit cultro hominis Chriſtiani. *In more poſitum eſt apud Hebræos, ut duobus cultris utantur. Alterum vocant* סַכִּין שֶׁל חָלָב cultrum lactis, *quo lacticinia, & fructus abſcindunt; alterum vero appellant* שַׂכִּין שֶׁל בָּשָׂר cultrum carnis, *quem adhibent ad carnem amputandam. Digladiantur autem, & quærunt Rabbini, utrum liceat comedere ea, quæ ſciſſa, vel mactata fuerunt* שׁ״נ cultro Chriſtianorum.

שָׂנָא Deficere, deeſſe, deſiderari. שָׂנָא abies, *arbor.*

שׁגח, הִשְׁגִּיחַ Providere, proſpicere, rationem habere. הַשְׁגָּחָה providentia. הַשְׁגָּחָה אֱלָהִית providentia Divina. הַשְׁגָּחַת הַשֵּׁם providentia Dei. הַשְׁגָּחָה פְּרָטִית providentia ſpecialis. הַשְׁגָּחָה כְּלָלִית, *vel* כּוֹלֶלֶת providentia generalis. הַשְׁגָּחוֹת contemplatio, ſpeculatio.

שֵׁגָל Conjux, uxor, *proprie Regis, vel Imperatoris.*

שָׁגַר Mittere, emittere. שָׁגוּר emiſſum: aſſuetum, uſitatum: promptum, expeditum. שֶׁ״גֶר emiſſio. שִׁגְרָא botrus.

שׁ״ד *Abbreviatura. Idem ac* שֹׁרֶשׁ דָּבָר Radix rei; fundamentum rei. 2. שְׁפִיכוּת דָּמִים Effuſio ſanguinum, cædes, latrocinia. *Hinc in Tractatu* יומא Jomà *fol.* 9. *legitur:* Sanctuarium primum cur fuit vaſtatum? Ob tria ſcelera. Videlicet ob עֲבוֹדַת אֱלִילִים, גִּלּוּי עֲרָיוֹת, וּשְׁפִיכוּת דָּמִים *h. e.* Idololatriam, concubitum inceſtuoſum, & effuſionem ſanguinum, ſive cædes. *Hæc tria ab Hebræis per Abbreviaturam ſcribi ſolent,* ע״א ג״ע וש״ד, *ut ſuis locis videre potes.* 3. שַׁפִּיר דָּמֵי Pulcrum eſt, re-

ctum eſt, rectum videtur. *Paſſim obvia hæc Abbreviatura in Talmude.*

שַׁדַּי Omnipotens, victor, fortis. Geneſ. 17. 1. Ezech. 1. 24. *Juxta nonnullorum ſententiam adhibetur tum de Deo, tum de aliis.*

De מְזוּזָה *Mezuzà* in uſu apud Hebræos.

Nomen Dei שַׁדַּי Saddài *ſupra memoratum inſcribitur ab Hebræis* מְזוּזָה, *quam poſti domorum affigunt. Eſt autem* מְזוּזָה *proprie canna, cui inſerunt membranam quoſdam Veteris Teſtamenti verſus complectentem. Cum itaque averſæ parti hujus cannæ hoc nomen* שַׁדַּי Saddài *inſcribatur, ab omnibus ingredientibus domum per foramen in medio cannæ factum conſpicitur. Quemadmodum autem Chriſti fideles Templum introeuntes aqua benedicta ſolent ſe ſignare, ita ex Hebræis religioſiores domum ingredientes, vel ab ea egredientes manu* מְזוּזָה Mezuzam *tangunt.*

שַׁדֵּךְ Deſponſare, conjugio jungere. שִׁדּוּךְ deſponſatio, copulatio. שַׁדְּכָנוּת idem. שַׁדְּכָן copulator, deſponſator, affinis.

שַׁדֵּל Perſuadere, allicere, pellicere. *Hithpahel* הִשְׁתַּדֵּל Operam dare, curare, incumbere, conari, occupatum eſſe. אִשְׁתַּדְּלוּת opera, cura, conatus, labor, ſtudium. שַׁדֵּל perſuadere. שִׁדּוּל perſuaſio.

Frequentiſſimus apud Rabbinos Verbi אִשְׁתַּדֵּל operam dare, occupatum eſſe *uſus eſt.* לְעוֹלָם תִּשְׁתַּדֵּל הָאִשָּׁה לִהְיוֹת צְנוּעָה *h. e.* Semper dabit operam mulier, ut ſit verecunda. הַמִּתְאַמֵּץ לְהִשְׁתַּדֵּעַ *h. e.* Impenſe operam dans, omnibus viribus contendens. בְּמָקוֹם שֶׁאֵין אֲנָשִׁים הִשְׁתַּדֵּל לִהְיוֹת אִישׁ *h. e.* In loco, ubi non ſunt viri, da operam, ut tu virum te præbeas. הֱוֵי מִשְׁתַּדֵּל עִם אָדָם שֶׁהַשָּׁעָה מְצַחֶקֶת לוֹ *h. e.* Eſto occupatus cum homine, cui hora arridet, cui tempus favet, qui proſpero gaudet rerum ſucceſſu.

שִׁדְרָה, שֵׁדֶר Spina dorſi. שִׁדְרָה שֶׁל שִׁבּוֹלֶת ſpina dorſi, ſpicæ, gluma, utriculus.

שֶׂה Agnus: pecus. Geneſ. 30. 32. *Conſtr.* שֵׂה Deuter. 14. 14. *Cum aff.* שֵׂיוֹ pecus ejus. Deuter. 32. 1. & שֵׂיהוּ 1. Sam. 14. 34.

De Agno ad Feſtum Paſchæ celebrandum immolando.

Agnus Feſto Paſchæ immolandus, & comedendus anniculus, ſine macula, ſexuſque maſculini eſſe debuit. Separabatur autem a reliquo grege, fulcroque lecti alligatus ſervabatur a die decimo נִיסָן Niſàn, *h. e.* Martii *uſque ad diem decimum quartum, ut* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas *juxta Sacrum codicem poſt peractum* תָּמִיד Sacrificium Juge, *ſuffitum, &* ac-

accenſas lucernas mactaretur. Mactatio fiebat in Atrio ab Iſraelitis, Levitis interim canentibus, Sacerdotibuſque ſanguinem excipientibus ad baſim Altaris effundendum. Porro agno mactando non idem ſemper locus fuit aſſignatus. In Ægypto enim ejus mactationi nullus locus publicus fuit definitus; in terra promiſſa mactatio fiebat prope Tabernaculum; Hieroſolymis vero in Atrio Templi peragebatur; quem ritum poſtea etiam Chriſti parentes quotannis Hieroſolymam ſe conferentes Luc. 2. v. 41. pie, ac religioſe ſervarunt. Hic diligenter animadvertendum, preceptum illud Deuter. 16. *v.* 5. 6. לֹא תוּכַל לִזְבֹּחַ אֶת־הַפָּסַח בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ׃ כִּי אִם אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃ *h. e.* Non poteris immolare Paſcha in qualibet urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus eſt tibi; ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus; *intelligendum eſſe de publica agni immolatione a toto Iſraelitarum cœtu facienda; alioquin cum Hieroſolymam non aſcenderent mulieres, ſervi, claudi, cæci, ægroti, ſenes, parvuli, ſurdi, ſtulti, hujuſmodi præcepto ſatisfacere non potuiſſent, quod tamen omnibus ſine ullo diſcrimine exacte implendum præſcribitur. Agno excoriato, ablegmina in Altari comburebantur, deinde Agnus aſſabatur, ejus viſceribus eductis, & in furno ſuſpenſis. Vetitum oſſa confringere, vel aliquid aſportare, ſed totus cum pane azymo, & oleribus amaris comedendus a domino, & ipſius convivis, qui nec infra decem, nec ſupra viginti advocabantur. Comedebant autem illum renes accincti, calceis inſtructi, & baculos manibus tenentes. Quæ ex eo ſupererant, poſtridie mane igne conſumenda. Id temporis etiam menſa vaſis, lancibuſque inſignibus, ac præclaris ornata inſtruitur, cui duæ patinæ imponuntur, altera cum tribus placentis, & ovo ſub cinere obdurato, altera cum pulmento, pomis, pyris, nucibus, ficubus, amygdalis, malis citreis, quibus vaſculum aceto plenum additur cum lactucis, hedera, raphanis, petroſelino, carophyllo, & naſturtio. Solent autem ſinguli Judæi quatuor vini cyathos exhaurire in memoriam liberationis, quam Deus ex captivitate Ægyptiaca ſe facturum quater pollicitus eſt* Exod. 6. v. 6. 7. וְהוֹצֵאתִי אֶתְכֶם מִתַּחַת סִבְלוֹת מִצְרַיִם וְהִצַּלְתִּי אֶתְכֶם מֵעֲבֹדָתָם וְגָאַלְתִּי אֶתְכֶם בִּזְרוֹעַ נְטוּיָה וּבִשְׁפָטִים גְּדֹלִים׃ וְלָקַחְתִּי אֶתְכֶם לִי לְעָם *h. e.* Et educam vos de oneribus Ægyptiorum; & eruam vos de ſervitute ipſorum; & redimam vos in brachio extento, & in judiciis magnis; & aſſumam vos mihi in populum.

Sacrificium autem Agni Paſchalis die 14. menſis נִיסָן Martii בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas *Deo offerendum in* מִקְרָא Sacra Scriptura *modo vocatur* זֶבַח Sacrificium, Exod. 12. 2. & 34. *modo appellatur* קָרְבָּן Oblatio, Numer. 9. v. 7. *Græci vero dicunt* διαβατήρια θύειν, ſacrificia pro tranſitu ſacrificare. *Porro pecus dicta* שֶׂה *ad hoc Sacrificium requiſita erat eligenda ex duabus ſpeciebus* מִן הַכְּבָשִׂים וּמִן הָעִזִּים ex agnis, aut hœdis *ſexus maſculini ſine ulla macula, quæ annum ætatis impleviſſet. Quod attinet ad ejus ſepa-*

paratione m a reliquo grege die decimo menſis נִיסָן Nisàn *faciendam, volunt Rabbini id fuiſſe poſitum in more tantummodo in Ægypto, non autem in reliquis Paſchis celebrandis. Quam rem ita ſe habuiſſe ex Hiſtoriis poſteriorum temporum clare colligitur, in quibus agnos non die decimo, ſed poſt duos, vel tres dies a dominis acceptos, & Sacrificio Paſchali deſtinatos fuiſſe legimus.*

Agnus aſſatus olim menſæ Judæorum appoſitus dicebatur גּוּפוֹ שֶׁל פֶּסַח corpus Paſchæ, גּוּפוֹ שֶׁל כֶּבֶשׂ הַפֶּסַח corpus Agni Paſchalis. *Ad Agni Paſchalis autem ritum colendum duplex ab Hebrais cœna inſtituebatur. In priore hoſtias immolatas comedebant, in altera canebant* ἐξιλαστικὰ & εὐχαριστικὰ, *dicebaturque* סְעוּדָה מַפְסֶקֶת, *Græce* δεῖπνον ἀπολυτικὸν, cœna dimiſſoria, *quæ apud Gentes erant ſecundæ menſæ ab aliorum ſolemnium menſis valde diſcrepantes. Aſſatum autem fuiſſe agnum eo conſilio cenſendum eſt, ut acerbiſſimam Agni Jeſu Chriſti paſſionem adumbraret.*

Placet hoc in loco quærere, cur Chriſtus in inſtitutione Eucbariſtiæ potius his verbis uſus ſit, Hoc eſt corpus meum, *quam illis,* Hic panis eſt caro mea, *vel aliis. Cum olim Hebræi agnum aſſatum integrum comedendum convivis apponerent, Hebraico nomine, ut diximus* גּוּף הַפֶּסַח Guph happèſach, *h. e.* corpus Paſchæ *appellatum, hujus ritus in ultima Cœna cum diſcipulis facta Chriſtus rationem habens verba illa uſurpavit,* Hoc eſt corpus meum, *ut eum ſui Corporis figuram, & typum fuiſſe ſignificaret. Agni autem corpus in menſa Paſchali exhibitum fuiſſe ex ordine inſtruendæ cœnæ a R. Moſe Bar, h. e. filio, Majemonidis in* הלכות קמץ ומצה *cap.* 8. *n.* 1. *deſcripto colligitur.* Afferunt menſam paratam, & ſuper eam imponunt herbas amaras, (*videlicet lactucas agreſtes*) & olera (*h. e.* כַּרְפַּס apium) azyma, embamma, & גּוּפוֹ שֶׁל כֶּבֶשׂ פֶּסַח *ſcilicet* corpus Agni Paſchalis, & בְּשַׂר חֲגִיגָה carnem Chagigà (*h. e.* Sacrificii) diei decimi quarti &c. *Conſummatus itaque eſt ritus Veteris Teſtamenti edendi Agni Paſchalis corpus, menſæ Chriſti eodem appoſito, & ab illo cum Diſcipulis manducato. Ut autem corpus veri, & immaculati Agni, hoc eſt, ſuum, nobis ſub panis ſpecie comedendum Chriſtus præberet, pane accepto, ad corpus Agni Paſchalis Veteris Teſtamenti alludens dixit:* Hoc eſt Corpus meum, *his verbis docens Sacerdotes, & admonens, qua ratione maxime verendum Corporis ſui Sacramentum conficerent. Quemadmodum, cœna communi abſoluta, poculum Veteris Teſtamenti in Novum tranſtulit, vinoque in Sanguinem ſuum converſo, idem Sacerdotibus in ſui memoriam faciendum mandavit. Ex his colligitur, in medio cœnæ communis Sacroſanctum Eucbariſtia Sacramentum fuiſſe inſtitutum, & in ejuſdem fine Calicem conſecratum, quidquid contra afferat Scaliger in lib.* 6. De emendatione Temporum, *& Ludovicus Capellus in ſuis* Animadverſionibus contra Buxtorphium de Cœna Domini, *& Baronius ad annum Chriſti* 34. *n.* 45. *qui a Scaligero decepti*

præ-

Digitized by Google

præpoſterum Cœnæ Paſchalis ritum invexerunt, multoſque in eumdem errorem pertraxerunt.

Nam quod attinet ad Scaligerum, ritum Cœnæ Paſchalis omnino invertit, & ineptiſſime ad Cœnæ finem transfert, quod ejuſdem initio erat collocandum: Hic eſt panis afflictionis &c. *quæ verba in libris Ritualibus Hebræorum Cœnæ initium occupant. Quod ſi Abarbenelis Commentarios in* זֶבַח פֶּסַח Sacrificium Paſchæ *conſuluiſſet, cauſſam ſtatim cognoviſſet, cur hæc verba initio* אגדה Agàdæ, *h. e.* Hiſtoriæ, *poſita fuerint, & Chaldaico ſermone exarata. Primum enim ideo factum, ut ad panis Azymi comeſtionem egeni excitarentur; alterum vero, ut adhortantium ſermo facilius intelligeretur lingua vulgari, ſeu Chaldaica conſtans, cum hujuſmodi* אגדה Agàdam *Babylone compoſitam fuiſſe ex communi Hebræorum conſenſu ſentiendum ſit.*

In eo vero Ludovicus Capellus erravit, quod cenſuit, Chriſtum ſuffeciſſe verba illa, Hoc eſt Corpus meum, *in locum illorum,* Hic eſt panis afflictionis &c. *quod a veritate longiſſime abeſt. Si enim Evangelium leges, clare deprehendes, Chriſtum a Cœna ſurrexiſſe, veſtes depoſuiſſe, Diſcipulorum pedes laviſſe, iterum menſæ accubuiſſe, demum circa Cœnæ dimidium Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum inſtituiſſe. Verum ex ſupra allatis patet, prædicta verba non in medio, vel alia parte convivii, ſed in principio fuiſſe recitata. Præterea quid in ipſis invenies, quod ad conſecrationem ſignificandam poſſit referri? Nihil in illis ad benedictionem, nihil ad Euchariſtiam pertinens; neque in ipſa* אגדה Agàda *continentur, ſed ſolum* אגדה Agadæ *præludium ſunt.*

Baronius quoque Scaligerum ſecutus Cœnæ Paſchalis ordinem præpoſterum in medium affert, & אגדה פסח Agàdæ Paſchalis *præludium ad ultimas Cœnæ partes transfert, Chriſtumque in inſtitutione Euchariſtiæ ad illud reſpexiſſe ſibi falſo perſuadet. Totum autem Cœnæ Paſchalis ritum ordine inverſo ad annum Chriſti* 34. *n.* 43. *ita deſcribit.* In Paſchali convivio poſterior quæ eſſet menſa, non ut in aliis dierum Feſtorum ſecundis Cœnarum menſis bellaria apponebantur, ſed tantum a Lege ſtatutus cibus, nimirum primo loco embamma ex intybis, & lactucis agreſtibus factum, aliiſque rebus conditum: inque illud primus Paterfamilias intingebat offam Azymam, mox cæteri, ſicque conſumebatur. Deinde Paterfamilias tortam Azymam (*vel ut alii textus habent* dimidiam) ſub mappa hactenus ſervatam in fruſta frangebat, in tot particulas illam dividens, quot eſſent in Cœna diſcumbentes, ſicque diviſam ſingulis porrigebat. Quo facto ipſe poculum deguſtatum tradebat proximo, ille ſecundo, donec poculum per totum convivium circumferretur. Inſuper quoniam ſecundæ illæ menſæ Judæorum erant ob accepta beneficia ad gratias Deo agendas potiſſimum comparatæ, cum in cæteris ſecundis menſis eſſet uſitata quædam communis benedictionis formula, in Paſchali ſecunda menſa poſt

illam

Digitized by Google

illam benedictam cum diſtribueretur torta Azyma, hæc verba idem Paterfamilias dicebat. *Iſte eſt panis ærumnæ, quem comederunt Patres noſtri in terra Ægypti: quiſquis eſurit, accedat, & peragat Paſcha*. Poſt hæc idem accepto poculo benedicebat his verbis. *Benedictus es, Domine, qui fructum vitis creaſti &c.* ſicque delibatum, ut dictum eſt, poculum tradebat proximo, ille ſecundo, & ſic deinceps. Hæc ex Rituali Hebræorum. *Adde, a Scaligero obtruſo. Quis enim umquam in Rabbinorum libris verſatus non videt, multa ſphalmata, & errores in hac narratione contineri, Scaligerumque deceptum etiam alios viros alioquin doctos, & eruditos in eumdem errorem pertraxiſſe? Scaligerianæ enim menſæ Paſchalis ordo toto cælo diſtat ab eo, quem Rabbini in ſuis* מִנְהָגִים Ritualibus libris *tradiderunt, & licet Scaliger obtrudat legentibus, ritum illum ex Rituali Judæorum deſumptum eſſe, qui tamen eorum libros hac de re attente legerit, rem ita ſe non habere plane deprehendet.*

Hæc igitur animadverſione digna in narratione Cœnæ Paſchalis a Scaligero allata cenſeo. Falſum primo eſt, bellaria Paſchali convivio non fuiſſe apponenda, cum tantummodo verum ſit, poſt אֲפִיקוֹמֶן AphiKomèn, *ut ſupra diximus, nihil amplius fuiſſe comedendum. A veritate etiam alienum,* חֲרוֹסֶת Embamma *ex intybis, & lactucis agreſtibus compoſitum fuiſſe. Quilibet enim Rabbinorum libros conſulens ſtatim intelliget, Judæos ad illud conficiendum non intybis, lactucis agreſtibus, aliiſque amaris herbis uti, ſed aromatibus, fructibus dulcibus, & rebus aliis odoriferis, lactucaſque agreſtes leviter ſolum in ipſum eſſe immergendas, ne amaritudine ſua rerum cæterarum dulcedinem, & ſuavitatem corrumpant. Cum itaque Scaliger intybum, amaraſque herbas, quæ embammati ſolummodo admovendæ ſunt, cum rebus aliis, quibus embamma conſtat, confundat, merito ſuſpicari poſſumus, ipſum Hebræorum Rituales libros vel non legiſſe, vel certe non intellexiſſe. Singulos autem ipſius errores hac in re perſequi quia nimis longum eſſet, ſatis ſit animadvertere, ſtatim poſt herbas amaras, & Azymi portionem manducatam potationem non fuiſſe factam, ſed inter cibum, & potum non mediocre temporis intervallum interceſſiſſe. Cyatho enim prius impleto, Precibus recitatis, apii, Azymi, & lactucæ modica quantitate deguſtata, tandem, repetita benedictione, cyathus exhauriebatur. De* AphiKomèn *vide pag.* 21. *& de* Embammate *pag.* 264. *hujus Lexici.*

De menſe נִיסָן Nisàn, *h. e.* Martio, *& dictionibus* בֵּין הָעַרְבַּיִם *h. e.* inter duas veſperas.

Cum ſupra dictum ſit, Agnum Paſchalem a die decimo menſis נִיסָן Nisàn *uſque ad decimum quartum a reliquo grege ſeparatum ſervatum fuiſſe, ut* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſ-

pe-

Digitized by Google

peras *mactaretur*, *juvat hoc in loco nonnulla de menſe* נִיסָן Niſàn, *& dictionibus* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas *dicere*. *Itaque menſis* נִיסָן *partim reſpondet noſtro Martio, partim Aprili*. *Alii aliter illum appellant*. *Arabes vocant menſem* graneſcentis ſegetis; *Græci* τὸν μῆνα τῶν καρπῶν, menſem fructuum, *quia eo juxta Philonem in Judæa ſegetes ad maturitatem pervenerant; Syri menſem* florum *dicunt*. *Cur a Chaldæis* נִיסָן *vocetur, adhuc non conſtat*. *Qui ejus originem a Verbo Hebraico* נוס ſugere *derivant, valde falluntur, licet ita dictum eum velint a fuga Judæorum ex Ægypto eo menſe facta*. *Quid enim ad Chaldæos attinebat, a quibus hoc nomen menſi impoſitum eſt, obſervare, quo menſe Iſraelitæ ex Ægypto fugiſſent? Bochartus Hieroz. fol.* 557. Fallor, *inquit*, aut ſcribendum נסן per duplex S, ut Joſeph. lib. 3. cap. 10. vel ניסן *Niſàn* vocalis longa ſupplet Daghès, ut ſæpe ניסן pro נסן h. e. *vexilla ponantur*, quippe hoc tempore Judæi bella gerebant, ut videre eſt 2. Samuel. 11. 1. *Apud Rabbinos vocatur* תְּקוּפָה TeKuphà. *Hinc* תְּקוּפוֹת Tecuphæ *præcipue R. Samuelis, & R. Addæ ſunt epochæ Æquinoctiorum, & Solſtitiorum ſecundum periodum Julianam*. *Proprie tamen* תְּקוּפָה Tecuphà *eſt* ὅρος, κέντρον, τροπή, *h. e.* anni converſio.

Quod vero attinet ad dictiones בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas, *ab Interpretibus vario modo explicantur, aliique ex iis alio inclinant in iis exponendis*. *Sunt, qui per illa ſignificari volunt totum intervallum, & tempus interjectum inter veſperam diei decimæ quartæ, & decimæ quintæ, ex quo inferunt, qualibet hora licuiſſe immolare, & comedere agnum Paſchalem*. *At quid abſurdius? Clare enim habetur Deuter.* 16. *v.* 6. תִּזְבַּח אֶת־הַפֶּסַח בָּעֶרֶב כְּבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ מוֹעֵד צֵאתְךָ מִמִּצְרָיִם *h. e.* Immolabis Phaſe veſpere ad Solis occaſum; quando egreſſus es de Ægypto. *Alii, ut R. Salomò, R. Kimchì, R. Simeon per* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas *indicari exiſtimant totum tempus pomeridianum uſque ad Solis occaſum, duplicemque veſperam apud Judæos conſtituunt, alteram videlicet ante Solis occaſum, alteram poſt Solis occaſum*. *Hæc duplex veſpera ex Evangeliſta Matthæo cap.* 14. *non obſcure colligitur*. *Antequam enim narret miraculum quinque panum in gratiam turbæ fame laborantis auctorum v.* 15. *inquit*: Ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες. Ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν· ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα. Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum Diſcipuli ejus dicentes: Deſertus eſt locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut euntes in caſtella, emant ſibi eſcas: *mox, narrato miraculo, ſubjicit v.* 23. Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενομένης, μόνος ἦν ἐκεῖ. Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto, ſolus erat ibi. *Quid clarius? Duplex eodem die veſpera ab Evangeliſta diſtinguitur, altera ad occaſum Sole præcipitante, altera poſt*

Solis occaſum. R. autem Abèn Ezrà per tempus בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas *intelligi vult crepuſculum veſpertinum inter Solis occaſum, & initium noctis intercedens. Hanc poſteriorem ſententiam cæteris magis probabilem eſſe ex eo cenſeo, quia immolatio Agni Paſchalis eodem tempore præcipitur facienda, quo initium comedendi Azyma ſtatuitur, videlicet poſt occaſum Solis diei decimæ quartæ, nimirum incipiente die decima quinta. Exod. cap. 12. v. 18.* בָּרִאשֹׁן בְּאַרְבָּעָה עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ בָּעֶרֶב תֹּאכְלוּ מַצֹּת עַד יוֹם הָאֶחָד וְעֶשְׂרִים לַחֹדֶשׁ בָּעָרֶב׃ *h. e.* Primo menſe, quarto decimo die ejus menſis veſpere comeditote Azymos uſque ad diem vigeſimum primum ejuſdem menſis veſpere. *Ex quibus omnibus infertur, Judæos Agnum Paſchalem aſſatum comediſſe die decimo quinto* נִיסָן Nisàn, *h. e.* Martii, *ineunte, non vero ineunte die decimo quarto.*

Cæterum cum, florente Judæorum Republica, ſpatium proxime antecedens occaſum Solis a Deo deſtinatum Agni Paſchalis mactationi non ſufficeret propter agnorum mactandorum multitudinem, volunt nonnulli, partem magnam temporis pomeridiani ipſorum mactationi fuiſſe tributam. Ad ſententiam ſuam confirmandam afferunt, quæ habentur in נְגָעִים Negaìm 11. 2. Non luſtrant plagas mane, nec בֵּין הָעַרְבַּיִם *inter duas veſperas.* Quando igitur? hora tertia, quarta, quinta, ſeptima, octava, & nona. *Ubi animadvertendum,* mane, & inter duas veſperas *opponi, uti tempora obſcuriora, & luſtrationi minus opportuna: proprieque tempus deſignatum verbis* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas *poſt nonam incepiſſe. Huic opinioni ſuffragatur etiam Joſephus lib. 7. 45. de Bello Judaico, inquiens, in more poſitum fuiſſe, ut mactaretur Agnus Paſchalis* ἀπὸ ἐννάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης, ab hora nona uſque ad undecimam.

שׁ״ה *Abbreviatura. Idem ac* שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה Catena Cabbalæ. *Hoc nomine appellatur liber Hiſtoricus, de quo ſæpe mentio fit in Tzemach David.*

שׁ״הי פ״הי *Abbreviatura. Idem ac* שַׁבָּת הַיּוֹם פֶּסַח הַיּוֹם Sabbatum eſt hodie, Paſcha eſt hodie. *Vide hujus Lexici pag. 618.*

שָׁהָה Morari, tardare, cunctari. שְׁהִיָּה mora, cunctatio. שְׁהוּת mora, tarditas.

שׁה״עה *Abbreviatura. Idem ac* שְׁלֹמֹה הַמֶּלֶךְ עָלָיו הַשָּׁלוֹם Salomon Rex, ſuper quo ſit pax. *Sic interdum occurrit* דה״עה *pro* דָּוִד הַמֶּלֶךְ David Rex, ſuper quo ſit pax.

שׁ״ו *Abbreviatura. Idem ac* שְׁתִי וָעֵרֶב Stamen, & ſubtegmen. *His vocabulis textores utuntur. Cum autem hujuſmodi textura Crucis figuram referat, ideo has voces Judæi ſolent adhibere ad Crucem ſignificandam. Hinc ad contemptum* Crucem Chriſti *appellant* שְׁתִי וָעֵרֶב ſtamen, & ſubtegmen.

שׁוּב Amplius, præterea, adhuc, porro. שׁוּב redire, reverti: ad aliquid referri, *ut* זה שב אל מה שאמר *h. e.* Hoc

Hoc refertur ad illud, quod antea dixerat. *Item* reſipiſcere, reverti a peccatis. תְּשׁוּבָה reſipiſcentia, converſio a peccatis: reſponſio. בַּעַל תְּשׁוּבָה reſipiſcens. *In* בבא מציעא *fol.* 58. *admonentur homines, ne peccatori ad bonam frugem reverſo vitam male anteactam exprobrent, neve cuiquam majorum ſuorum conditionem abjectam in memoriam revocent:* לבעל תשובה אל תאמר זכור מעשיך הראשונים ולבן גר אל תאמר לו זכור מעשה אבותיך *h. e.* Reſipiſcenti ne dicas: memento operum tuorum priorum; & filio Proſelyti ne dicas: memento operum patrum tuorum. *Multa ad Pœnitentiæ laudem a Rabbinis dicuntur, ex quibus ſatis ſit hoc afferre:* התשובה היא יסוד העולם ועמודו ואין העולם עומד אלא על התשובה *h. e.* Pœnitentia eſt fundamentum Mundi, & columna ejus, neque conſiſtit Mundus, niſi propter Pœnitentiam. *Sic inter res ſeptem, quas fabulantur a Deo creatas fuiſſe ante conſtitutionem Mundi, etiam Pœnitentiam recenſent. Sunt autem hæ:* Lex, תשובה Pœnitentia, Hortus Eden, Gehenna, Solium gloriæ, Domus Sanctuarii, & Meſſiæ nomen. הֶשָּׁבוֹן, הֶשָּׁבָה reſtitutio, redditio.

שָׁוָה Æquari; utile eſſe, prodeſſe, convenire. שְׁוָאָה æquatio, comparatio. שְׁוֵי æquum, æqui pretii, pretii vilis, & exigui: *ut* דִשְׁוֵי חַמְרָא quod vinum eſſet vilis pretii. *Sententia Proverbialis in* מציעא Metzià *fol.* 52. עֲשִׁיק לְגַבָּךְ וּשְׁוֵי לְכַרְיסָךְ *h. e.* Pretioſum dorſo tuo, & vile ventri tuo, *videlicet ſubminiſtra. Hac ſententia admonentur homines, majores impenſas in veſtitum, quam in victum ſaciendas eſſe, cum veſtitus non ſolum neceſſario corporis tegumento, & præſidio adverſus temporis injurias inſerviat, ſed etiam ornamento, populique judicio & probationi ſubjiciatur; victus autem ſolummodo ad nutriendum corpus adhibendus ſit, qui, ſi excedat, vires non reficit, & auget, ſed opprimit, ac penitus aufert. Hinc apud Talmudicos circumfertur.* Quæ neceſſaria ſunt ad corpus tegendum, & veſtiendum, קְנֵה בְיוֹקֶר *comparato tibi pretioſius;* quæ autem ad victum, בְּשָׁוִוין quantum æquum eſt, neque nimium. הַשְׁוָיָה ſuſus. *Eo enim lana, vel linum in filum æquatur.* הַשְׁוָאָה comparatio, adæquatio: conciliatio. וו השואה Vau comparationis, *eſt littera Vau vocum initio collocata in ſimilitudinis apodoſi, quæ ſæpe obvia in* מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה Proverbiis Salomonis. הַשְׁוָאַת דֵעוֹת conciliatio ſententiarum. שְׁוִיאוֹת, שְׁבִיאוֹ æquitas, æquum: וְבֹנִין בִשְׁבִיאוֹ vendentes cum æquitate, *h. e.* æque, juſte. שְׁוִי Æquum, æquale, æquitas, pretium rei, *quod venditæ rei eſt æquatio, & comparatio.* שְׁוִוין pretium ejus. שָׁוֶה linea æquinoctialis: אֹפֶן שָׁוֶה circulus æquus, concentricus.

שׁוּם Nomen. *Chaldaice. Apud Maſorethas nomen proprium viri. Apud Rabbinos* aliquis, aliqoid. *Solet præcedere, vel ſequi* אֵין *vel* לֹא: מִשּׁוּם propter. מִשּׁוּם שֶׁ propterea quod, eo quod. עַל שׁוּם מָה

qua de cauſſa? quamobrem? מִשּׁוּם הָכִי propterea.

שו״ם *Abbreviatura. Idem ac* שפייר. ווירמש, מענץ, *Germanicæ voces ſunt, videlicet* Spira, Wormacium, Moguntia, *adbibitæ per banc abbreviaturam in contractibus Matrimonialibus. Cum enim in tota Germania barum urbium Synagogæ antiquiſſimæ ſint, ideo Jus priſcum illarum obtinet. Conſtitutio itaque barum urbium eſt, ut ſi maritus, vel uxor intra biennium moriatur ſine liberis, ad partem ſuperſtitem tota dos pertineat, ſi tertio anno maritus ſine bærede moriatur, uxor dotem tantummodo propter Nuptias babeat. Itaque ſolent Hebræi Germani* שטר כתיבה instrumentum dotis *ita ſubſcribere:* כְּתַקָּנַת קק״ שו״ם *b. e.* Juxta Conſtitutionem Synagogarum ſanctarum S. W. M. *b. e.* Spiræ, Wormacii, Moguntiæ.

שׂוּם Ponere. שָׂמוּת poſitio, impoſitio. שׂוּם, שׂוּמָא, הַשָּׂמָה poſitio.

שָׁמָא, שָׁמְתָא Idem. שְׁטַר שָׁמְתָא Literæ immiſſionis in bona debitoris.

שׁוּר, שׁוּרָה Linea. *Plur.* שׁוּרוֹת lineæ. שׁוֹר taurus, *ſignum Cæleſte.*

שׁוּר Canere. מְשׁוֹרֵר cantor, Poeta. *Plur.* מְשׁוֹרְרִים cantores: Poetæ. שִׁיר, שִׁירָה, שִׁירְתָא canticum: carmen Poeticum, *ſive* rhythmicum. מְלֶאכֶת הַשִּׁיר ars Poetices, שִׁירִיּוּת Poetica, *vel* מְלֶאכֶת שִׁירִיּוּת ars Poetica.

שז״ר *Abbreviatura. Idem ac* שִׁכְבַת זֶרַע Concubitus ſeminis, ſeminis profuſio inanis.

שָׁזַר Filare, fila ducere, & intorquere. חוּטִין שְׁזוּרִין fila duplicata, contorta. שִׁזְרְתָא ſpina dorſi.

שחה, שְׁחִי, בֵּית הַשֶּׁחִי Axilla, locus concavus ſub brachio. שַׁח curvus. שַׁחְתָא ſcutella, manica, ſinus.

ש״ח *Abbreviatura. Idem ac* שִׂנְאַת חִנָּם Odium immeritum. *Ex Rabbinis tempore Templi ſecundi viguit, atque etiam ob id illud vaſtatum, atque everſum fuiſſe volunt, contenduntque adbuc non fuiſſe reſtauratum, quia nondum bujuſmodi peccatum ſatis expiatum eſt. Hoc odium immeritum cum tribus peccatis comparatur, in quæ tempore Templi primi miſere bomines labebantur, de quibus ſermo in Abbreviatura* ש״ר. 2. שׁוֹמֵר חִנָּם Cuſtodiens gratis, *cui opponitur* שׁוֹמֵר שָׂכָר cuſtodiens pro mercede. *Talmudiſtis frequens.*

שַׁחַר Aurora, mane. שַׁחֲרִי matutinus. שַׁחֲרוּת nigredo. שִׁיחוּר atramentum. שָׁחַר nigreſcere, nigrum eſſe. שִׁחְרֵר libertate donare, manumittere. עֶבֶד מְשׁוּחְרָר ſervus manumiſſus. אִשָּׁה מְשׁוּחְרֶרֶת mulier libertate donata.

שַׁחַת Pabulum, *fruges ſuccifæ, antequam in culmum aſcendant.* שִׁיחֲתָא idem.

ש״ט *Abbreviatura. Idem ac* שֵׁם טוֹב Nomen bonum: נִפְטַר בש״ט Migravit ex hac vita cum nomine bono. *Eſt etiam nomen proprium.*

שָׁטָה Stultum eſſe, inſanire. שׁוֹטֶה ſtultus, amens, inſanus, veſanus. *Plur.* שׁוֹטִין ſtulti. שְׁטוּת ſtultitia, dementia, inſania, idem.

שְׁטִיּוּתָא idem. הַשְׁטָאָה luſus, jocus.

שִׁיטָה, שִׁטָּה Linea: ordo, uſus, diſcurſus, ritus, ſtylus. שִׁיטַת הַתַּלְמוּד ordo, uſus, ſtylus Talmudicus.

שָׂטָה Declinare, divertere, deflectere. Numer. 5. 19. & 30. Prov. 4. 15. Hoſeæ 5. 2.

De muliere שׂוֹטָה Sotà, *h. e.* de adulterio ſuſpecta.

Mulier שׂוֹטָה Sotà *in Lege veteri dicebatur illa, quam ejus vir adulterium perpetraſſe ſuſpicabatur. Ut igitur in cognitionem veniret, utrum adultera eſſet, nec ne, eam ducebat ad Sacerdotem cum* קָרְבָּנָהּ oblatione ſua, *quæ conſtabat ex* עֲשִׂירִית הָאֵיפָה קֶמַח שְׂעֹרִים decima Ephæ farinæ hordeaceæ, *ſine oleo, & thure offerenda. Hujuſmodi fœmina a Sacerdote ad portam Nicanoris ſiſtebatur. Tum ab eodem Sacerdote aqua ex labro æneo hauriebatur, quam cum pulvere e pavimento Tabernaculi deſumpto mixtam in vas fictile conjiciebat. Poſtea mulieris capite nudato, & munere ejus manibus impoſito, hac formula ſchedulæ inſcripta ipſam adjurabat ipſe interim tenens aquas amariſſimas, in quas maledicta, & execrationes congeſſerat:* אִם לֹא שָׁכַב אִישׁ אֹתָךְ וְאִם לֹא שָׂטִית טֻמְאָה תַּחַת אִישֵׁךְ הִנָּקִי מִמֵּי הַמָּרִים הַמְאָרְרִים הָאֵלֶּה׃ וְאַתְּ כִּי שָׂטִית תַּחַת אִישֵׁךְ וְכִי נִטְמֵאת וַיִּתֵּן אִישׁ בָּךְ אֶת־שְׁכָבְתּוֹ מִבַּלְעֲדֵי אִישֵׁךְ׃ יִתֵּן יְהוָה אוֹתָךְ לְאָלָה וְלִשְׁבֻעָה בְּתוֹךְ עַמֵּךְ בְּתֵת יְהוָה אֶת־יְרֵכֵךְ נֹפֶלֶת וְאֶת־בִּטְנֵךְ צָבָה׃ *Quæ verba Hebraica ita D. Hieronymus vertit.* Si non dormivit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti toro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſſimæ. Sin autem declinaſti a viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro: det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus diſrumpatur. *Poſt hæc Sacerdos e manu mulieris Sacrificium zelotypiæ tollebat, munuſque ſancto vaſi inditum agitabat, & ad Altaris angulum deponebat, pugillumque farinæ ex Sacrificio ſublatum in Altaris ignem conjiciebat. Interea uxor aquas amariſſimas bibebat, quæ innocenti nullum detrimentum afferebant, reæ vero adulterii mortem inferebant ventrem tumidum, femurque tabidum reddendo.*

שֶׁטַח, שְׁטִיחַ Expanſio, expanſum: ſuperficies. שְׁטִיחִין expanſiones, res expanſæ. *Item* clitellæ. מִשְׁטָח expanſio.

שָׁטַף Immergere, immergendo abluere,

De ratione purgandi vaſa ad culinam pertinentia ante Paſcha ab Hebræis uſurpata.

Aliquot ante Paſcha diebus magno aheno igni appoſito, jamque ebullienti vaſa minora Hebræi

Digitized by Google

bræi inferunt, unde poſtea eruta, & aqua frigida aſperſa abſtergunt. Singillatim vaſa in ahenum mulieres immittunt, ne forte ſe invicem attingentia ex parte aliqua non ſint abluta. Ad expurganda vero majora ferrum, vel ſaxum in ignem Judæi conjiciunt, ignitumque extrahentes ea circum ducunt, aqua ſuper effuſa. Inſtrumentis ferreis, æneis, cupreis, ſimilibuſque detergendis ignis tantummodo adhibetur. Superſtitionem hanc Judæorum Chriſtus Matth. 23. 25. *acriter increpuit:* Καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου, καὶ παροψίδος. Purgatis exteriorem poculi, patinæque partem: & Marci 7. 8. Ἀφέντες τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν, καὶ ποτηρίων. Omiſſo mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones ſextariorum, & poculorum. *Quod ſi vaſis partem aliquam aqua ebulliens non attingat, vas illud ad purgandam ſupellectilem omnino ineptum cenſetur. Purgandorum vaſorum rationem, aliarumque rerum ad culinam ſpectantium tradit etiam Buxtorphius* cap. 17. in Synagoga. Siannum quod attinet, aliaque id genus vaſa, duas forcipes habent, altera in aquam ferventem illa immittunt, altera extrahunt, ut ea etiam parte, quam prima forceps tangebat, abluantur. Vaſa ferrea, ut craticulas, verua, opercula, ſartagines, & ſimilia tamdiu igni ſubjiciunt, donec ſcintillas agant: tum demum etiam ſunt legitima. Cultros, antequam in ahenum immittant, prius probe defricant ad cotem, vel alium lapidem, ad rubiginem omnem deterendam. Ferreum, vel æneum mortarium, prunis candentibus, filo circumligato, replent: ubi eo uſque incaluit, ut filum rumpatur, legitimum eſt.

שְׁטַר Litteræ contractus, Inſtrumentum litterarum, Litteræ procurationis. שְׁטַר הַחוֹב Chirographum, litteræ debiti. *Plur.* שְׁטָרוֹת.

שיב״ת *Abbreviatura. Idem ac* שְׁתִיקָה יָפָה בְּשַׁעַת הַתְּפִלָּה Silentium pulchrum eſt tempore Precum. *Hæc abbreviatura Synagogarum parietibus inſcribi ſolet.*

שַׁיַּךְ Congruit, convenit. שַׁיָּךְ decens, conveniens, pertinens.

שיל״נע *Abbreviatura. Idem ac* שֵׁם, יֶפֶת, לֶמֶךְ, נוֹחַ, עֵבֶר, Sem, Japhet, Lamech, Noe, Heber.

שי״נ *Abbreviatura. Idem ac* שֶׁיִּחְיֶה נֶצַח Qui vivat in æternum. *Adhibetur in Epiſtolis ad omen longæ vitæ.*

שֵׁיר, שֵׁירִין Monilia, catenæ, armillæ. שֵׁירוֹת idem. שֵׁירָה turma, turba, exercitus, caterva. בְּשֵׁירָה catervatim. שֵׁירַיִם duæ tertiæ cubiti. שַׁיְרִין reſiduum, reliquum *Talmudiſtis.*

שָׁכַב Cubare, decumbere. שְׁכִיב מְרַע ægrotus: & שְׁכִיב mortuus, *qui occubuit.* שְׁכִיבָה obdormitio, decubitus, *vel* הַחוֹלִי morbi, *vel* הַמָּוֶת mortis.

שָׁכַח Invenire, reperire. שְׁכִיחַ inventum, præſens. דְּלָא שְׁכִיחַ quod non invenitur, exiſtit.

In-

Digitized by Google

שָׂכַל, הִשְׂכִּיל Intelligere. שֵׂכֶל ingenium, inſtructio, intellectus. שִׂכְלִי intellectualis. מִצְוֹת שִׂכְלִיּוֹת præcepta intellectus, *quibus opponuntur* מַעֲשִׂיּוֹת actualia, practica. מוּשְׂכָּלוֹת intellectualia, *quæ ſub intellectum cadunt*. קִנְיַן הַמּוּשְׂכָּלוֹת habitus intellectualis. מוּשְׂכָּלוֹת רִאשׁוֹנוֹת notiones primæ. שְׁנִיּוֹת ſecundæ. שִׂכְלוּת intellectus. שׂוּכְלְתָן & שַׂכְלְתָן intelligens, prudens, ingenioſus. שַׂכְלְתָנוּת intelligentia. נֶפֶשׁ הַמַּשְׂכֶּלֶת anima intelligens. הַשְׂכָּלָה intelligentia, prudentia. מְשִׁיכְלָה pelvis, *vas lavandis pedibus inſerviens*.

הִשְׁכִּים, שכם Convenire, conſentire: matutino tempore ſurgere. שֵׁם מוּשְׁכָּם nomen conveniens, *alii ſc. nomini eodem ſenſu, ideſt*, univocum, ſynonymum.

שָׁכַן Habitare, inhabitare, cohabitare: ſubſidere, *ut fæces*. שְׁכוּנָה vicus, vicinia, platea urbis habitata. שְׁכִינָה majeſtas Dei, præſentia Dei, Spiritus Sanctus, Divinitas. *Vide pag. 631. 632. 633.* מַשְׁכּוֹן pignus, *Sic dicitur, quia manet apud creditorem, donec redimatur*. מִשְׁכֵּן oppigneravit. נִתְמַשְׁכֵּן oppigneratus fuit.

של״ *Abbreviatura. Idem ac* שְׁלֹמֹה לוּרְיָא Salomon Luria. *Eſt nomen proprium inſignis Rabbini, qui librum de cibis, aliiſque rebus licitis, ac probibitis in lucem edidit. Extat in eum Commentarius, in quo hæc Abbreviatura paſſim obvia*. 2. שַׁיָּךְ לְעֵיל Pertinet ſupra, *videlicet* ad ſuperiora. 3. שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ Qui, *vel* quod peccavimus coram te. *Occurrit in libris Precum*.

שליט״א. שליט״א *Abbreviatura. Idem ac* שֶׁיִּחְיֶה לְיָמִים טוֹבִים אָמֵן Qui vivat ad dies bonos, Amen. *In titulis librorum ejus uſus. Euphemia poſt viventis nomen*.

שְׁלִיבָה Gradus ſcalæ. *Plur.* שְׁלִיבוֹת, & שְׁלִיבִין, שְׁלָבִין gradus.

שָׁלַח Mittere, emittere, ablegare, amandare, dimittere: detrahere, extrahere. שָׁלוּחַ, שָׁלִיחַ miſſus, legatus, nuncius, Apoſtolus. שָׁלִיחַ מְיוּחָד nuncius proprius. שְׁלִיחוּת miſſio, legatio, ablegatio, Apoſtolatus. שְׁלִיחָה legatio. אִשְׁתַּלְּחוּת idem. שֶׁלַח miſſile, telum, gladius, arma bellica.

שֻׁלְחָן menſa. שֻׁלְחָנִי trapezita, nummularius, argentarius. *Ita dicitur, quia negotiationem in menſa peragit*.

שָׁלַל Negare *apud Logicos Hebræos*. שׁוֹלֵל negans, negativa propoſitio. שׁוֹלְלִים negativa, negantia. שׁוֹלְלוּת, שְׁלִילָה negatio. עִנְיָן מְשׁוּלָל ens abſtractum. מִשְׁפָּט שׁוֹלֵל כְּלָלִי propoſitio negativa univerſalis. תּוֹאַר שׁוֹלְלִיִּי forma abſtracta, *cui opponitur* חִיּוּבִי concreta. שָׁלִיל embryo, fœtus matricis: *item* abortivum. שִׁלְשֵׁל mittere, mittere deorſum: purgare, laxare alvum. שִׁלְשׁוּל deſcenſus, locus declivis; laxatio: diarrhaea, fluxus alvi: cæcilia, *ſerpens cæcus*.

שָׁלֵם, נִשְׁלַם Perfici, compleri. שְׁלֵמוּת perfectio. אֱמוּנָתוֹ בִּלְתִּי שְׁלֵימָה fides ejus imperfecta erat.

שָׁלַק Elixare, in aqua coquere. שָׁלוּק, eli-

שָׁלוּק elixum, coctum. *Plur.* יְרָקוֹת שְׁלוּקִין olera elixa, & שְׁלָקוֹת.

שׁל״שׁ *Abbreviatura. Idem ac* שָׁלוֹם לְךָ שָׁלוֹם Salus tibi ſit, ſalus. *Ejus uſus in Epiſtolis, pro* ſalutem plurimam tibi dico.

שׁלשׁ, מְשׁוּלָשׁ Triplicatum, triangulum. צוּרַת מְשׁוּלָשׁ figura trianguli. שִׁלּוּשׁ, שִׁילוּשׁ Trinitas. שָׁלִישׁ trinus.

שִׁלְשֵׁל Concatenare, connectere, catenis vincire; deorſum demittere. שַׁלְשֶׁלֶת catena. *Plur.* שַׁלְשְׁלָאוֹת catenæ. *Ex forma Chaldaica* שַׁלְשְׁלָן catenæ. *Item* שַׁלְשֶׁלֶת בְּהִשְׁתַּלְשְׁלוּת הַיַּחַס catena genealogiæ. הַסִּבּוֹת in connexione cauſarum. שִׁלְשׁוּל diarrhæa, ventris ſolutio, & fluxus.

שׁ״מ *Abbreviatura. Idem ac* שֻׁלְחַן מְלָכִים Menſa Regum. *Obvia apud Talmudiſtas.* 2. שֵׁם מְפוֹרָשׁ Nomen expoſitum. *Ita a Cabbaliſtis appellatur nomen Dei Tetragrammaton* יהוה. *Sæpius occurrit ſcriptum unica dictione* הַמְּפוֹרָשׁ. *Vide de eo hujus Lexici pag. 646.* 3. שְׁמַע מִנָּא Audi ex eo. *Scribitur etiam* מִנֵּהּ. *Vel* שְׁמַעְנָא מִנָּא Audimus, percipimus inde. *Frequens apud Rabbinos, pro* inde colligendum, inde percipiendum.

שֵׁם Nomen, Deus. *Cum articulo* הַשֵּׁם. *Item* כְּשֵׁם ſicut, quemadmodum, *non* כַּשֵּׁם, *ut indocti Judæi efferunt. Etenim* כַּשֵּׁם *eſt pro* כְּהַשֵּׁם, *quod eſt nomen Dei.* עַל שֵׁם propter, propterea. לְשֵׁם idem. עַל שֵׁם שֶׁ propterea.

שָׁמַיִם Cœli: Deus, *quia in Cœlis habitat:* לְשֵׁם שָׁמַיִם propter Deum. *Sic*

שְׁמַיָּא Deus. Dan. 4. 23. שְׁמֵימִי cœleſtis. *Plur.* גְּרָמִים שְׁמֵימִיִּים corpora cœleſtia.

שֶׁמָּא Forte, fortaſſis, ſi forte, ne forte, an forte. *Aliquando in interrogatione ſignificat* num, numquid? וְשֶׁמָּא quod ſi forte.

שָׁמַד Deficere a Religione. הִשְׁמִיד perdere, profligare, delere, deſtruere.

מְשׁוּמָּד Apoſtata, *quaſi perditus dictus.* הַשְׁמָדוֹת, הַשְׁמָדָה perditio, apoſtaſia a Fide vera. הִשְׁתַּמֵּד apoſtata factus eſt. שְׁמַד, שֶׁמֶד perſecutio, perditio, profligatio, interitus, exitium. גָּזְרוּ שְׁמָדוֹת decreverunt perſecutiones. *Uſurpant Rabbini frequentius* גָּזְרוּ גְזֵרָה decreverunt decretum.

שַׁמְחֲזָאי, שׁמח Samehasài. *Nomen Angeli, qui cum ſocio ſuo Uziele dicitur Geneſ. 6. 14. in Jonathane e Cœlo deturbatus. Illa enim verba reddens* הַנְּפִילִים הָיוּ בָאָרֶץ בַּיָּמִים הָהֵם Et Gigantes fuerunt in terra temporibus illis, *inquit,* שַׁמְחֲזָאי וְעוּזִּיאֵל Samchasàt & Uziel, qui e Cœlo ceciderunt, verſabantur temporibus illis in terra. *Sunt autem appellati in Textu Hebræo Gigantes* נְפִילִים *quaſi* decidui, *a Verbo* נָפַל cadere, *quia e Cœlo in terram dejecti fuerunt juxta nonnullorum Interpretum opinionem.*

שֶׁמֶן Pinguedo, oleum. שֶׁמֶן שְׂרֵפָה oleum combuſtionis. *Hujuſmodi oleum ad cibos condiendos, & ad uſum Sabbati pollutum cenſebatur, ac propterea prohibitum erat, eoque tantummodo vulgo utebantur in lucernis.*

Pin-

Digitized by Google

שְׁמָנוּנִית Pinguedo, oleum.

שֶׁמֶן Butyrum : pinguedo.

שׁוּמָן Pinguedo: שׁוּמָן שֶׁל חֲזִיר Pinguedo porci, lardum.

שׁוּמָן Pinguedo, adeps.

שׁוּמָנִית Allium ſylveſtre, *allio hortenſi mole minus, quod dicitur* שׁוּם.

שמ״ע *Abbreviatura. Idem ac* שַׁדַּי מֶלֶךְ עוֹלָם Omnipotens Rex Mundi. 2. שְׂאוּ מָרוֹם עֵינֵיכֶם Attollite ſurſum oculos veſtros. 3. שַׁחֲרִית, עַרְבִית, מִנְחָה, Matutinum, veſpertinum, nocturnum, *quæ ſunt tria tempora Precibus addicta apud Hebræos.*

שָׁמַע Audire, obedire, obtemperare. מַשְׁמָע Litteralis vocis auditio: ſenſus litteralis, & ſimplex. שְׁמִיעָה auditus, auditio. שְׁמוּעַ auditus. שְׁמוּעָה fama, rumor, ſermo: fabula, narratio, hiſtoria. שְׁמֻעָה fama. שׁוּמְעָן rumor.

שִׁמֵּעַ Miniſtrare, ſervire, famulari. שַׁמָּע miniſter, famulus, ſervus.

שֶׁמֶץ, שִׁמְצָה Parum, pauxillum, minimum. שֶׁמֶץ פְּסוּל parum vitii.

שִׁמֵּשׁ, שַׁמֵּשׁ Miniſtrare, ſervire: Sacerdotio fungi. שַׁמָּשׁ, מְשַׁמֵּשׁ miniſter: Diaconus, Subdiaconus. מְשׁוּמְשָׁן ſervus. מְשַׁמֶּשֶׁנִית miniſtra, famula. שִׁמּוּשׁ miniſterium. אוֹת שִׁמּוּשִׁית littera miniſterialis. *Item* שִׁמֵּשׁ, שִׁמֵּשׁ coire, rem habere, concumbere. תַּשְׁמִישׁ concubitus, coitus. תַּשְׁמִישׁ הַמִּטָּה miniſterium lecti. תַּשְׁמִישֵׁי מִצְוָה miniſteria Legis.

שִׁמֵּשׁ Uti.

שַׁמְתָּא, שמת Scammathà. *Excommunicationis ſpecies. Vide hujus Lexici pag. 659.*

שׁי״נ *Abbreviatura. Idem ac* שֶׁיִּחְיֶה נֶצַח Qui vivat in æternum.

שנ״ב *Abbreviatura. Idem ac* שֶׁהַכֹּל נִהְיָה בִּדְבָרוֹ Cujus verbo omnia extiterunt, *nimirum* benedictus ſit. *Sunt verba conſecrationis ciborum in uſu apud Hebræos.*

שָׁנָה, שָׁנָה Mutari, iterare, variari. שׁוֹנִים mutata, varia, diverſa. מִלּוֹת שׁוֹנוֹת voces diverſæ. שִׁנּוּי mutatio. מִשְׁתַּנֶּה alteratum, variabile, mutabile. שְׁנִיּוּת diverſitas: dualitas. מִשְׁתַּנּוּת variatio, alteratio.

Deinde שָׁנָה, שְׁנָא diſcere, docere. שׁוֹנֶה diſcens. מִשְׁנָה textus Talmudicus. מִשְׁנֵה Deuteronomium. מְשׁוּנֶּה repentinum, mirabile. מִיתָה מְשׁוּנָּה mors repentina. דָּבָר מְשׁוּנֶּה res mirabilis. שְׁנָיָא terror, pavor. שְׁנוּ, שְׁנוּת res horrenda, mirabilis.

שָׁנָה, שְׁנָה Annus. *Ita dicitur, quia ab eodem puncto ſemper iteratur, & Sol ad primum veſtigium redit; vel quia annus perpetua mutatione, & ſerie annum ſequitur, juxta illud Poetæ:*

In ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

Alii volunt ita annum appellatum fuiſſe, quia in anno variæ temporum, ac rerum mutationes, viciſſitudineſque contingunt.

De Anno Judaico, diverſiſque eum numerandi rationibus.

Antequam Hebræi Ægyptiis miſere ſervire coacti ſunt, unicum tantumodo anni initium in rebus omnibus ſervaverunt; ſervitutis autem jugo Dei auxilio depulſo, & excuſſo, quadruplex anni initium habuerunt. Annus enim ſacer incipiebat a menſe נִיסָן Martio, *& inde Feſta ordinabantur, annique Regum numerabantur; Civilis a menſe* תִּשְׁרִי Septembris, *quo in contractibus, anno annorum, ſupputandis Jubilæis, anniſque Sabbaticis utebantur. A menſe* אֱלוּל Auguſti *decimandorum pecorum initium ducebatur, & a menſe* שְׁבָט Januario *decimandorum fructuum ex arboribus collectorum. Hinc de his variis anni initiis apud Hebræos habetur in Tractatu* ראש השנה De principio anni *cap. 1. ſect. 1.* ארבעה ראשי שנים הם באחד בניסן ראש השנה למלכים ולרגלים: באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה: ר אליעזר ורבי שמעון אומרים באחד בתשרי: באחד בתשרי ראש השנה לשנים ולשמיטין וליובלות ולנטיעה ולירקות: באחד בשבט ראש השנה לאילן כדברי בית שמאי: בית הלל אומרים בחמשה עשר בו: *h. e.* Quatuor ſunt principia anni; prima die menſis Nisàn eſt novus annus Regum, & Feſtorum: prima die Elùl eſt novus annus decimandi pecoris. Rabbi Eliezer tamen, & Rabbì Simeon dicunt, prima die Tiſrì. Prima die Tiſrì eſt novus annus annorum, anni dimiſſionis, Jubilæi, plantationis arborum, & herbarum. Prima die Scebàt eſt novus annus arborum ſecundum ſententiam domus Sammài: ſed domus Hillèl dicit decimo quinto die ejus menſis. *De Hillele, & Sammai vide pag.* 45. 65. 542. *Itaque cum Judæi arbitrentur, terrarum orbem a Deo conditum fuiſſe Novilunio menſis* תִּשְׁרִי Septembris, *annos ab Orbe condito numerare incipiunt ab eodem menſe, & Kalendaria ſua etiam id temporis juxta ipſum ordinant. Juxta Judæos autem in menſe* תִּשְׁרִי Septembri *multa acciderunt memoria digna. Ajunt enim, hoc menſe Mundum fuiſſe conditum; in eo Patriarchas natos, & mortuos; fuiſſe viſitatum Saram, Rachelem, & Annam; Joſephum e carcere exiiſſe; ceſſaſſe omnino Patrum ſuorum in Ægypto ſervitutem, cum in menſe* נִיסָן Nisàn *liberati ſint; hoc denique menſe ſe in libertatem per Meſſiam vindicandos exiſtimant. Cæterum non eodem ſemper nomine appellatur primus dies menſis* תִּשְׁרִי Septembris, *a quo novus annus* Civilis *apud Hebræos, ut diximus, initium duxit. Levitici enim* 23. *v.* 24. זִכְרוֹן תְּרוּעָה memoria clangoris *dicitur; Numerorum* 29. *v.* 1. יוֹם תְּרוּעָה dies clangoris; *a Judæis autem vulgo* רֹאשׁ הַשָּׁנָה Roſc haſcanà, *h. e.* initium anni *appellatur quo titulo liber unus ex* מִשְׁנָה Miſnà *inſignitur, in quo de ſpectantibus ad illum diem multa Rabbini diſceptant. Hoc die novi anni primo olim præter Sacrificia jugia, & Sacrificia eadem, quæ offerebantur ſingulis Noviluniis, addebatur juvencus, aries, & ſeptem agni in holocauſtum, & hircus in Sacrificium piaculare.*

re. *Varia vero fuit diverſis temporibus apud Hebræos Novi anni initium celebrandi ratio. A Moſe enim ad Eſdram buccina clangebant, & Sacrificia offerebant. Ab Eſdra ad Chriſtum præter Sacrificiorum oblationem, buccinæque clangorem Synagogas adibant, nonnullas Sectiones ex Sacris litteris legebant, adjunctis quibuſdam Precibus, & Canticis. Nunc temporis in Synagogas ſe conferunt, buccina clangunt, Pſalmos, & Cantica canunt, Preces ſemper terram verſus inclinati elata voce recitant; ſibi mutuo felicem, fortunatumque annum precantur, caput arietis, res dulces, piſces præſtantes, mala punica edunt, rerum omnium copiam, & ubertatem a Deo enixe poſtulantes. Nonnulli etiam albis veſtibus induti ſuggeſtum conſcendunt, ibique bis Sacræ Scripturæ codicem attollunt, & deponunt, aliquo ex iis interea in eodem ſuggeſto buccina ex ære, & ebore confecta, non bubula, clangente, ad Iſraelitarum Idololatriam in deſerto per vituli aurei cultum commiſſam deteſtandam. Alii præterea ad fluviorum pontes abeunt, ibique peccatorum ſuorum veniam deprecantes in fluvium quaſi ea conjiciunt, verborum illorum, quæ Michææ 7. v. 19. habentur, rationem habentes:* יָשׁוּב יְרַחֲמֵנוּ עֲוֹנוֹתֵינוּ וְתַשְׁלִיךְ בִּמְצוּלוֹת יָם כָּל־ חַטֹּאתָם *h. e. juxta Vulgatam.* Revertetur, & miſerebitur noſtri: deponet iniquitates noſtras, & projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. *Induuntur autem albis veſtibus ad indicandam cordis munditiem, balnea ſubeunt, in cœmeterio Deum orant, ut ſibi velit propitius eſſe propter juſtos illic ſepultos, & ab omni opere ſervili abſtinent. Appellatur hoc Feſtum Tubarum, quia hoc Feſto tubis, & buccinis clangebant, juxta illud Pſalmi 80. 4.* תִּקְעוּ בַחֹדֶשׁ שׁוֹפָר בַּכֵּסֶה לְיוֹם חַגֵּנוּ כִּי חֹק לְיִשְׂרָאֵל הוּא *h. e.* Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis veſtræ, quia præceptum eſt in Iſrael. *Rabbini ajunt, hoc die ſeverum, & acre a Deo judicium exerceri, & coram illo tres libros aperiri; primum nefariis, & facinoroſis hominibus refertum eſſe; in altero pios, & religioſos contineri; in tertio vero medium quoddam genus hominum, qui ab ipſis Mediocumi appellantur, eſſe deſcriptum, propter ambiguam quamdam vivendi rationem nec juſtorum, nec injuſtorum numero adſcribendorum. De his autem addunt, eos, ſi ab initio novi anni ad diem decimum ejuſdem menſis, in quem Feſtum* כִּפּוּרִים Expiationis *incidit, reſipiſcant, & religionem ex animo ſectantes virtuti ſe totos dedant, piis annumerari; ſi vero ſecus agant, & in vitia præcipites ſponte ruant, æternis impiorum cruciatibus reſervari.*

Porro varias variis temporibus numerandi annos rationes habuiſſe Hebræos ex מִקְרָא Sacra Scriptura, *& aliis Scriptoribus colligitur. Rabbini hac de re in* ראש השנה *cap. 1. hæc tradunt.* Unde probatur, Judæos numeraſſe ab exitu ex Ægypto? Ex eo nempe, quod ſcriptum eſt Exod. 19. 1. *Menſe tertio egreſſionis Iſrael de terra Ægypti.* At hinc non conſtat mihi uſurpatam fuiſſe hujuſmodi ſupputationem, niſi pro tempore illo. Poſtea etiam illam in uſu fuiſſe unde habemus? Id diſcito ex Scriptura 1. Regum 6. 1.

Digitized by Google

וַיְהִי בִשְׁמוֹנִים שָׁנָה וְאַרְבַּע מֵאוֹת שָׁנָה לְצֵאת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם בַּשָּׁנָה הָרְבִיעִית בְּחֹדֶשׁ זִו הוּא הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי לִמְלֹךְ שְׁלֹמֹה עַל יִשְׂרָאֵל וַיִּבֶן הַבַּיִת לַיהוָה׃ *h. e. Factum eſt quadringenteſimo, & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de terra Ægypti, in anno quarto, menſe Zivo, ipſe eſt menſis ſecundus Regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificari cœpit domus Domini.* Poſtquam vero exſtructum eſt Templum, cœperunt annos numerare ab illius ædificatione, juxta illud 2. Paral. 8. 1. וַיְהִי מִקֵּץ עֶשְׂרִים שָׁנָה אֲשֶׁר בָּנָה שְׁלֹמֹה אֶת־בֵּית יְהוָה וְאֶת־בֵּיתוֹ׃ *Expletis autem viginti annis, poſtquam ædificavit Salomon domum Domini, & domum ſuam.* Deſtructo autem Templo, non fuerunt digni, qui numerarent ab ædificatione Templi, cœperunt numerare ab ejus excidio, juxta illud Ezechielis 40. 1. בְּעֶשְׂרִים וְחָמֵשׁ שָׁנָה לְגָלוּתֵנוּ בְּרֹאשׁ הַשָּׁנָה בֶּעָשׂוֹר לַחֹדֶשׁ׃ *In vigeſimo quinto anno tranſmigrationis noſtræ, in exordio anni, decima menſis &c.* Degentes autem ſub aliorum poteſtate captivi non fuerunt digni, qui a ſe annorum computum ſumerent. Cœperunt itaque annos numerare a Regnis extraneorum, juxta illud Zachariæ 1. 1. בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם לְדָרְיָוֶשׁ *Anno ſecundo Darii Regis*; & Danielis 10. 1. בִּשְׁנַת שָׁלוֹשׁ לְכוֹרֶשׁ מֶלֶךְ פָּרַס *Anno tertio Cyri Regis Perſarum &c.* Hunc numerandi modum ſervarunt Judæi ad Alexandrum Magnum, a cujus imperio omnes contractus obſignarunt per mille, & amplius annos. *Primo itaque Iſraelitæ annos numerarunt ab egreſſu ex Ægypto uſque ad Templi Salomonici extructionem; deinde ab ejus extructione; poſtea ab excidio; denique a regimine Regum exterorum. Hic autem mos uſque ad Alexandrum Magnum obtinuit, poſt quem ab ejus imperio anni ſupputati, & obſignati contractus per mille, & amplius annos. Tandem conſuetudo numerandi annos ab Orbe condito paulatim invaluit.*

Cæterum inter omnes Interpretes convenit שָׁנָה annum *apud Judæos Lunarem fuiſſe ex menſibus duodecim, ſcilicet diebus tercentis, & quinquaginta quatuor compoſitum, eumque duplicem, alterum naturalem, & vulgarem, alterum Civilem, & Sacrum dictum. Itaque cum annus Solaris ex diebus tercentis, & ſexaginta quinque, & quadrante conſtet, intercalationem undecim dierum Judæi adhibuerunt, ut annum Lunarem Solari æquarent. De numero duodecim menſium nullus ambigendi locus relinquitur legenti Caput quartum Danielis, Caput tertium Eſtheræ, & Caput quartum libri tertii Regum, ubi de duodecim menſibus expreſſa mentio. Annum naturalem incipientem a menſe Septembri habes ex Capite vigeſimo tertio Exodi, & inſtitutionem Sacri ex Capite duodecimo ejuſdem libri.*

De Intercalatione apud Hebræos uſitata.

Quod attinet ad intercalationem a Deo non præceptam, a Prophetis tamen uſurpatam, ſecun-

cundo, & quarto quoque anno eam Judæi inſeruerunt poſt menſem duodecimum ab ipſis אֲדָר Adàr, *hoc eſt* Februarium, *appellatum. Quamobrem alternis vicibus propter quadrantem decimus tertius menſis dictus* וַאֲדָר Vaadàr *ex diebus viginti duobus, & viginti tribus conſtabat. Annus communis vocabatur* שָׁנָה פְשׁוּטָה; *annus vero intercalaris* שָׁנָה עוּבֶרֶת. *De intercalatione hæc habet Carolus Sigonius de Republ. Hebræorum lib. 3. cap. 1.* De intercalatione non extat præceptum in Lege ullum; verum Interpretes aſſerunt, eam neceſſariam fuiſſe, ut conſervaretur ratio menſium, quia nova ſemper Luna exorſi ſunt; & Paſchæ, quod quarta decima die primi menſis celebrari oportuit paullo ante meſſem; & Tabernaculorum, quæ perfecta vindemia celebrari Deus præcepit. Eos vero dies Judæi interpoſuerunt ſecundo, & quarto quoque anno poſt menſem duodecimum, qui dicitur *Adàr*. Itaque eum menſem tertium decimum vocant *Vaadàr*, quaſi alterum *Adàr*, dierum viginti duorum, & viginti trium, vicibus alternatis, habita ratione quadrantis. *Fiebat autem anni intercalatio per* אַב בֵּית דִּין Synedrii Præſidem, *ſine quo annus intercalari non poterat, licet ad hanc rem Synedrii collegæ eligerentur, qui neque minores tribus, neque plures ſeptem eligebantur. Nomine Præſidis Synedrii ad Judæos procul degentes epiſtolæ mittebantur, per quas de intercalatione, & ejuſdem cauſſis certiores fierent.* קְרָאִים Karæi *volunt, intercalationem, ſtante Templo, fuiſſe factam a Pontifice Maximo, & reliquis Sacerdotibus, aut Propheta: reliqui Judæi id negant. Negant autem, interfuiſſe Concilio de intercalatione facienda Pontificem, quia per eam* יוֹם כִּפּוּרִים dies Expiationis *in tempus hyemi propius incidebat. Synedrii autem Præſes pro arbitrio deligebat nonnullos ad intercalationem faciendam, quibus ajebat.* Curate, ut parati ſitis in loco illo, ut deliberemus, & conſilium ineamus, utrum annus intercalaris conſtituendus ſit, an non. *Ex Majemonide* De conſecratione Calend. & de ratione intercalandi *neque Rex, neque Summus Sacerdos ad hanc deliberationem umquam admiſſus fuit, ille quidem, ne forte propter belli adminiſtrationem, vel delectum habendum convocatos cogeret ad alterutram partem intercalandi, vel non intercalandi; hic vero, ne ab intercalatione removeret ſui commodi gratia, ne nimirum propter intercalationem menſis Septembris in dies algentes incideret, quibus diei Expiationis ritus ab eo erant peragendi.*

De מִשְׁנָה *Miſnà* altera Talmudis parte.

מִשְׁנָה Miſnà *eſt una ex præcipuis partibus Talmud, quarum altera eſt* גְּמָרָה Ghemarà. *Itaque* מִשְׁנָה Miſnà, *ſive* תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה *eſt Lex, quam Judæi a Deo Moſi in monte Sinai ore traditam dicunt, & a Moſe per traditionem integram, atque incorruptam uſque ad tempora Antonini Imperatoris ſervatam credunt. Cum vero R. Jehudà inter Hebræos ſa-*

ſapientiſſimus, ne paulatim oblivioni tradita periret, eam ex ſchedulis omnibus, quibus memoriæ cauſſa continebatur, collectam anno Chriſti centeſimo quinquageſimo litteris mandaſſet, Judæi omnes tum terram Sanctam, tum Babyloniam incolentes eam ſibi ſancte, religioſeque ſervandam decreverunt. Altera Talmudis pars גְּמָרָה Ghemarà *dicta eſt ſupplementum, ſive commentarium quoddam variis temporibus a Rabbinis ad explicandam legem ore traditam compoſitum, & nonnullas Diſputationes inter Judæos habitas complectens. Plura de Talmude vide in Diſputatione huic Lexico præmiſſa.*

ש״ס *Abbreviatura. Idem ac* שִׁשָּׁה סְדָרִים Sex ordines, ſex partes Talmudis. *Hoc nomine ab Hebræis Talmud ſolet appellari, ut* בש״ס in Talmud, שבש״ס quod in Talmud &c. *In Jonathanis Targum legitur* בָּל קֳבֵל שִׁית סִדְרֵי מַתְנִיתָא juxta ſex ordines Traditionum Talmudicarum Exod. 26. 9. *Nam* מַתְנִיתָא *idem eſt, ac* מִשְׁנָה Traditio, *Lex ſecundaria, & doctrina, quæ in Talmude continetur.*

שס״ה *Non eſt proprie Abbreviatura, ſed litteræ numerales ſunt, quæ valent 365. quo numero deſignantur præcepta Legis negativa.* Ex תּוֹרָה Lege *enim Rabbini 613. præcepta eliciunt, de quibus in Tractatu* מכות *cap. 3. extat Traditio.* תרי״ג מצות נאמרו לו למשה בסיני שס״ה לאוין כמניין ימות החמה: רמ״ח עשיים כנגד איבריו של אדם: אמר רב המנונא: מאי קרא׳ תורה צוה לנו משה מורשה תורה בגימטריא היכי *h. e.* Præcepta 613. dicta ſunt Moſi in Sinai; 365. negativa, juxta numerum dierum Solarium: 248. affirmativa, juxta membra hominis. Dixit Rabbi Menunnà. Qua Scriptura id probatur? תורה Legem præcepit nobis Moſes hæreditariam. Deuter. 33. 4. ubi תורה per Gematriam (*Cabbalæ ſpeciem*) eſt 613. *R. autem Salomon ad hunc locum inquit.* Præcepta affirmativa ſunt 248. quia unicuique membro dicitur; fac, ſerva præceptum; præcepta autem negativa ſunt 365. quia ſingulis diebus homines monentur, ne mandata Dei tranſgrediantur.

ש״ע *Abbreviatura. Idem ac* שֻׁלְחָן עָרוּךְ *Eſt nomen libri, Juris utriuſque decreta, & conſtitutiones complectens.* 2. שֶׁל עוֹלָם Mundi. *Solet præcedere* רִבּוֹן, *vel* רִבּוֹנוֹ .. 3. שְׁמִינִי עֲצֶרֶת Octavus dies interdicti, *vel* operæ prohibitæ. *Hoc nomine vocari ſolet dies octavus tum Feſti Paſchæ, tum Feſti Tabernaculorum, cum uterque ſacer ſit, & in eo omnia opera ſervilia vetita.*

שִׁעְבֵּד Servituti ſubjecit; oppreſſit, ſubegit. הִשְׁתַּעְבֵּד obligari, obligatum eſſe. מְשׁוּעְבָּד ſubditus, ſubjectus. הִשְׁתַּעְבֵּד ſubjici, ſubditum eſſe. שִׁעְבּוּד ſervitus, ſubjectio: cautio, obligatio in materia juris.

שע״הול *Abbreviatura. Idem ac* שָׁחוֹר עַל הַלָּבָן זֵכֶר לְחֻרְבָּן Nigrum ſuper albo eſt memoriale deſolationis, *videlicet Templi,*

&

Digitized by Google

& *Urbis Hieroſolymitanæ. Cum autem ex Pſalmo* 137. *v.* 5. 6. *teneantur Hieruſalem ſemper meminiſſe:* אִם אֶשְׁכָּחֵךְ יְרוּשָׁלָיִם תִּשְׁכַּח יְמִינִי׃ תִּדְבַּק לְשׁוֹנִי לְחִכִּי אִם לֹא אֶזְכְּרֵכִי אִם לֹא אַעֲלֶה אֶת־יְרוּשָׁלַיִם עַל רֹאשׁ שִׂמְחָתִי׃ *h. e.* Si oblitus fuero tui Hieruſalem, oblivioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui. Si non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ: *ideo parietibus albis ædium, vel Synagogarum in medio nigri orbis, aut alterius figuræ hanc Abbreviaturam* שע״הול *inſcribere ſolent, ut intuentium oculi facilius ad eam legendam convertantur.*

שַׁעֲוָה, שַׁעֲוָא Cera. *Hebraice* דּוֹנַג.

שַׁעֲף Cera. Geneſ. 43. 11. *Jonathan transfert* שַׁעֲוָה. *Itaque* שַׁעֲוָה, & שַׁעֲפָה *idem eſſe videntur per commutationem affinium in pronunciatione litterarum. Ei in Hebræo reſpondet* נְכֹאת, *quæ dictio & a R. Salomone, & ab Hebræis Germanis* cera *exponitur; ab aliis explicatur* balſamum.

שְׁעִיף Balſamum, opobalſamum.

שִׁיעֵר, שָׁעַר Æſtimare, putare, conjicere. שִׁיעוּר conjectura. *Hinc* כ הַשִּׁיעוּר Caph conjecturæ, *quando ſc. ſignificat* fere, quaſi, quodammodo. *Item* menſura, æſtimatio. כְּשִׁיעוּר juxta menſuram, *vel* æſtimationem, quaſi. כֹּחַ הַמְשַׁעֵר virtus æſtimativa, divinatrix.

ש״פ *Abbreviatura. Idem ac* שָׁוֶה פְּרוּטָה Pretium æquum Prutæ, *ſive* pecuniæ. *Pruta eſt moneta, de qua vide hujus Lexici pag.* 654. *Quare per ſynecdochen adhibetur pro* pecunia. שָׁוֶה *autem* æquum, æquale, *ac propterea æquo pecuniæ pretio reſpondet.*

שָׁפָה Tranquillum, quietum eſſe: teri, atteri: ſenſim effundere: *de vino* percolare; radere, fricare, polire. שׁוּפִי quies, tranquillitas. בְּשׁוּפִי quiete, facile, tranquille: acetabulum femoris *Talmudicis*. שָׁפֵי contritus, luxatus, claudus. *R. Aben Ezra* clivus. שִׁפּוּי ramentum dolabræ, *vel* runcinæ. שִׁפּוּי declivitas: epiglottis. שְׁפָאָה, שְׁפִיָּה expolitio, raſio: claudicatio, luxatio pedis. שִׁיפָּא Seiphà: *Monetæ antiquæ nomen, ita dictæ, quia adeo uſu attrita eſt, ut vix imago, figura, & inſcriptio agnoſci poſſit.* שִׁפּוּן placenta mellita. שְׁפִיוּתָא; שְׁפִיוּתָא contritio, conculcatio. שָׁפוּי tranquillus. שַׁפַּאי οἰνοπώλης, caupo, vinum vendens.

שָׁפַט Judicare, jus dicere. מִשְׁפָּט judicium, ratio, modus, ritus: jus: proprietas, propoſitio *apud Logicos, definita, & certa loquendi ratio. Hinc* הַמִּשְׁפָּט יֵשׁ לוֹ שְׁנֵי חֲלָקִים הַנּוֹשֵׂא וְהַנָּשׂוּא *h. e.* propoſitionis duæ ſunt partes, ſubjectum, & prædicatum. מִשְׁפָּט הַשּׁוֹלֵל propoſitio negativa. מִשְׁפָּט מְחַיֵּב propoſitio affirmativa. מִשְׁפָּט הַמּוּחְלָט propoſitio abſoluta. מִשְׁפָּט מְהוּפָּךְ propoſitio converſa. מִשְׁפָּט סְתָמִי propoſitio abſoluta, *ſive* indefinita. מִשְׁפָּט הָאִישִׁי propoſitio individui. מִשְׁפָּט הַחֶלְקִי propoſitio particularis. הַמִּשְׁפָּטִים הַנִּמְנָעִים propoſitiones impoſſibiles. הַמִּשְׁפָּטִים הַמִּתְהַפְּכִים propoſitiones con-

tra-

traria. הַמִּשְׁפָּטִים הַהֶכְרֵחִיִּים propoſitiones neceſſariæ. הַמִּשְׁפָּטִים כּוֹחֲרִים propoſitiones contradictoriæ. הַמִּשְׁפָּטִים הַמִּתְנַגְּדִים propoſitiones oppoſitæ, *ſive* repugnantes.

שׁוֹפְטָן , שִׁפְטָא Stultus, amens, fatuus, inſanus.

שָׁפַךְ Fundere, effundere. מַשְׁפֵּךְ clepſydra. שְׁפָכִין canales. שְׁפִיכוּת effuſio: מֵי שְׁפִיכוּת aquæ effuſionum, aquæ pollutæ. שׁוֹפְכִין matulæ. מַשְׁפֵּךְ infundibulum: clepſydra.

שָׁפֵל Humilis, inferior, infimus, abjectus, vilis. שְׁפַל idem.

שֶׁפַע , שְׁפַע Influentia, influxus: redundantia. הִשְׁפִּיעַ affluere fecit: infudit, abunde contulit. מִשׁוּפָּע declive. שָׁפַע declinare, deſcendere. שִׁפּוּעַ declivitas, deſcenſus. בְּשׁוֹפַע affluenter, abundanter, copioſe, cumulate.

שִׁפְשֵׁף , שָׁפַף Conterere, calcare, conculcare. *Item* confricare, polire. שִׁפְשׁוּף confricatio, frictio, comminutio.

ש״ץ *Abbreviatura. Idem ac* שְׁלִיחַ צִבּוּר Nuncius, legatus, miniſter Synagogæ, æditùus. *Ei præponuntur ſerviles, ut* וש״ץ, כש״ץ.

שצ״ם חנכ״ל *Abbreviatura. Idem ac* שַׁבְּתָאִי צֶדֶק מַאְדִּים חַמָּה נוֹגַהּ כּוֹכָב לְבָנָה Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. *Sunt ſeptem Planetarum nomina apud Aſtronomos.*

שָׁקַד , שְׁקַד Vigilare, attentum, aſſiduum eſſe, diligentem *in re aliqua*, lucubrare. הִשְׁתַּקֵּד idem. שְׁקִידָה aſſiduitas, diligentia, vigilantia, alacritas. *R. Levi* Prov. 31. 4. רוב העסק עם הנשים ישיר האדם מהשקידה על החכמה *h. e.* Frequens converſatio cum mulieribus depellit hominem a ſtudio ſapientiæ. *Vide, quæ, & quanta cautio in verbis, & operibus tibi adhibenda ſit, dùm earum familiaritate uteris.*

שַׁקְדָן Vigil, ſedulus, diligens, attentus, induſtrius, aſſiduus.

שָׁקוּד Idem.

שְׁקֵדִין Amygdala. *Per litterarum commutationem ejuſdem organi* ג & ק *invenies ſcriptum etiam* שְׁגֵדִין Geneſ. 43. 11. שְׁקֵדִין שְׁקֵדִים הַמְּתוּקִים amygdala dulcia. שְׁקֵדִים הַמָּרִים amygdala amara.

שָׁקֵד Amygdala, *arbor:* membrum generationis, *quia, ut nonnulli Rabbini ajunt, quemadmodum amygdalæ valde proſunt ad incolumitatem ſervandam, quod vulgo teſtantur Medici omnes; ita etiam membrum generationis valde Mundo prodeſt. Si potes, a riſu abſtine propter hanc alluſionem.*

מְשֻׁקָּד Amygdalatus, amygdalæ ſpeciem referens. *Plur.* מְשֻׁקָּדִים amygdalati, ſpeciem amygdalæ referentes, ſculpti inſtar amygdalarum. Exod. 25. 34. quaſi in nucis modum *D. Hieronymo.*

Eſt etiam מְשֻׁקָּד *ſpecies quædam cupediarum, & bellariorum apud Italos jamdiu in uſu, vulgo* Mandorlato, *quæ ab Aromatariis, & Pharmacopolis ex amygdalis, melle, & ovi albumine diligentiſſime confici ſolet, & certatim parari frigidiore hyemis tempore, ut* fa-

facilius concreſcat, diutinſque perduret ad alliciendos delicatos, & molles homines, qui quotidie eo veſcentes, ut gulæ excuſationem prætendant, guloſitatiſque notam effugiant, ajunt, ex conſilio Medicorum propter amygdalas, & mel maxime ſtomacho prodeſſe, ſanguiniſque maſſam puriorem reddere.

מִשְׁקָל, שֶׁקֶל Pondus. *Grammaticis* forma, analogia, *vel* anomalia vocis, *ad quam aliæ ſimiles accommodantur.* עַל מִשְׁקַל שְׁנַיִם ad formam nominis שְׁנַיִם, *veluti* מַיִם, שָׁמַיִם, רֵיחַיִם, *quæ nomina numero ſingulari carent. R. David* Ezech. 4. 10. *ad vocem* בְּמִשְׁקוֹל *ſcriptum reliquit*. Eſt cum Cholem בְּשֶׁקֶל מִזְמוֹר ad formam nominis מִזְמוֹר. שִׁקּוּל ponderatio: libramentum, acies, acumen mentis, *ad animum relatum:* dictamen rationis. שַׁקּוֹלָאִין bajuli.

De Janne, & Mambre, de quibus mentio in Epiſtola D. Pauli ad Timotheum Cap. 3. v. 8.

שְׁקַל, שְׁקֵל Portare, bajulare, ferre. *Placet hoc in loco Proverbium uſurpatum a Magis Ægypti contra Moſem portenta edentem ad eum deridendum afferre.* אָמְרֵי לֵיהּ יוֹחָנָא וּמַמְרֵא לְמֹשֶׁה תֶּבֶן אַתָּה מַכְנִיס לְעֲפְרַיִים אֲמַר לְהוֹ אָמְרֵי אֱנָשֵׁי לְמָתָא דִּירְקָא יַרְקָא שְׁקוֹל׃ *h. e.* Dicebant ipſi Jochanà, & Mamrè, nempe Moſi: Paleam tu infers in Aphrajim: (*cum admiratione:*) Reſpondebat ipſis Moſes: dicunt vulgo homines: In urbem olerum olera importa. *Cum igitur Moſes ante liberationem Iſraelitarum portenta, ac ſigna, quæ Deus præceperat, edere inciperet in Ægypto, Ægyptii ſibi ſtatim perſuaſerunt, & vulgo arbitrati ſunt, illa ab eo patrari* עַל יְדֵי כִּישׁוּף per magiam, *cum eam Ægyptii exercerent, maximeque in tota Ægypto vigeret. Itaque duo celebres, & eximii inter ipſos Magi, Jochanà, ſive Joannes, vel Jannes, & Mamre Moſi per contemptum, & jocum, ut populi cachinnis exciperetur, palam illudentes dicere cœperunt:* paleam tu infers in Aphrajim? *objicientes hac ratione, eum paleam, fœnum, aut pabulum jumentorum eo ferre, ubi maxima erat copia, cujuſmodi laus Aphrajim erat tribuenda; quaſi dicerent: Magicas artes tu ad oſtentandum veniſti in Ægyptum, ubi ars magica celebris eſt, & ubi longe peritiores Magi reperiuntur, quam tu? Eis igitur ſimili Proverbio Moſes reponebat:* In urbem olerum olera importa. *Eo enim res importandæ ſunt, ubi maxima eſt earum copia, cum illuc major hominum multitudo confluat ad paranda victui neceſſaria, & ex abundantia pretii mediocritas naſcatur.*

Fuerunt autem יוֹחָנָא וּמַמְרֵא Jochannà, & Mamrè *duo Magorum principes in Ægypto, qui Moſi Divina miracula coram Pharaone edenti reſtiterunt, eadem magicis artibus patrare conantes, quæ Moſes Dei juſſu, & virtute operabatur, de quibus mentionem injicit D. Paulus Apoſtolus* 2. ad Timoth. 3. 8. ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς, ϗ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ &c Quemadmo-

admodum autem Jannes, & Mambres reſtiterunt Moyſi, *juxta Vulgatam, de quibus in nullo alio loco Sacræ litteræ meminerunt.*

Non erit ab re de nominibus, conditione, perſonis, & geſtis Janne, & Mambre nonnulla addere. Itaque horum nomina diverſa ratione ſcripta invenies. Alterius enim nomen modo ſcribitur יוֹחָנָא*, vel* יוחַנָא*, vel* יוֹחָנֵי*; a Rabbinis vulgaribus* יוֹחָנֵי, יונוס, יָנִּים*; a Targamiſtis* יָנִיס*, vel* יַנֵּיס*. Singula hæc nomina corrupte derivantur a forma* יוֹחָנָן*, quæ idem eſt, ac* Ἰωάννης, Joannes. *In Vulgata Latina legitur* Jamnes, *quod eſt corruptum pro* Jannes. *Alterius autem nomen eſt* מַמְרֵא*, vel* מַמְרֵי*, quæ forma Talmudiſtis eſt in uſu. In* צֹהַר Tzoar *legitur* יוֹמְבְרוֹס*; in Targumiſtis* יַמְבְּרֵים*; Græce* Ἰαμβρῆς*. Hæ duæ ultimæ ſcriptiones derivantur a* מַמְרֵא *mutato* מ *in* י*, & inſerta littera* B. *Dicitur autem in* שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה*, hæc duo nomina in lingua vernacula eſſe* יואני ואמברוסיאו Johannes, & Ambroſius. *Quod vero ad eorum conditionem attinet, fuerunt duo filii Balaam arioli ex ſententia Hebræorum, qui id conjiciunt ex Numer. 22. 22. ubi legitur:* וְהוּא רֹכֵב עַל אֲתֹנוֹ וּשְׁנֵי נְעָרָיו עִמּוֹ *h. e.* Et ipſe inſidebat aſino ſuo, & duo pueri ejus erant cum eo; *quos clare, & aperte in ſuo Targum Jonathan nominat, inquiens:* וְהוּא רָכֵב עַל אַתָּנֵיה וּתְרֵין עוּלֵמוֹי יַנֵּיס וְיַמְבְּרֵיס עִמֵּיה *h. e.* Et ipſe inſidebat aſino ſuo, & duo pueri ejus Jannes, & Jambres cum eo. *Itaque duos pueros pro duobus filiis acceperunt. In Zohar Numer. fol. 90.* כיון דחמא לפינחס פרח באוירא ותרין בנוי עמיה יונוס ויומברוס *h. e.* Poſtquam vidiſſet *Balaam* Phinees, volavit per aerem, & duo filii ejus cum ipſo, Jonos, & Jombros. *Hinc apud D. Ambroſium,* Jamnes, & Jambres fratres erant Magi &c. *Vocantur autem ab Hebræis modo* רָאשֵׁי הַחַרְטֻמִּים capita magorum; *modo* רֵישֵׁי חַרְשַׁיָּא principes præſtigiatorum; *modo* רָאשֵׁי מְכַשְּׁפִים capita incantatorum. *Porro multa, ac varia ab iis geſta a Rabbinis narrantur. Præcipuum vero illud fuit, eos, cum Moſes coram Pharaone ſigna juſſu Dei ederet, verbis, & factis eidem reſtitiſſe, ut ſupra innuimus, conatoſque eſſe miracula omnia arte magica imitari, quæ Moſes virtute Divina patrabat. Rem illam a Rabbinis narratam fuſius* בַּעַל עָרוּךְ Baal Arùch *exponit:* כשבא משה למצרים באותות שנתן לו הקבה אמרו לו יוחני וממרי ראשי החרטומים אל פרעה: זו היא מלכתנו ואנו יכולין לעשות כן בלהטינו: ואתה דומה למי שמביא תבן לעפריים שהיא עיר תבואה וממנה שבר למקומות הרבה: ואיך יביא אדם אליה תבן: אמר להון אמרי אנשי למתא דירקא ירקא שקול: *h. e.* Quando venit Moſes in Ægyptum cum ſignis, quæ dederat ei Deus, dixerunt ipſi Jochane, & Mambre, capita præſtigiatorum Pharaonis Regis. Hoc eſt artificium noſtrum, & nos poſſumus ea præſtare præſtigiis noſtris. Tu autem ſimilis es ei, qui infert ſtramen in Aphrajim urbem frugum, unde etiam in alia plurima loca divenditur. Quo modo ergo

go poteſt aliquis ad eam urbem ſtramen, aut fœnum afferre? Reſpondit ipſis Moſes: dicunt vulgo homines: In urbem oleris olera inſerto. *A R. Salomone Proverbium ita explicatur*. In urbem, in qua creſcit oleris multum, inſerto etiam olus tuum, ut vendas. Eo enim confluunt multi homines ad emendum, ubi rerum copia ſuppetit. *Hac ratione clavum clavo, ut dicitur, Moſes truſit. Idem confirmatur in Medràs Tanchumà ſect.* כי תשא *his verbis:* ושני חרטומי מצרים עמהם ושמותם יונוס וימברוס שהיו עושין לפני פרעה כל אותם כשפים כמו שכתוב ויעשו וגו *h. e.* Et duo præſtigiatores Ægypti erant cum eis, quorum nomina ſunt Jonos, & Jombros, qui fecerunt coram Pharaone omnes iſtas magias, *ſicut ſcriptum eſt:* וַיַּעֲשׂוּ גַם הֵם חַרְטֻמֵּי מִצְרַיִם בְּלַהֲטֵיהֶם כֵּן Exod. 7. 12. Et fecerunt etiam ipſi præſtigiatores Ægypti præſtigiis ſuis ſic. *Hinc Apoſtolus:* Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς, καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ. Sicuti autem Jannes, & Jambre reſtiterunt Moyſi. *Quis autem dubitet, Apoſtolum Paulum Traditionem hanc hauſiſſe, cum Gamalielis Diſcipulus fuerit, & in rebus Hebraicis ab eodem inſtitutus? Tritam hanc hiſtoriam in Judæorum Scholis fuiſſe ſatis ſuperque evincunt Rabbinorum libri, qui de ea paſſim mentionem faciunt. Alia etiam contra Hebræos propter hos præſtigiatores facta recenſentur. In libro enim* זהר Zohar *dicuntur Jonos, & Jombros vitulum aureum conflaſſe; dicuntur a Jonathane Exod. 1. dediſſe conſilium Pharaoni Regi Ægypti, ut omnes maſculos Hebræorum recens natos occidi juberet, ut hac ratione Hebræorum natio penitus deleretur; omnino dicuntur eumdem Pharaonem hortati eſſe, ut Iſraelitas ex Ægypto fugientes inſequeretur. Hæc omnia non mediocriter prodeſſe poſſunt ad Apoſtoli locum citatum illuſtrandum.*

שָׁקַע Mergi. *De Sole*, occumbere: ſculpi in profundum. צורות מְשׁוּקָעוֹת figuræ in profundum ſculptæ: *oppoſitum* בּוֹלְטוֹת prominentes. שְׁקִיעָה occaſus Solis. שִׁקּוּעַ immerſio: depreſſio. שְׁקִיעָתָא, שִׁקְעָא aquæ, *aut* alterius liquoris ſedimentum: aqua ſubſidens: aquæ imminutio, & abſorptio in terram. שִׁקּוּעִין infuſiones, decocta medicinalia, *quibus herbæ, aromata, & alia immerguntur*. שְׁקִיעָה immerſio. *De Sole*, occaſus: שקיעת החמה occaſus Solis. *In precibus veſpertinis ita orant Judæi*. Sit voluntas tua, o Deus, ut ſicuti largitus es mihi videre Solem בזריחתה in ortu ſuo, ſic quoque largiaris mihi לראות בשקיעתה videre occaſum ejus.

שקר, שַׁקְרָן Mendax. *Fœm.* שַׁקְרָנִית. *Talmudiſtis* שַׁקְרָאִין mendaces, & שַׁקְרוּרָאִין excitantes ad mendacia.

ש״ר *Abbreviatura. Idem ac* שָׁלוֹם רַב Salus plurima. 2. שֵׁם רַע Nomen malum, fama mala. 3. שְׁמוֹת רַבָּא Gloſſa magna in Exodum.

שָׂרַט Cædere. שְׂרִיטָה linea, *ut chartæ, manuum, & ſimilium.*

שַׂרְטֵט, שִׂרְטֵט Lineas ducere. שִׂרְטוּטִין li-

lineamenta. שִׂרְטוּט amuſſis, regula. שָׂרַט cæſura. שְׂרִיטָה inciſio. שׂוֹרֶטֶת cæſura.

שרי Abbreviatura. Idem ac שֵׁם רְשָׁעִים יִרְקָב Nomen improborum putreſcat, ex Proverb. 10. v. 7. In Juchaſin de Sadoco, & Bajethoſo primis Sadducæorum capitibus uſurpatur. In Cabbala autem R. Abrahami fol. 33. legitur: על אילו נאמר זכר צדיק לברכה ועל המינים נאמר שם רשעים ירקב De illis, videlicet Iſraelitis juſtis, dicitur: memoria Juſti benedicta ſit: de Hæreticis vero dicitur: nomen improborum putreſcat.

שָׂרַק Parietem incruſtare, oblinere, cæmento obducere. Item labare, labaſcere. סָרַק, שְׂרַק, שִׂירְקָא, שְׂרִיקָה lubricitas. ſtibium, fucus. שְׂרוּקִים colorati, fuſci. שְׂרַקְרְקָא merops; nomen avis.

מַשְׁרוֹקִיתָא Fiſtula, tibia.

שָׁרַר Firmare, confirmare. שָׁרִיר firmum, ſtabile, ratum, conſtans. שְׁרִירוּתָא firmitas, veritas. שְׁרִירָאִית firmiter, conſtanter.

שָׂרַר Principatum gerere, adminiſtrare. שְׂרָרָה principatus. Hinc tritum illud: אין להיות לאדם שני שררות h. e. Non debent eſſe homini duo principatus, ſcilicet duo domini, vel principes; cum nemo debeat, vel poſſit duobus dominis eodem tempore ſervire.

שַׂר Princeps.

שֹׁרֶשׁ Radix, radicalis. אותיות שָׁרְשִׁיּוֹת litteræ radicales, quibus opponuntur שמושיות ſerviles. Grammaticis שֹׁרֶשׁ radix, thema, vox primitiva. Item fundamentum: ut שֹׁרֶשׁ דָּבָר radix rei, negotii fundamentum. שֹׁרֶשׁ שָׁכַחְתִּי rei præcipuæ oblitus ſum. Plur. שָׁרָשִׁים radices, articuli præcipui, quales ſunt articuli Fidei in Deum. שָׁרְשִׁי, שָׁרְשִׁית radicalis. שְׁרֵשִׁי, שְׁרוֹשִׁית eradicatio.

שָׂרַשׁ Utilitatem, commodum, lucrum afferre. אִשְׁתָּרַשׁ lucrari, lucrum, utilitatem, emolumentum, commodum percipere.

שַׁרְשִׁיפָא Sella: ſcabellum.

שש Abbreviatura. Idem ac שֵׁם שָׁמַיִם Nomen Cœlorum, h. e. nomen Dei Cælos inhabitantis. Cum ſervilibus בשש, לשש. 2. שְׁמוּאֵל שׁוּלָּם Samuel Sullàm. Nomen Rabbini, cujus ſtudio liber יוחסין Juchaſin a R. Abrahamo compoſitus primo Conſtantinopoli editus eſt.

שִׁשְׁבֵּן Sociavit. שׁוֹשְׁבִינִים ſocii, amici, ſodales. שׁוֹשְׁבִינוּת ſocietas. Vide pag. hujus Lexici 687. 688.

שת Abbreviatura. Idem ac שָׁעַת תְּפִלָּה Hora, tempus precationis. De tribus temporibus ſolennibus precum apud Hebræos vide pag. 379. hujus Lexici. 2. שׁוֹמֵעַ תְּפִלָּה Exaudiens preces. Solent Hebræi in fine precum dicere בא״י שת, h. e. בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה שׁוֹמֵעַ תְּפִלָּה Benedictus ſis, o Domine, exaudiens preces. 3. שֶׁמָּא תֹאמַר Forte dices, objicies. 4. שְׁלָמָא תִנְיָנָא Salus ſecunda. Adjiciunt fini Epiſtolarum, reſpondetque noſtro iterum vale.

שָׁתַן, הִשְׁתִּין, שֶׁתֶן Mingere. שֶׁתֶן urina: mi-

Digitized by Google

חשתנה mictio, urina.

שָׁתַף Immergere, immergendo abluere.

שָׁתַף Adjungere, aſſociare. *Pahel* שַׁתֵּף communicare, participem efficere, adjungere. *Ithpahel* הִשְׁתַּתֵּף conſociari. שׁוּתָף, מְשׁוּתָף Socius, cooperator. שׁוּתֶּפֶת ſocia. שׁוּתָּפוּת ſocietas, commercium, negotiatio communis. שׁוּתוּף idem. *Item* communicatio, æquivocatio. שֵׁם מְשׁוּתָּף nomen æquivocum, ambiguum, commune. שֵׁם מִשְׁתַּתֵּף idem. מִלָּה מְשׁוּתֶּפֶת vocabulum æquivocum. חוֹמֶר מְשׁוּתָּף materia communis, *ſcilicet* prima.

שְׁתוּת, שְׁתוּת Pars ſexta.

שָׁתַת Guttatim fluere, ſtillare.

שִׁיתְּסַר Sexdecim, decimus ſextus. *Componitur ex* שִׁית ſex, & עֲסַר decem.

INCIPIENTIA

ת A

ת *Littera fatalis in omnium fere Linguarum Alphabetis crucis, id eſt, patibuli figuram habet: modo radicalis, modo ſervilis eſt; inſervit Nominibus, & Verbis tum in principio, tum in fine. In numeris valet quadringentos. Adhibetur ad formandam ſecundam perſonam maſculinam, & ſecundam, ac tertiam perſonam Futuri fœmininam tum numeri ſingularis, tum pluralis.*

תאב תֵּאָב Deſiderare, concupiſcere, cupere, expetere, appetere. Pſal. 84. 3. *Participium* תָּאֵיבָא אֲנָא cupio ego. Ruth 1. 16. *Alii vertunt*, converſa ſum ego, *quaſi a* תוב. *Plur.* תָּאֲבִין deſiderantes. Hoſ. 13. 5.

תְּיאוּבְתָּא, תְּאוּבְתָּא, תְּיאוּבָא Deſiderium, concupiſcentia, appetitus. Gen. 3. 16.

תְּאָבוֹן Idem.

תאה *Hinc eſt Participium* וְתָאֵי & veniens. Gen. 27. 40. *in Targum Jonathanis. Quidam ex Hebræis vertunt* וּבָא & venit.

תְּאָה *Laſeris herbæ ſpecies. In Aruch ſcribitur* תויה. *Fortaſſe huc reſpexerunt* LXX. Iſa. 51. 20. תוא *reddentes* Betam.

תאט תֵּיאַטְרוֹן, תֵּיאַטְרוֹ, תְּיאַטְרוֹן, *Græce* θέατρον Theatrum. *Cum protheſi* א, אִתֵּיטְרוֹן Ezech. 27. 6. *Plur. cum aff.* תְּיאַטְרוֹנֵיכוֹן Theatra veſtra. Deuter. 28. 19. *in Jonathane*.

תאם תְּיוֹם, & תְּאוֹם, תְּאוֹמָא, תְּיוֹמָא Gemellus. *Plur.* תְּיוֹמִין gemelli, gemini: res gemellæ, geminatæ. *Fœm.* תְּיוֹמְתָּא gemella. *Cum aff.* תְּיוֹמְתֵּיהּ Gen. 4. 2. *in Jonathane. Sæpe pro* א *eſt* י *apud Rabbinos. In Maſora uſurpatur pro duabus vocibus, quæ in uno verſu continuo reperiun-*

tuntur, ut גֵּבִים, גֵּבִים 2. Reg. 3. 16. *Item* תְּאֹמִים Gemini, *ſignum Cæleſte*; *apud Rabbinos*.

תאן תְּאֵנָא, תְּאֵינְתָא, & תֵּינְתָא, תֵּינְתָא Ficus, *arbor & fructus*. *Plur.* תֵּינַיָּא, תֵּינִין, & תְּאֵינִין ficus.

תאר Definiri, delineari. Joſ. 18. 14.

תֵּיאַר Definire, deſcribere, denominare, *præcipue a forma*. הִתְאַר Denominari, deſcribi, determinari.

תֹּאַר Forma.

תּוֹרִיתָא Forma, figura, ſpecies.

תַּבַּב *Pahel*. Excitare, ſuſcitare. Iſa. 14. 23. dare, tradere. Jerem. 18. 21. proſternere, interficere. 2. Sam. 23. 8.

תבה תֵּיבוּתָא, תֵּיבוּתָא Area, capſa. Geneſ. 8. 13. Exod. 2. 3. 1. Sam. 6. 8.

תֵּיבָה, תֵּיבוּתָא Dictio, vox, vocabulum *apud Rabbinos Grammaticos*. *Plur.* תֵּיבִין, תֵּיבוֹת dictiones. *Hinc* רָאשֵׁי תֵּיבוֹת capita dictionum, *h. e. Abbreviaturæ compoſitæ ex litteris initialibus variarum vocum*: סוֹפֵי תֵּיבוֹת fines vocum, *h. e. Abbreviaturæ ex ultimis dictionum litteris factæ. Maſorethæ pro* תֵּיבָה *uſurpant etiam* תֵּיבוּתָא, *& in numero plurali* תֵּיבוּתָן voces. *Ex R. Elia olim interceſſit diſcrimen inter* מִלָּה, & תֵּיבָה, *quæ utraque dictio* vocem *ſignificat, ita ut* מִלָּה *adhibita ſit de voce, quæ proferebatur;* תֵּיבָה *autem de voce ſcripta. Id autem apud Auctores non animadvertitur, ſed utriuſque uſus promiſcuus eſt.*

תֵּבֵל Orbis, terra habitabilis. Iſa. 14. 21. *In* יַלְקוּט JalKùt *Proverb. cap.* 8. *v.* 31. *de hoc nomine terræ Iſrael accommodato legitur:* למה נקרא שמה תבל היא מתובלת מכל ארצות *h. e.* Quare vocatur nomen ejus תֵּבֵל? quia eſt מתובלת condita præ omni terra. Aliæ enim terræ omnes ita comparatæ ſunt, ut, quod in una eſt, non ſit in alia; ſed in terra Iſraelis nihil deſideratur, ut dicitur Deuter. 8. 9. לֹא־תֶחְסַר כֹּל בָּהּ Non indigebis in ea ulla re. *Vel* נקרא שמה תבל על שם תבל שבתוכה ואיזה זה תורה *h. e.* vocatur nomen ejus תֵּבֵל propter תֶּבֶל condimentum, quod in ea eſt: Quodnam autem eſt illud? Lex, ſicuti dicitur Thren. 2. 9. בַּגּוֹיִם אֵין תּוֹרָה *h. e.* In gentibus non eſt Lex. *Ex quibus omnibus Hebræi inferebant, Legem eſſe in Iſrael. R. Salomon etiam ad dictionem* תֵּבֵל Orbis Iſa. 24. 4. *reliquit ſcriptum* היא ארץ ישראל שהיא מתובלת במצות הרבה *h. e.* Intelligitur terra Iſraelis, quæ eſt condita præceptis multis.

תַּבֵּל Condire. *Per metaphoram uſurpatur etiam de aliis rebus, quæ ſunt extra ſenſum guſtus, ut apud Latinos:* condire hilaritatem triſtitia.

תֶּבֶל Condimentum. *Plur.* תַּבְלִין condimenta. *In* בבא בתרא *legitur:* ברא הקבה יצר הרע ברא לו תורה תבלין *h. e.* Creavit Deus concupiſcentiam malam, creavit etiam ipſi Legem in condimentum. כמו התבלין המנעימין את המאכל *h. e.* Sicut condimenta ſuavem reddunt cibum. *In*

Eta-

Digitized by Google

עֲרָכִין Erachìn *fol.* 13. Adoleſcentuli Levitæ non canebant nablio, neque cithara, ſed ore, כדי ליתן תבלין בנעימה, ut darent condimentum ſuavitati, *h. e.* ut graciliori ſua voce condirent graviorem Levitarum ſeniorum cantum.

תּוּבְלָא Spica. *Hieroſolymitane, pro Hebræo* שִׁבּוֹלֶת.

תּוּבְלְיָא Funis. *In Tractatu* נדרים Nedarim *fol.* 89. *legitur hujuſmodi Proverbium:* רָהֵיט בְּגַפָּא וְתוּבְלְיָא וְלָא מָצֵי לְמִיתְנָא *h. e.* Curris per ſcalam, & funem, nec poteſt quicquam diſcere. *De iis uſurpatur, qui omnes vires, omnes conatus adhibent, & velis, remiſque contendunt nulli labori parcentes, ut aliquid conſequantur, ſed oleum operamque perdunt, aerem verberant, littus arant, nullum fructum, nullum præmium ex improbis laboribus ſuis reportantes. Inde autem Proverbium natum, quia ſolebant olim agricolæ per ſcalam in arbores aſcendere, & per funes decerptos fructus demittere, vel eos non reperientes vacua caniſtra cum indignatione projicere.*

תַּבְלָלָא Limax. Pſal. 58. 9.

תּוּבְלַיָא, תּוּבְלִין Spicæ. Gen. 41. 7. *in Jonathane.*

תִּבְנָא, תֶּבֶן Palea, ſtramen. Geneſ. 24. 25. Ezech. 13. 10.

הִתְבֵּן Stramine conſpergi.

מַתְבֵּן Straminarium. *Locus reponendo ſtramini inſerviens. In* פסחים *fol.* 8. *legitur:* ורפת בקר ומתבן ולולין Et ſtabulum boum, & ſtraminarium, & gallinaria non habent opus inquiſitione fermenti, *h. e. non ſunt ſubjecta inquiſitioni fermenti.*

תְּבַע Quærere, inquirere, requirere, repetere, exigere, poſcere, poſtulare, interrogare. Deut. 22. 2. Iſa. 19. 3. *Hinc illa Juris ſententia:* אין המפקיד יכול לתבוע את הפקדון *h. e.* Depoſitor non poteſt repetere depoſitum, niſi in loco, ubi depoſuit illud. *Speciatim,* exigere pœnam, vindicare, ulciſci. *Ithpehal* אִתְּבַע inquiri. Eſth. 2. 23.

תְּבִיעָה Exactio, petitio, repetitio debiti, *aut alterius rei.*

תְּבַר Frangere, confringere, diffringere, effringere, perfringere, perrumpere, diſrumpere. Jerem. 28. 12. Ezech. 6. 9. *Metaphorice,* animo frangi, terreri. *Pahel* תַּבַּר idem. Job 7: 9. *Ithpehal* אִתְּבַר, *vel Ithpahel* אִתַּבַּר confringi. Exod. 22. 10. Jerem. 50. 23. Iſa. 38. 13.

תְּבִירָא, תְּבִיר Fractum, confractum, diſcerptum. *Subſtantive,* fractio, confractio, contritio. Iſa. 60. 18. Pſal. 124. 6. *Plur.* תַּבְרַיָא, תַּבְרִין fractiones.

תְּבָרָא, תַּבְרָא, תְּבַר Fractio, fractura, confractio, ruptura, contritio. Levit. 21. 19. & 24. 20. Prov. 16. 18. Iſa. 51. 19. *Plur.* תַּבְרַיָא confractiones. Job 41. 16.

תְּבוּר Idem. Iſa. 30. 13.

תְּבִירוּת Idem. Thren. 3. 65.

מַתְבְּרָא, מַתְבַּר Sella parturientium. Exod. 1. 16. 2. Sam. 22. 5. Hoſ. 13. 13.

מַתְבְּרִין Fluctus. Pſal. 42. 8.

תָּג, תָּגָא Corona, diadema. Eſth. 2. 17. 19. Cant. 3. 11. *Plur. conſtr.*

co-

Digitized by Google

תגי coronæ. Eſth. 1. 3.

jus, non autem qood iſta figura, ſeu imago loqueretur, quod fuit impoſſibile, cum
ſermo non poſſit fieri niſi per orgaoa, quæ Deus in natura poſuit. *Apud R. Salomonem*
in Commentariis 2. Reg. 23. 24. *hæc de Teraphìm leguntur:* תרפים צלמים שמדברים
h. e. על ידי כשפים והעושה אותן צריך לכוין שעה אחת ושנה אחת ראויה לכך:
Teraphìm fuerunt imagines, quæ loquebantur per artes magicas. Qui faciebat eas,
opus babebat reſpicere horam certsm, & annum certum, convenientem ad id. *Tera-*
phìm antem reſponſa petentibus dediſſe, colligitur ex aliis ejuſdem R. Salomonis verbis. Ad
vocem enim תרפים Teraphìm Ezech. 21. 21. *ſcriptum reliquit:* הוא צלם המדבר
h. e. במכשפות ויש שנה מסנת שאם עושהו באותה שעה יש בו רבור לעולם:
Teraphìm eſt imago loquens per artem magicam, eſtque hora certa diſpoſita, qua ſi
confecerit eam, eſt in ea ſermo perpetuus. *Clarius ad* Hoſ. 3. 4. תרפים הם צלמים
הנעשים בכוון שעה אחת העשויה לכך ומדברים מאליהם ומגידין נעלמות וזו
ולית אפור ומחוי: *h. e.* Teraphìm ſunt imsgines factæ certa inteorione horæ alicujus
ad id diſpoſitæ, & ſic loquontur ex ſeipſis, & annuntiaot occulta. Hinc Jonathao in-
terpretatus eſt illud: *Et non eſt Ephod, neque indicans*, videlicet futura, *vel* occulta.
Sic R. David ad 2. Reg. 23. *v.* 24. *ait:* התרפים הם צלמים עשרים לרעת עתירות
h. e. Teraphìm ſuot imagines ad cognoſcendum ex eis futura. *Idem R. David diverſas*
Interpretum opiniones de Teraphìm affert in medium in Commentariis 1. Sam. 19. v. 13. התרפים
יש מפרשים כי הם עז כמו התרפים אשר ללבן שגנבתם רחל ולבן עבד עז
היה כמו שאמר לה למה גנבת את אלהי וחלילה חלילה שהיה בבית דוד עז ויש
אומרים שהוא כלי הנחשת העשוי לרעת חלקי השעות ויראו בהם העתירות
במשפט המזלות וזה יתכן ברבר לבן אבל ברבר מיכל הוא קשה לפרש למה
שמה אותם במטה מקום דוד ואותו הכלי אינו בתכונה הזאת: *h. e.* Teraphìm qui-
dam Interpretes volunt eſſe Idola, ſicut fuerunt Teraphìm Labanis, quæ furata fuit
Rachel. Laban fuit Idololatra, juxta id, quod dixit ad eam: Quare furata es Deos
meos? abſit, abſit, quod fuerit io domo Davidis Idolum. Quidam dicuot fuiſſe inſtru-
mentum æreum, eo factum, ut videreotur in eo partes horarum, ſimul etiam futura
beneficio aſtrorum. Id poſſit convenire negotio Labaois, ſed in oegotio Micholis gra-
ve eſt explicare, quare poſuerit ea in lecto io loco Davidis, cum iſtud inſtrumeotum
plane non fuerit ad hanc diſpoſitionem accommodatum. *Hæc omnia, & alia hujuſmodi*
certe Hebræi hauſerunt, & ſumpſerunt ex antiquiſſimo Scriptore R. Eliezer, qui filius Hirca-
ni vulgo dicebatur R. Eliezer גרול Magnus, & *κατ' ἐξοχὴν in* גמרא Ghemarà *appellatur*
R. Eliezer. Ejus uxor fuit ſoror Rabbàn Gamalielis ſecundi, qui fertur fuiſſe præceptor D.

Pau-

Pauli Apoſtoli. Præceptorem habuit R. Jochanàn Ben Zaccài, qui ex Urbis Hieroſolymitanæ vaſtitate ſuperſtes Jabne pervenit, ibique Synagogæ per quinquennium Rector fuit, & in ejus locum ſuffectus eſt Rabbàn Gamaliel ſecundus, cujus ſororem Matrimonîi vinculo ſibi conjunxerat. R. itaque Eliezer in Capitulis Labanis hiſtoriam texens hæc de תְּרָפִים Teraphìm *cap. 36. habet:* ומה הן התרפים שוחטים אדם בכור ומולקין את ראשו ומולחים אותו במלח ובשמן וכותבין על ציץ זהב שם רוח טומאה ומניחין אותו תחת לשונו ונותנין אותו בקיר ומדליקין נרות לפניו ומשתחוים לו והוא מדבר עמהם: ומנין שהתרפים מדברים שנאמר כי התרפים דברו און לפיכך גנבתם רחל שלא יגידו ללבן שברח יעקב: *h. e.* Quid ſunt Teraphìm? Mactabant hominem primogenitum, & avellebant caput ejus, & ſaliebant illud ſale, & oleo, ſcribebantque ſuper laminam auream nomen ſpiritus cujuſdam immundi, & ponebant illam ſub lingua ejus. Poſtea ponebant caput illud ad parietem, & incendebant lampadas coram eo, & procumbebant coram ipſo, ſicque loquebatur ſimulacrum illud cum eis. Unde autem probatur, Teraphìm locuta fuiſſe? ex eo, quod dicitur: *Teraphìm loquuntur vanitatem*. Zach. 10. 2. Propterea furata eſt ea Rachel, ne indicarent Labano, fugiſſe Jacobum. *A R. autem Eliezer in ſuam paraphraſin Chaldaicam pæne ad verbum tranſtulit Jonathan* Geneſ. 31. 19. וְלָבָן אֲזַל לְמִגַז עָנֵיה וּגְנַבַת רָחֵל יַת צַלְמַנַיָא דַהֲווֹן נָכְסִין גַּבְרָא בוּכְרָא וְחָזְמִין רֵישֵׁיה וּמָלְחִין לֵיהּ בְּמִלְחָא וּבוּסְמָנִין וְכָתְבִין קוּסְמִין בְּצִיצָא דְדַהֲבָא וִיהָבִין תְּחוֹת לִישָׁנֵיה וּמְקִימִין לֵיהּ בְּכוּתְלָא וּמְמַלֵּל עִמְּהוֹן וְאִלֵּין הִנּוּן דַהֲוָה גָחִין לְהוֹן אֲבוּהָא: *h. e.* Et Laban iverat ad tondendum oves. Interea furata eſt Rachel imagines. Nam fuerunt mactantes virum primogenitum, cujus avellebant caput, & ſaliebant ſale, & aromatibus, ſcribebantque divinationes in lamina aurea, quam ponebant ſub lingua ejus, erigebantque ad parietem, & tunc loquebatur cum eis. Hæ fuerunt (*imagines*) iſtæ, coram quibus procubuerat pater ejus. *De Teraphìm autem* מִקְרָא Sacra Scriptura *in quindecim locis mentionem facit, videlicet* Geneſ. 31. v. 19. 34. 35. Judic. 17. v. 5. & 18. v. 14. 17. 18. 20. 1. Sam. 15. v. 23. & 19. v. 13. 16. 2. Reg. 23. v. 25. Ezech. 21. v. 21. *aliis* 26. Hoſ. 3. 4. Zach. 10. 2.

תָּרַץ Dirigere, aptare, accommodare. Prov. 11. 6. dirigere ſe. Job 33. 27. recta ire, pergere, contendere: corrigere, emendare. *In Præfatione Teſtamenti Viennenſis de erratis typographorum. Pahel* תָּרֵץ dirigere, recta deducere, rectum facere, æquare. Pſal. 5. 15.

תָּרֵץ *Pahel apud Rabbinos* quæſtionem dubiam, *aut* objectionem propoſitam ſolvere, & explicare.

תָּרְצָן, מְתָרֵץ Reſpondens, ſolvens objectionem.

תירוץ Solutio, explicatio: reſponſio argumento contrario.

תְּרִיץ Rectus, rectum, integer. Job 1. 1. & 23. 7. *Plur.* תְּרִיצִין recti. Exod. 23. 8. *Fœmin.* תְּרִיצְתָא, תְּרִיצָא recta. Pſal. 45. 7. *Plur.* תְּרִיצָתָא, תְּרִיצָן rectæ. Pſal. 75. 3. Prov. 2. 13.

תְּרִיצוּתָא, תְּרִיצוּת Rectitudo, æquitas, integritas. Job 33. 3. 1. Reg. 9. 4.

תִּירוּצָא Idem. Pſal. 96. 10. & 98. 5. & 111. 8.

תְּרִיצָא Idem. Pſal. 26. 12. & 37. 37.

תִּירוּצָא Idem. Pſal. 98. v. ultimo.

תְּרִיצָאִית Recte. Prov. 23. 31.

תְּרִיצוּתָא, תְּרִיצוּת Idem. Prov. 15. 21. Job 33. 3. 1. Reg. 9. 4.

תרק

תַּרְקִיָא Turcia, *ut arbitratur Elias* Geneſ. 10. 2. *In Targum Hieroſolymitano. Item nomen lapidis pretioſi, vulgo* Achates. Exod. 28.

תַּרְקַבָּה, תַּרְקַב Modius. *Ex R. Salomone fuit menſura trium ſatorum, ſive dimidii Seà.* תרקבא דדינרי עיילא ליה *h. e.* Modium denariorum, *ſive* pecuniarum afferebat ipſa ei: ולא מקדשין בפחות מתרקבא דדינרי *h. e.* Et non deſponſant uxorem pauciori pecunia, quam tribus Seis, *ſive* Satis denariorum. שקול תרקבה דדינרי *h. e.* Accipe modium pecuniæ. *Ex aliorum opinione* תרקבה *ſunt duo Cabi, quaſi* תרי קבין. *At R. Salomonis Gloſſa conſtanter dictionem* תקרבה *explicat* תרי קב Duo Cabi, & unus, *h. e. tres Cabi, qui unum Seà conſtituunt. In* בראשית רבא Bereſcit Rabbà ſect. 15. שׁוֹתֶה תַּרְקַב Bibit modium. *Gloſſa* תרקב, eſt ſexageſima pars Cori. Corus habet triginta Seas, & dimidia Seà eſt ſexageſima Cori. *Sit itaque hac de re judicium penes lectores.*

תַּרְקְלִין Triclinium.

תַּרְקוֹשׁ *Vaſis genus.*

תַּרְתֵּיסַר, תַּרְתֵּיסְרֵי Duodecim. *Componitur ex* תַּרְתֵּין duo, & עֲסַר decem. תַּרְתֵּיסְרֵי שְׁנִין Duodecim annis. Geneſ. 14. 4. *in Targum Hieroſolymitano.*

תַּרְתַּק Aſinus. *Hoc nomine ab Hivvæis populis vocabatur* חֲמוֹר aſinus, & *canis* נִבְחָן latrans.

תשב

תּוֹשַׁב, תֶּשֶׁב Tosàb. *Urbis nomen, ubi natus Elias Propheta. De ea mentionem injicit Chaldæus Paraphraſtes* 1. Reg. 7. 1. וַאֲמַר אֵלִיָּהוּ דְּמִתּוֹשַׁב Et dixit Elias, qui fuit ex urbe Tosàb.

תִּשְׁבִּי Tisbites. *Qui ortum trahit ex urbe Tisbì. Sic Hebraice* 1. Reg. 17. 1. וַיֹּאמֶר אֵלִיָּהוּ הַתִּשְׁבִּי Et dixit Elias Tisbites. *Chaldaice dicendum eſſet* תֻּשְׁבִּי Tosbites. *Per primam Cabbalæ ſpeciem dictam* גִּימַטְרִיָּא Ghematriam *vox* תִּשְׁבִּי, *numerorum ratione habita, valet* 712. *Quamobrem Lexicon parvum Rabbinicum ab Elia Levita Germano compoſitum hoc nomine* תִּשְׁבִּי Tisbì *nuncupatur, quia in eo* 712. *dictiones Rabbinicæ exponuntur. Ideo autem hoc nomen Lexico impoſuit, quia Eliæ Prophetæ cognomen fuit, nominique ſuo optime convenire eſt arbitratus:*

תְּשַׁע,

תִּשְׁעָא Novem. Geneſ. 5. 5. *Fœm.* תְּשַׁע, תִּשְׁעָתֵי novem:

vem: nonus, nona, nonum. 2. Reg. 25. 3. *Plur.* תִּשְׁעִין nonaginta. Geneſ. 5. 9.

תְּשִׁיעָאָה, תְּשִׁיעַי Nonus. Num. 1. 60. Hag. 2. 18. *Fœmin.* תְּשִׁיעֵיתָא nona. Levit. 25. 22.

תְּשַׁשׁ Languere, debilem, infirmum eſſe. *Ithpehal* אִתְּתַשׁ Debilitari. *In Jonathane* Deuter. 9. v. 28. מִדְאִתְּתַשׁ חֵילָא מִן קֳדָם יְיָ Eo quod debilitata eſt virtus Domini. *Poteſt etiam derivari a Verbo* תּוּשׁ. *In Bibliis Regiis, ex alia forma legitur* אֲרוּם אֲתַשְׁשִׁנּוּן Nam infirmabo eos, *vel* vires ipſorum contundam. Pſal. 118. 10. 11. 12. *pro Hebræo* כִּי אֲמִילַם Nam exſcindam eos.

תְּשִׁישׁוּת Infirmitas, debilitas, ægritudo. *Hinc illud apud Rabbinos:* זהו סבת החולי ותשישות הכח *h. e.* Illud cauſſa morbi eſt, & debilitatis virium.

תַּשׁוּת. תָּשׁוּת Idem.

תְּשׁוּשִׁים Debilitati, proſtrati: תְּשׁוּשֵׁי כֹחַ Proſtrati viribus.

תתב תּוּתַב, תּוּתְבָא Veſtis, veſtimentum. *Illud Geneſ. 22. v. 26.* הִיא שִׂמְלָתוֹ לְעֹרוֹ *vertitur a Jonathane*, הִיא חֲלוּק תּוּתְבֵיהּ Illud eſt induſium veſtimenti ejus, quod hæret cuti ejus. *In Tractatu* שבת *legitur Proverbium, quod vulgo in ore Hebræorum eſſe ſolet, ut ſibi invicem animos addant ad mercaturam exercendam.* בְּמָתָא שְׁמָאִי בְּלָא מָתָא תּוּתְבָאִי In urbe mea nomen meum, in urbe non mea veſtimentum meum. *Nimirum, donec in patria manſeris, honeſtum nomen honorem tibi, & reverentiam conciliabit, ſine ullo externo luxu, & aliis externis, cum res tuæ civibus tuis ſint manifeſtæ; at ſi peregre abeas, cum ignotus omnibus ſis, externis ſubſidiis indigebis, veſte ſplendida, liberalitate, & ſimilibus, ad honorem, & dignitatem non ſolum comparandam, ſed etiam augendam.*

תתר תּוּתָרִין Compedes, nodi, vincula, *ad pedes binos equorum alligandos, ne fugiant, neve a furibus abigantur. Solent etiam dici* לְבוּבִין. *Hinc* גְּמָרָא Ghemarà, *explicans illud* מִשְׁנָה Miſnà *Tractatu* שבת *fol.* 53. זְכָרִים יוֹצְאִים לְבוּבִין Arietes egrediuntur copulati, *vel* colligati compedibus, *habet:* מאי לבובין אמר רב הונא תותרי Quid eſt לבובין? Dixit Raf Huna, idem ac תותרי. *R. Salomon autem in Gloſſa exponit,* קו"לא שמחברים אותו בקשר שנים שנים שלא יברחו *h. e.* Copula, qua conjungunt in ligam bina, ne fugiant. *Item* תּוּתָרִין ſunt lanæ flocci ſtercore infecti. *De iis poſt loturam ovium a paſtoribus evulſis ſolent ovium domini controverſiam excitare, cum paſtores eos ad ſe pertinere velint, domini autem ſuos eſſe contendant. Hinc in* מציעא *fol.* 68. כִּי פְּלִיגֵי בְּנִסְיוּבֵי וְתוּתְרֵי *h. e.* Sed diſceptant de ſero lactis, & floccis lanæ evulſis.

תּוּתְרָנִית Mulier naris obſtructæ, *quæ propterea odoratus ſenſu caret, nec quicquam odorari poteſt.*

Digitized by Google

DICTIONES EX RABBINIS.

תא *Abbreviatura. Idem ac* תַּרְגּוּם אַחֵר Targùm aliud. Targùm, *h. e.* Tranſlatio, paraphraſis Chaldaica. *De paraphraſibus Chaldaicis vide Diſputationem huic Lexico præmiſſam.* 2. תַּרְגּוּם אוּנְקְלוֹס Targum OnKeloſi, *vel* OnKeli. *Vide Diſputationem noſtram huic Lexico præmiſſam. Huic abbreviaturæ præponuntur litteræ ſerviles, ut* שתא, בתא.

תאם *Abbreviatura. Idem ac* תְּהִלִּים, אִיּוֹב, מִשְׁלֵי, Pſalmi, Job, Proverbia. *Maſorethis frequens. Crebro occurrit tranſpoſitis litteris, ut* אמת.

תאם, תְּאֹמִים Gemini, *ſignum Cœleſte.* Gemelli, gemini: res gemellæ, combinatæ, geminatæ. *Sæpe pro* א *legitur* י. *In Maſora ſumitur pro duabus vocibus geminatis, quæ ſtatim repetuntur, ut* גֵּבִים גֵּבִים 2. Reg. 3. 16.

תאר תּוֹאַר Forma. *Apud Grammaticos* שֵׁם תּוֹאַר nomen formæ, formale, concretum; adjectivum: denominaos: שֵׁם הַמְּתוֹאַר Nomen denominatum. שֵׁם הַתּוֹאַר Nomen appellativum, & commune, *quod* nomini proprio *opponitur, quod vocatur* שֵׁם הָעֶצֶם. *Eſt autem* תּוֹאַר *apud Theologos* Attributum, Epithetoo; *ut* תּוֹאֲרֵי הַשֵּׁם Attributa, Proprietates Dei. *Hinc* תּוֹאָרִים עַצְמִיִּים Attributa eſſentialia, *a Talmudicis dicta* מִדּוֹת אֱלֹהִים Menſuræ Dei. תּוֹאֲרֵי הַחִיּוּב Attributa affirmativa. תּוֹאֲרֵי הַשְּׁלִילָה *vel* תּוֹאָרִים שְׁלִילִים Attributa negativa. תָּיֵר Denominare a forma, formare. מְתוֹאָר Denominatum, conjugatum. אִתְתָּאַר Denominari, *a forma proprie*, informari. בְּתֹאַר Formaliter.

תב *Abbreviatura. Idem ac* תִּשְׁעָה בְּאָב Noous dies menſis אב *h. e.* Julii. *Cum hoc die Templum ſecundum vaſtatum dicatur, Judæi magnam triſtitiam præ ſe ferunt, jejunant, ſine calceis per Synagogam incedunt, & preces recitant.*

תֵּיבָה, תֵּבָה Dictio, vox, vocabulum, *ſcriptum proprie.* רָאשֵׁי תֵיבוֹת capita dictionum; Abbreviaturæ ex prima vocum littera conſtitutæ, *quæ paſſim in hoc Lexico collocatæ, ſicuti* סוֹפֵי תֵיבוֹת ſioes dictionum *in littera* ס *ſimul poſitæ pag.* 348.

תבכ כבב *Abbreviatura. Idem ac* תְּפִלָּה בְּלֹא כַוָּנָה כְּגוּף בְּלֹא נְשָׁמָה Precatio ſioe voluntate eſt ſicut corpus ſine anima. *Solet hæc abbreviatura Synagogarum parietibus inſcribi.*

תבל תָּבַל Condire cibos, *aliquid pinguedine, aromatibus, vel aliis rebus guſtui ſuavibus ſapidius reddere. Per metaphoram ad alia etiam transfertur ad guſtus ſenſum non pertinentia, quemadmodum Verbum Latinum uſurpatur, ex. g.* triſtitiam hilaritate condire. תִּבּוּל Condimentum. מְתֻבָּל Cooditum. תַּבְלִין Condimenta ciborum, cibi conditi.

תבע תָּבַע Exigere, repetere, poſtulare, pe-

tere aliquid ab altero jure, *veluti debitum, depoſitum, mercedem.* תְּבִיעוֹת Poſtulationes, exactiones.

תג *Abbreviatura. Idem ac* תְּנוּעָה גְּדוֹלָה Motio magna, *h. e.* vocalis longa. *Apud Grammaticos in uſu.* 2. תְּקִיעָה גְּדוֹלָה Clangor magnus. *In Minaghim, & Ritualibus Hebræorum occurrit, ubi deſcribitur modus clangendi in Feſto Novi anni.*

תָּג, תָּגָא Corona: apex, virgula *ad ornatum litteræ adjecta.* Cant. 3. 11. *Plur.* תָּגִין coronæ: apices. *Septem* תָּגִין apices *habet littera* ש *ad innuendum, ſepties in die cadere juſtum, & reſurgere, ſeptemque afflictiones venire ſuper eum, & ex illis liberari. Id animadvertitur ad Geneſ. 46. v. 2. ad vocem* לְיִשְׂרָאֵל *in Pentateucho cum triplici Targum. De his apicibus litteris addendis vide, ſi placet, Maimonidem de* תְּפִלִּין Tephilim *cap. 2. & Epbodium in præfatione Grammatica.*

תָּדִיר Aſſiduus, jugis, continuus.

תְּדִירָא Jugiter, ſemper: juge, perpetuum. Exod. 30. 8. הִתְדִּיר Jugiter aliquid facere.

תה *Abbreviatura. Idem ac* תְּקוּמַת הַמֵּתִים, *vel* תְּחִיַּת Reſurrectio, *aut* revificatio mortuorum. 2. תְּפִלַּת הַדֶּרֶךְ Precatio viæ, *h. e.* iter facientium.

תָּהָה Dolere, dolore, pœnitentia duci.

תו *Apud Chronologos* תו *eſt* תְּחִלַּת principium, *&* ו *eſt* ſex, *videlicet, principium horæ ſextæ, & initium perpetuum TeKuphæ, ſive Æquinoctii verni menſis Martii.*

תוב, *& per apocopam* תו Præterea, denuo, adhuc, deinceps, porro, amplius, iterum, rurſus: *ex* שׁוּב, *quod ſupra poſitum. Hieroſolymitane adhibetur pro* עוֹד *Hebraico. Sic* עוֹד *in Jobo, Pſalmis, & Proverbiis ſemper transfertur. In lingua Hieroſolymitana extat compoſitum* תּוּבָן iterum propter nos, *pro* תּוּב בָּן.

תובב *Abbreviatura. Idem ac* תִּבָּנֶה וְתִתְכּוֹנֵן בִּמְהֵרָה בְּיָמֵינוּ Ædificetur, & erigatur cito in diebus noſtris, *nempe Jeruſalem urbs Sancta. Interdum legitur ſubjectum nomini* צִפַּת, *quo Jeruſalem intelligitur, vel ſimpliciter, vel per abbreviaturam, pro* צְבִי, תִּפְאַרְתּוֹ, *vel* פְּאֵר תִּפְאַרְתֵּנוּ, *ſicuti terra Iſraelis vocatur* אֶרֶץ צְבִי Dan. 8. 9. Pſal. 48. 3.

תּוֹךְ, מִתּוֹךְ Propterea, idcirco, quia. מִתּוֹךְ כָּךְ Interim, interea, propterea, idcirco.

תושלב״ע *Abbreviatura. Idem ac* תַּם וְנִשְׁלַם שֶׁבַח לָאֵל בּוֹרֵא עוֹלָם Abſolutum, & perfectum eſt; laus ſit Deo creatori Mundi. *Fini librorum adjicitur. Aliquando etiam ſcribitur* תנש לבוע.

תח *Abbreviatura. Idem ac* תַּלְמִיד חָכָם Diſcipulus Sapientis; Sapientiæ ſtudioſus; Philoſophus; Sapiens. *In plurali numero* תַּלְמִידֵי חֲכָמִים. *Solebant antiqui Hebræi ſe non ſapientes, ſed ſapientum diſcipulos appellare.* 2. תָּא חֲזֵי Veni, vide. *In Zohar crebro occurrit.*

תָּחַב Figere, infigere. *Niphal* נִתְחַב Infigi.

תחל, הִתְחִיל Incipere, exordiri, inchoare.

re. תְּחִלָּה Principium, exordium. אַתְחַלְתָּא Idem. *Apud Talmudiſtas.*

תָּחַם Terminare, determinare, definire. תְּחוּם Terminus, finis, confinium, limes. תְּחוּם הַשַּׁבָּת Terminus Sabbati, *qui continebat bis mille paſſus, quod Rabbini eliciunt, & colligunt ex* Joſ. 3. 4. *Hoc viæ ſpatium die Sabbathi licet conficere. Apud Rabbinos autem definitur, licet in Lege Moyſis id non fiat.* In *Novo Teſtamento Act.* 1. 12. *appellatur* Σαββάτου ὁδὸς, *h. e.* iter Sabbathi. *Iſtum paſſuum menſuram colligunt ex Exodi* 16. *v.* 29. Ne exeat ullus e loco ſuo die ſeptimo. *Hinc ibidem R. Salomon ait* אלו אלפים אמה ולא במפורש שאין תחומין אלא מדברי סופרים *h. e.* Hi ſunt bis mille cubiti, ſed non definite. Nam termini non ſunt niſi ex ſtatutis Scribarum. *Majemon vero parte* 1. *Tractatu de Sabbato cap.* 27. Ex ſtatutis Rabbinorum eſt. Homo ne egrediatur extra urbem, niſi ad bis mille cubitos, ultra bis mille cubitos exire prohibitum eſto. Nam bis mille cubitis conſtabat ſuburbium. *Hinc colligitur verborum* e loco ſuo *ſententia, h. e.* ex urbe ſua, quam incolit. *Urbis nomine ſuburbium intelligitur, cujus ſpatium ab urbe fuit bis mille cubitorum.* Suburbana ſint pecoribus, ac jumentis, quæ a muris civitatum forinſecus per circuitum mille paſſuum ſpatio tendentur. Num. 35. v. 3. & 4. *In Targum Ruth* 1. 16. *legitur.* אִתְפַּקַּדְנָא לְמִטַּר שַׁבַּיָּא וְיוֹמֵי טָבַיָּא וְלָא לְהַלָּכָא בַּר מִתְּרֵין אַלְפִּין אַמִּין Præceptum accepimus ad obſervandum Sabbatum, & dies feſtos, ut non ambulemus (*in Sabbatho*) plus quam bis mille cubitos.

עֵרוּב תְּחוּמִין Mixtio terminorum. *Termini, ſive ſpatia viarum longiora miſcebantur Sabbathi cauſſa, ut plures ultra terminum Sabbathi a ſe invicem diſtantes Sabbatho convenire poſſent ſine violatione Sabbathi. Mixtio illa fiebat, poſito in veſpera Sabbathi integro pane, vel etiam alio cibo, in medio viæ, loco aliquo deſtinato, & commodo, ut iter faciens ibi prandium Sabbathinum ſumeret, quod perinde habebatur, ac ſi ibi domum ſuam habuiſſet, ac domi ſuæ comediſſet. Proinde ab eo loco licebat ipſi bis mille alios cubitos, ſive greſſus numerare uſque ad locum ſibi propoſitum. Sic terminus Sabbathi legitimus, & ordinarius miſcebatur cum termino longiore. Requiritur ergo cibus duplicis prandii; primum in loco mixtionis ineunte Sabbatho, alterum in die ipſius Sabbathi, ut ſic ulterius progredi poſſit. Sic etiam miſcentur plura atria, & domus, ut cibus plurium hominum, in uno clibano coctus, poſſit deferri a quolibet in locum ſuum. In ea mixtione requiritur panis integer, ut docet Majemon Parte prima, Tractatu* ערובין Eruvin *cap.* 1. אין מערבין בחצירות אלא בפת שלימה בלבד Non miſcent in atriis, niſi cum pane integro dumtaxat. *Hæc autem mixtio terminorum fiebat dumtaxat ob aliquod opus bonum, & præceptum Legis. Extat de his mixtionibus liber integer in Talmud inſcriptus* עֵירוּבִין, *qui a Majemonide per Aphoriſmos*

in compendium redactus eſt.

ת״י *Abbreviatura. Idem ac* תַּרְגּוּם יְרוּשַׁלְמִי Targum Hieroſolymitanum. *Solent præcedere litteræ ſerviles* ו *&* כ, *ut* ות״י, כת״י.

ת״יבע *Abbreviatura. Idem ac* תַּרְגּוּם יוֹנָתָן בֶּן עוּזִּיאֵל Interpretatur Jonathan filius Uzielis. *De Jonathane vide Diſputationem noſtram huic Lexico præmiſſam.*

תיובה״א *Abbreviatura. Idem ac* תִּשְׁבִּי יָבֹא וְיַגִּיד בְּפִיו תֵּירוּץ אֲמִתִּי Tisbì veniet, & indicabit ore ſuo ſolutionem veram. *Occurrit in præfatione libri* יוסף דעת. *Hæc Abbreviatura idem ſignificat, ac ſequens* תיק״ו.

תֵּיק, תֵּיקָא Theca, vagina: pharetra: lorica, peribolus. Deut. 22. 8. *Hebraice* מַעֲקֶה.

תיק״ו *Abbreviatura. Idem ac* תִּשְׁבִּי יְתָרֵץ קֻשְׁיוֹת וּבְעָיוֹת Tisbì ſolvet objectiones, & quæſtiones. *Sæpiſſime in Talmude reperitur, cum quæſtio intricatiſſima, & objectio difficillima occurrit, quæ ægre ſolvi poſſit. Tunc enim ſolutionem rejiciunt ad Tisbì, h. e. Eliam Prophetam reducem, qui ita appellatur* I. 1. Reg. 17. 1. *R. Eliezer* הַדַּרְשָׁן *h. e.* Concionator, *ait* תיקו *ordine retrogrado eſſe,* וְאַתָּה קָדוֹשׁ יוֹשֵׁב תְּהִלּוֹת *ex Pſal.* 22. 4. *At quid hoc ad Quæſtionis dubiæ ſolutionem? Quod ſi* תיקו *Quæſtioni dubiæ ſubjiciatur, tum valet* לקולא ad leve *indicandum, h. e. Quæſtionem rejiciendam veluti nullius momenti, prorſuſque indignam, cui reſponſio adhibeatur. Si verſetur Quæſtio circa res vetitas, tunc* תיקו *valet ad* לחומרא grave *ſignificandum, h. e. eam intricatiorem, & majoris momenti eſſe, quam ut ex tempore ei reſponderi poſſit, proinde neceſſarium intervallum eſſe ad deliberandum. Hæc doctrina traditur in fine libri* הליכות עולם, *& in Arùch in* גם *tertio. Indicat etiam interdum* תיקו *uno in loco Quæſtionem remanere dubiam, in altero vero ei reſponſionem datam fuiſſe, ut animadvertit Auctor libri* שארית יוסף *fol.* 32. *In Arùch vero in* תק *reperitur:* Quid eſt תיקו? ſicut res, quæ manet intra thecam ſuam. *Judæi addunt,* & neſcitur, quid in ea lateat.

תַּיָּר Speculator. *Item* itineris ductor, ſalvum conductum, & commeatum præſtans. תִּיּוּר ſalvus conductus, commeatus.

ת״כ *Abbreviatura. Idem ac* תּוֹרַת כֹּהֲנִים Lex Sacerdotum. *Ita inſcribitur liber antiquiſſimus de Sacerdotum ritibus, & juribus tractans, de quibus agitur in Levitico. Fertur compoſitus circa annum Chriſti* 130. *vocaturque vulgo* סִפְרָא Sifrà. *De eo ſæpe in Talmude mentio fit, ut* תניא בת״כ Traditio eſt in Lege Sacerdotum. *Etiam liber tertius Moſis, nimirum* Leviticus, *vocatur* תּוֹרַת כּוֹהֲנִים.

תָּכַן Ponderare, appendere, numerare, ſupputare, librare. תְּכוּנָה Aſtronomia: diſpoſitio Aſtrorum. תּוֹכֵן Aſtronomus, numerator. לֹא יִתָּכֵן non convenit, non quadrat.

תֵּכֶף, תֵּכֵיף Mox, ſtatim, repente, continuo, ſubito. *Numerant Rabbini* שָׁלֹשׁ

tria

Digitized by Google

תְּכִיפוֹת tria ſtatim, *quæ illico fieri debent. Vide Tisbì Eliæ.*

תל *Abbreviatura. Idem ac* תַּלְמוּד לוֹמַר Doctrina eſt dicere: Doctrina textus. Vox hæc vult dicere. 2. תְּרֵי לִשָׁנֵי Duæ ſignificationes. *Cum ſervili* בתל in duplici ſignificatione. *Maſorethis frequens.* 3. תִּרְצֶה לֵידַע Volueris ſcire. *Sæpe legitur in libro Aſtronomico* עִבְּרוּנוֹת. *Vel explicanda Abbreviatura per* תִּרְצֶה לַחֲשׁוֹב Volueris ſupputare. 4. תְּהִלָּה לָאֵל Laus Deo. *Fini quandoque adjicitur* ח, *pro* חי Vivo.

תלה, תְּלִי Draco Cœleſtis, ſtella, ſidus Draconis inter duas Urſas ſiti. רֹאשׁ הַתְּלִי Caput Draconis.

תלח *Alibi explicatum.*

תלים. תְּהִלִּים Pſalmi Davidis, *pro* תְּהִלִּים. *Alias* תִּלִּים Cumuli.

תַּלֵּשׁ Evellere, exſtirpare, eradicare, decerpere, excerpere.

תם, הַתָּם Ibi, illic. תַּמָּה, תַּמָּן ibi, illic. מִתָּם, מִתַּמָּן inde. לְתַמָּן illuc. *Ex Hebræo* שָׁם.

תם *Abbreviatura. Idem ac* תְּבוֹרַךְ מִנָּשִׁים Benedicta ſis præ mulieribus, *h. e. aliis, ex* Judic. 5. 24. *In Epiſtolis adhibetur, quæ ad mulieres mittuntur.*

חמר, תָּמִיד Jugiter, aſſidue, ſemper. הַתְמִיד Jugiter facere. מַתְמִיד Jugis, aſſiduus, continuus. מְקוֹר תְּמִידִי Scaturigo, fons continuus, perennis. הַתְמָדָה Aſſiduitas, ſedulitas.

בְּהַתְמָדָה Jugiter, ſemper, in perpetuum.

תָּמַהּ Mirari, obſtupeſcere. תְּמִיהָה, בִּתְמִיהָה תִּימָה, תְּמִיאָה Admiratio, ſtupor. מִן הַתְּמִיהָ Cum admiratione, interrogative. ex admiratione, *id eſt*, mirum eſt, admiratione dignum eſt.

תמכ *Abbreviatura. Idem ac* תְּהִי מְנוּחָתוֹ כָּבוֹד Sit requies ejus glorioſa. *De defunctis uſurpatur.*

תמכעוכי *Abbreviatura. Idem ac* תְּהֵא מִיתָתוֹ כַּפָּרָה עָלָיו וְעַל כָּל־יִשְׂרָאֵל Sit mors ejus propitiatio pro ipſo, & univerſo Iſraele. *Adhibent de reo morte damnato.*

תנבעא *Abbreviatura. Idem ac* תְּהִי נַפְשׁוֹ בְּגַן עֵדֶן אָמֵן Sit anima ejus in Paradiſo. Amen. *Pro* נַפְשׁוֹ anima ejus *dicitur etiam* מְנוּחָתוֹ requies ejus. *Adhibetur de defunctis.*

תנה *Abbreviatura. Idem ac* תַּנְיָא נָמֵי הָכִי Doctrina, Traditio etiam talis eſt. *In Talmude ejus uſus.*

תְּנָה, תְּנָא Diſcere: tradere, docere: legere. תְּנוּ רַבָּנָן didicerunt Rabbini noſtri: *ex Chaldaiſmo.* תַּנָּאֵי Doctor Talmudicus. *Plur.* תַּנָּאִים Doctores. תְּרֵי תַנָּאֵי Duo Doctores. כְּתַנָּאֵי Secundum Doctores Talmudicos. *Iſtud Verbum* תְּנָא *Talmudicis proprium eſt doctrinam in* גמרא Ghemarà *ex Miſnà, vel Barajetha explicantibus, urgentibus, vel diſputantibus. Rabbinorum Verbo* שְׁנָה *reſpondet. Cum de Doctoribus, & Præceptoribus uſurpatur, ſignificat* docere, *cum vero de Diſcipulis*, diſcere.

תְּנָה, הִתְנָה Paciſci certis conditionibus, tranſigere, convenire. תְּנָאִי conditio, pactum,

ctum, conventio. בִּתְנָאִי conditionaliter. תְּנָאִים pacta, conditiones. מִשְׁפָּט תְּנָאִי propoſitio conditionalis *apud Logicos*.

תנ״ך *Abbreviatura. Idem ac* תּוֹרָה, נְבִיאִים, כְּתוּבִים, Lex, Prophetæ, Hagiographa. *Totum Vetus Teſtamentum in has tres partes dividitur. Maſorethis eſt in uſu.*

תנצב״ה *Abbreviatura. Idem ac* תְּהִי נַפְשׁוֹ צְרוּרָה בִּצְרוֹר הַחַיִּים Sit anima ejus ligara in faſciculo viventium, *ex l.* 1. Samuelis 25. 29. *Uſurpatur de defunctis.*

ת״ס *Abbreviatura. Idem ac* תִּקּוּן סוֹפְרִים Correctio Scribarum. *In principio libri Numerorum in notis Maſorethicis octodecim loca Sacrarum litterarum recenſentur, quæ Scribæ dicuntur correxiſſe, quorum correctio fere tota ab Abèn Ezrà rejicitur, nec injuria.*

ת״ע *Abbreviatura. Idem ac* תְּרֵי עָשָׂר Duodecim. *Chaldaice autem pro* עָשָׂר *dicitur* עֲסַר, *&, gutturali eliſa,* תְּרֵיסַר. *Ita Prophetæ minores appellantur, qui duodecim ſunt.* 2. תּוֹרַת עוֹלָם *Eſt nomen libri inſignis, de quo ſæpe mentio in* כַּפְתּוֹר Caphtòr. 3. תְּפִלַּת עַרְבִית Oratio veſpertina. *Occurrit in libris Precum.*

תּוֹעֵי רוּחַ Errantes ſpiritu: Hæretici. *Hoc nomine a Rabbinis ſpeciatim, Chriſtiani appellantur, ut in illo Abèn Ezrà* Geneſ. 18: תועי רוח אמרו כי השם ג׳ אנשים הוא אחד והוא ג׳ ולא יתפרדו *h. e.* Hæretici dicunt, *h. e.* Chriſtiani, quod Deus eſt trinus perſonis, quod eſt unus, & trinus, & non ſeparantur. *Hic tamen locus in editione ultima Veneta, & Baſileenſi Chriſtianorum metu correctus fuit, & pro eo ſubſtitutum* קְצָת אָמְרוּ, *h. e.* Quidam dicunt. *Vulgatæ etiam Interpres vulgo a Rabbinis, aliiſque Hebræis vocari ſolet* הַמְתַרְגֵּם לְתוֹעִים Translator Errantium, *videlicet* Chriſtianorum.

תע״ב *Abbreviatura. Idem ac* תָּבוֹא עָלָיו בְּרָכָה Veniat ſuper eum benedictio. *In Epiſtolis ejus uſus.*

תָּפַר Suere, conſuere. תְּפִירָה ſutura. תּוֹפֵר ſartor. ב׳ תְּפִירוֹת duæ ſuturæ.

תָּפַשׂ Apprehendere: inſectari. תָּפַשׂ עֲלֵיהֶם inſectatur, carpit eos.

ת״ק *Abbreviatura. Idem ac* תְּקִיעָה קְטַנָּה Clangor parvus. 2. תְּנוּעָה קְטַנָּה Motio parva, *nimirum* vocalis brevis. *Pluraliter* תְּנוּעוֹת גְּדוֹלוֹת vocales breves. *Apud Grammaticos in uſu.* 3. תַּנָּא קַמָּא Doctor primus. *Doctores Talmudici appellantur* תַּנָּאִים Tannaìm. *Si præponantur litteræ ſerviles, dicitur* קַמָּא אַתַּנָּא, מִתַּנָּא, כְּתַנָּא, לְתַנָּא.

תרי״ג *Sunt numerales litteræ ſignificantes 613. In tot præcepta Pentateuchus, ſive Lex Moſis ab Hebræis dividitur. De his præceptis mentio fit in Targum* Ruth 1. 16. *in Bibliis Venetis, ubi Noemi ait* אִתְפַּקִּידְנָא לְמִנְטַר שִׁית מְאָה וּתְלָת עֲסַר פִּקּוּדַיָּא *h. e.* Jubeor ego obſervare 613. præcepta.

תִּקֵּן Ordinare, rectificare, aptare, corrigere, dirigere, inſtituere, diſponere. תִּקּוּן ordinatio, directio, aptatio, inſtitutio: correctio. *Apud Maſorethas* י״ח מִלִּין תִּקּוּן סוֹפְרִים *h. e.* Octodecim dictiones

in Sacra Scriptura ſunt correctio Scribarum. תָּקִין commodum, conveniens, rectum. תַּקָּנָה directio, commoditas: correctio, reſtauratio: medicina, *cum de valetudine ſermo eſt*.

תר *Abbreviatura. Idem ac* תָּנוּ רַבָּנָן Tradiderunt Rabbini noſtri. *In Talmude.* 2. תְּהוֹם רַבָּא Abyſſus magna.

התרה, תרה Præmonere, monere, commonere, conteſtari: proteſtari. מֵעִיד וּמַתְרֶה בָּךְ teſtor, proteſtor contra te. הַתְרָאָה præmonitio, proteſtatio.

תְּרֵי, תְּרֵין. Duo, *generis maſculini*. תְּרֵי עֲשַׂר duodecim. *Sic appellantur duodecim Prophetæ minores.*

תרם תַּרְמִיל Saccus viatorius, pera paſtoralis.

תרנגול תַּרְנְגוֹל Gallus gallinaceus. *Plur.* תַּרְנְגוֹלִין Galli, & gallinæ. בְּקִינָה שֶׁל תַּרְנְגוֹלִין in nido gallinarum. תַּרְנְגוֹלְתָּא, תַּרְנְגוֹלֶת, gallina.

תרף, בֵּית הַתִּרְפָּא Domus turpitudinis, ignominiæ. *Sic Judæi Gentium Eccleſias, in quibus Idololatria exercetur, vocant.*

תְּרָפִים Teraphim, *h. e.* Idola, lares, penates, imagines. Gen. 31. 19. Hoſ. 3. 4. Jud. 18. 4. cultus Idolorum. 1. Sam. 15. 24. *Ut plurimum tamen hoc nomen ſignificat ſimulacra; quæ reſponſum dabant interrogantibus, & in domibus habebantur ut lares, & penates.* Zach. 10. 2. Ezech. 21. 21 *Quod ſi cupias ſcire, quid nomine* תְּרָפִים Teraphim *apud Hebræos communiter intelligatur, ex Targum Hieroſolymitano colligitur, Teraphim fuiſſe confecta ex capite filii primogeniti mactati, ſale, & oleo conditi, ejus ori laminam auream Dæmonis nomine inſcriptam fuiſſe inſitam, lampades coram eo fuiſſe accenſas, & conſulentibus per Dæmonem datum reſponſum. Hujuſmodi Teraphim volunt, Labani a filia Rachele ſurrepta fuiſſe, ne divinare poſſet, quo fugiſſet cum viro ſuo Jacob. Sed cum hæc omnia fabulam redoleant, & ex Hebraicarum traditionum colluvie videantur hauſta, ſatius eſt cum Hottingero dicere,* תְּרָפִים Teraphim *fuiſſe ſtatuas hominis imaginem referentes ad certum Stellarum, ſeu Aſtrorum influxum compoſitas. Plura de Teraphim vide pag. 759. 760.*

תרץ תָּרַץ Solvere, explicare *quæſtionem dubiam, aut objectionem contrariam*. תֵּרוּץ ſolutio, explicatio: reſponſio ad argumenta objecta. מְתָרֵץ & תָּרְצָן reſpondens, explicator quæſtionis: ſolvens objectionem.

תש *Abbreviatura. Idem ac* תָּא שְׁמַע Veni, audi. *Sæpe in Talmude occurrit, adhibeturque, cum reſpondetur objectioni.*

תשבעפ *Abbreviatura. Idem ac* תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה Lex ore tenus tradita. *Patrum traditiones ita appellantur.*

תשבצ *Abbreviatura. Idem ac* תְּשׁוּבוֹת שִׁמְעוֹן בַּר צֶמַח Reſponſiones Simeonis filii Tzemach. *Auctor hic librum inſcriptum* שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת Quæſtiones, & Reſponſiones *exaravit, qui per Abbreviaturam ita ſolet citari. De eo mentio fit in* יוחסין Juchaſin *fol.* 134.

תשרת. תשת. תרת *Per hæc tria ſymbo-*

bo-

Digitized by Google

bola clangor in Feſto Tubarum edendus deſignatur. Itaque primo רֹאשׁ הַשָּׁנָה Novi Anni *die a cornicine ter cornu inflatur ſonis diſtinctis. Eduntur enim primo ſoni a prima Abbreviatura indicati, videlicet* תְּקִיעָה ſonus fixus, & æqualis, שְׁבָרִים fractus, תְּרוּעָה mixtus; *ſecundo, qui a ſecunda Abbreviatura oſtenduntur, nimirum* תְּקִיעָה ſonus fixus, & æqualis, שְׁבָרִים fractus, *&* תְּקִיעָה ſonus fixus, & æqualis; *tertio* תְּקִיעָה ſonus fixus, & æqualis, תְּרוּעָה mixtus, *&* תְּקִיעָה ſonus fixus, & æqualis. *Id diligenter animadvertendum, ex* תְּרוּעָה *primam litteram non eſſe deſumptam, ſed ſecundam. Id autem ideo factum, ut hæc dictio a* תְּקִיעָה *diſtingueretur, incipiente etiam ipſa a littera* ת. *Solæ enim primæ litteræ ſolent Abbreviaturas* proprias, *&* perfectas *ſignificare.*

תָּשַׁשׁ, תּשׁ Debilitari, infirmari, languere. *Active* תִּשֵּׁשׁ debilitavit. תְּשׁוּשִׁים debiles, infirmi, proſtrati. *Conſtr.* תְּשׁוּשֵׁי כֹחַ proſtrati viribus.

תּוּת Morus *arbor*. *Plur.* תּוּתִים mori.

תּוֹת *pro* תַּחוֹת Sub, pro.

תֵּיתוֹרָא Pons latus ex multis aſſeribus conſectus. *In Menachôt fol.* 35. *mentio fit de Ponte lori-precum his verbis.* תֵּיתוֹרָא דִתְפִלִּין הֲלָכָה לְמֹשֶׁה מִסִּינַי Pons lori-precum Traditio eſt Moſis de monte Sinai. *In loro iſto Precum (vocatur* תְּפִלִּין Tephillin, *de quibus vide pag.* 418.) *eſt capſula lata confecta ex corio in cellulas nonnullas ſeparata, in quibus textus nonnulli* מִקְרָא Sacrarum litterarum *abditi ſunt, quatuorque latitudines interſunt, ſingulæ ponticulum, ſive aſſerem foſſæ imminentem referentes. Hinc ab Hebræis inditum* Pontis *nomen.*

ת״ת *Abbreviatura. Idem ac* תַּלְמוּד תּוֹרָה Studium Legis. *Cum ſervili* בת״ת in ſtudio Legis. 2. תִּפְאֶרֶת Decus. *Eſt una ſpecies ex* עֶשֶׂר סְפִירוֹת *h. e.* decem numerationibus *Kabbaliſticis, de quibus vide Diſputationem huic Lexico præmiſſam.* 3. תַּלְמִיד תּוֹרָה Diſcipulus Legis, Theologiæ ſtudioſus. *Hoc nomine priſci Hebræi potius ſe vocari maluerunt, quam* חֲכָמִים Sapientes.

תושלבע

Hoc eſt.

תַּם וְנִשְׁלַם: שֶׁבַח לְאֵל בּוֹרֵא עוֹלָם:

Abſolutum, & perfectum eſt. Laus ſit Deo Creatori Mundi.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Ut

Digitized by Google

Ut Tyrones legendis Rabbinorum libris, qui ſine punctis, ſive vocalibus cum ſolis litteris conſonantibus exarari ſolent, multiſque Abbreviaturis referti ſunt, paulatim aſſueſcant, placuit hæc addere, per quæ a Præceptore prius quaſi manu ducti ſine cortice nare addiſcant; ſeſeque ſine periculo per Syrtes etiam, & brevia quibuslibet fluctibus alacriter committere.

Cum ad capiendos, detinendoſque hominum animos Fabulæ a Poetis excogitatæ ſint, & ab Hiſtoricis præclara rerum geſta memoriæ mandata, ut iis quaſi quibuſdam lenociniis ad virtutem impellerentur, & a vitiis abducerentur, juvat ad alliciendos Philo-Hebræos, & Tyrones excitandos admodum lepidam, Mileſioſque omnes ſermones longe ſuperantem fabellam iis proponere, ex eujus lectione eodem tempore & jucunditatem, & emolumentum percipiant. Fabularum enim *Duplex dos eſt; quod riſum movent, Et quod prudenti vitam conſilio monent, Sic corrigatur error ut mortalium.* Non deſunt ſane inter Judæos, qui totam hanc narrationem inter veras Hiſtorias potius, quam inter ludicras, & ridiculas nænias recenſendam exiſtiment; ſed iis facile venia danda eſt, cum inter Chriſtianos ipſos eæ nonnullorum de Angelis, & Dæmonibus opiniones extiterint, quæ prudentum, & cordatorum virorum cachinnis excipiuntur. Hoc certe affirmare poſſum, Abrahamum Majemonidem, cum in ipſam Arabica Lingua exaratam forte incidiſſet, tanta ejuſdem dulcedine, & jucunditate captum fuiſſe, ut nulla ratione ſibi temperare potuerit, quin eam ad Hebræorum voluptatem, & fructum in Hebraicam Linguam converteret. Quis, & quantus vir fuerit Abrahamus iſte, liber יוחסין *Juchasin* plane oſtendit. Illud unum in præſens ſatis ſit, Moſis Majemonidis Hebræorum præconio uno Moſe Legislatore inferioris filium eum extitiſſe, qui paternis veſtigiis inſiſtens & ipſe inter cæteros Rabbinos doctrina longe eminuit, & Diſcipulos inter ſuos ſummos, & celeberrimos habuit. Itaque Majemonidis Junioris exemplum ſecutus Commentum iſtud Latinitate donatum omnibus exhibeo, ea ſpe fretus, nonnullos ſaltem futuros, quibus placebit, quique ſibi dictum arbitrabuntur, quod Plinius Secundus Maximo ſuo olim graviter inculcavit. *Sit apud te honor Antiquitati; ſit ingentibus Factis; ſit Fabulis quoque*, aures tantummodo prius Lectoris vellens, & illa Phædri, quæ noſtra facimus, ſubjiciens.

Induxi te ad legendum: ſincerum mihi
Candore noto reddas judicium, peto.

Dona igitur, monente mecum Horatio, *præſentis cape lætus horæ, ac Linque ſevera.*

מ ע ש ה
שהעתיק ר׳ אברהם מיימון ז״ל
בלשון הקדוש מלשון ערבי:

HISTORIA,

QUAM EX ARABICA IN SACRAM HEBRAICAM LINGUAM VERTIT R. ABRAHAM MAJEMONIDES FELICIS MEMORIÆ.

מ ע ש ה

HISTORIA.

Admonentur Homines, Jusjurandum religioſe ſervandum eſſe.

I.

היה אדם אחד סוחר שלא היה לו אלא בן אחד ולמדו תורה ומשנה ושיתא סדרי תלמוד ונתן לו אשה והוליד בנים בחייו: וביום מותו קבץ זקני עירו ואמר להם: דעו שיש לי נכסים רבים ויש לאשתי עלי כתובה ממאה סלעים כסף כמו שכתוב בשטר כתובתה וכל השאר יהיה לבני אם ישמור מצותי שאני מצוה אותו בפניכם: ואם שמא יעבור על צואתי הנני מקדיש מעכשיו כל נכסי לשמים ולא יהא מהם לבני כלום: מיד קרא לבנו ויצוה בפני זקני עירו שלא ילך בים לעולם כל ימי חייו ואמר לו: בני הוי יודע כי כל נכסי ומה שיש לי הרוחתי במהלכים שעשיתי בים: וכמה מאורעות וכמה נסיונות עברו עלי בים בבקשה ממך שלא תסכן עצמך כדי להרויח נכסים בים: כי אני מניח לך נכסים לרוב שאם אפילו לעולם לא תרצה להרויח יספיקו לך ולבניך כל ימי היותכם על האדמה: והנני חפץ שתשבע לי בספר התורה שלא תעבור רצוני ומצותי בזה לעולם שנכסים רבים אני מניח לך שתוכל להחיות בהם במקומך: ואם תעבור מצותי זו הנני מקדיש כל נכסי לשמים בפני אלו הנכברים שלא תוכל ליהנות מהם: ונשבע לו הבן על הדבר בפני הקהל וזקני העיר שלא יפרוש בים לעולם: לימים יפטר הזקן הסוחר והלך לבית עולמו והבן עמד לביתו ושמר מצות אביו:

Fuit

I.

Fuit homo quidam mercator, habens tantummodo filium unicum : hunc probe erudiri curavit in Sacris litteris, libris δευτερώσεων, & ſex Talmudis Ordinibus : dedit ei inſuper uxorem, ex qua liberos ſuſcepit, patre ſuperſtite . Cum vero mortis fatalis dies patri immineret, primores urbis ſuæ convocat, & ait illis. Scitote , mihi ingentes opes eſſe, & uxori meæ me teneri ſolvere dotis loco argenti pondo centum, ſicuti in inſtrumento ejus dotali ſcriptum eſt (*hæc illi pendi velim*) reliqua omnia filii ſint, dummodo mandatum meum ſervet, quod vobis præſentibus ei ſum precepturus. Quod ſi vero illud violabit, ecce nunc omnes facultates meas devoveo , nec filio meo quidquam ex illis obtingat. Mox, accito ad ſe filio, coram primoribus urbis hoc ei edicit, ne umquam tota vita mari ſe committat, inquiens. Fili mi , noveris , me ſane omnes meas divitias, totamque rem familiarem acquiſiviſſe maritimis, quæ feci, itineribus. At quia multi atroces caſus, variaque diſcrimina me in mari navigantem pene oppreſſerunt, enixe a te peto, ne periculo te exponas, ut quæſtum in mari facias. Abunde enim divitiarum tibi relinquo, ut, etiamſi numquam animum ad lucrum ſectandum applices, ſuffecturæ eæ tibi ſint, liberiſque tuis, quamdiu in hoc orbe vitam egeritis. Volo igitur, ut jusjurandum mihi des ſub Legis Divinæ religione , te hanc meam voluntatem, mandatumque nullo umquam tempore violaturum ; quippe ſatis amplum patrimonium ad te transfero, ut, pro conditione tua, vitam tolerare queas. Quod ſi præceptum hoc tranſgredieris, ecce coram his viris honeſtiſſimis omnes facultates meas in Δῶρον, & Κορβᾶν devoveo, ne ulla utilitas ex iis ad te redundet. Quamobrem filius coram magno civium numero , & urbis primoribus in eam ſententiam conceptis verbis jurat, numquam ſe navigationem initurum . Aliquot interjectis diebus, moritur ſenex mercator, abitque ad plures , filius vero ædes illius occupat, tenaxque eſt præcepti paterni.

II.

ולסוף שנה ושנתים באה ספינה אחת לאותו נמל של אותה העיר והיתה אותה ספינה טעונה כסף וזהב ומרגליות וכשיצאו אנשי אותה ספינה ליבשה שאלו על אותו הסוחר אם היה בחיים: ואמרו להם אנשי העיר כבר מת ונשאר בנו במקומו עשיר גדול ותלמיד חכם: אמרו אנשי הספינה: בבקשה מכם הביאוהו לכאן או הראונו ביתו: הראו להם ביתו ושאלו בשלומו ואמרו לו: אתה הוא בנו של פלוני הסוחר הגדול שהיה רגיל לפרוש בים ושהיה הולך בסחורה רבה לסוף העולם: אמר להם אני הוא בנו: אמרו לו אב אמור צוה אביך שהיה לו בעבר

הים מנכסים ופקרונות כשנפטר מן העולם: אמר להם: לא כתב בצואתו שיהיה לו כלום בעבר הים: רק השביעני אבי וצוני שלא לפרוש בים לעולם: אמרו לו אב שלא הגיד אביך על מה שהפקיד או על מה שהניח בעבר הים לא מת ברעתו: כי ידוע תדע שכל הספינה שבאנו בה שהיא מלאה כסף וזהב ומרגליות הכל משל אביך היא שהפקיד לנו: ואם היות שמת אביך לא נכפור אנחנו בפקרונו מלתת אותו אליך אעפ שלא צוה כך כי אנשים נאמנים אנחנו ויראת השם עלינו ואין אנו חומדים ממונך כי יש לנו כל תהלה לאל: ועתה בא עם עבדיך אלה וקח כל מה שיש בספינה שהכל שלך: כששמע בן הסוחר כך שמח מאד בלבו והלך עמהם והביא כל אותו ממון לביתו והכניס אנשי הספינה בביתו ועמרו עמו ימים במשתאות ובשמחות: ליום אחד אמרו לו אנשי הספינה: יודעים היינו באביך שהיה איש חכם ונבון אמנם נראה לנו שלא היה ברעתו כשמת וכאשר השביעך שלא לפרש בים: ובאמת תדע שאין ממש לאותו שבועה כי היה לאביך נכסים בעבר הים יותר עשרה פעמים שלא הביאנו לך ואיך היה משביעך שתאבד כל אותם נכסים אלא שהיה מטורף ברעתו: רק אם תשמע אותנו קח רשות מהמלך והחכמים ובא עמנו ונקנה מן הסחורות המתבקשות בארצנו ותרויח בהם ממון גרול ותביא עמך כל הממון שהניח אביך בארצנו ובמקומינו: ענה להם אני נשבעתי לאבי שלא אכנס בים לעולם ולא אעבור על שבועתי ולא על מצותו כי אבי השביעני ברעתו ומה שלא הוריעני על אותן הפקרונות ועל כל אותן הממון שהניח לשם נתכוון בדבר שלא אסכן עצמי ועל זה לא רצה לגלות לי הדבר: וכיון שכן הוא אשמור מצותו ושבועתי שנשבעתי לו: אמרו לו וכי היה אוה אותך יותר מנפו שסכן עצמו כמה פעמים אין הדבר כך כמו שאתה אומר אלא שהיה מטורף ברעתו ולכן אין במצותו ממש כי לא ברעת היה מדבר ובלי דעת השביעך: לכן טוב לך לישאל היתר בשבועתך בטענה זה: סוף הדברים שהכבידו עליו ברבריהם עד **שהוציאוהו מדעתו והורד** ללכת עמהם כדי להוציא הממון:

II.

Poſt annum unum, aut alterum adventat navis quædam in illius uıbis portum, argento, auro, & unionibus ornata; cumque vectores in terram deſcendiſſent, quærunt, num ὁ δεῖνα mercator adhuc vivat? At reſponſum accipiunt ab incolis, jampridem ipſum mortuum eſſe, reliquiſſe vero filium ſucceſſorem, virum ditiſſimum juxta, eruditiſſimumque. Tum nautæ. Quæſumus vos, huc illum deducite, aut oſtendite nobis ejus ædes. Facto ædium indicio, (*intrant has nautæ*) & ſalvere juſſo patreſamilias, inquiunt. Tunc filius es τοῦ δεῖνα mercatoris opulenti, qui mare peragrabat, merceſque varias deportabat ad ultimas uſque orbis oras? Reſpondet homo. Ego is ipſe ſum.

Re-

Digitized by Google

Reponunt navicularii. Si res ita habet, dic, ullam ne moriturus pater mentionem ſecit opum, & facultatum, quas trans mare poſſidebat? Ait ille. Non indicavit ſupremis verbis, ſe quidquam trans mare habere. Quin potius jusjurandum præſtare me coegit pater, & mandavit, ne umquam mare ingrederer. Subjiciunt nautæ. Si hæc vera ſunt, neque ſignificavit tibi pater quantam pecuniam fœnori dederit, quantumque rei teneat trans mare, non is mentis ſuæ compos fato functus eſt. Oportet enim ſcias, totam navem, qua huc vecti ſumus, & quæ argento, auro, atque unionibus referta eſt, patris tui bonis onuſtam eſſe, quæ ipſe apud nos depoſuit. Etſi vero pater tuus diem ſupremum obiit, non tamen inficiabimur ejus depoſitum, ne illud in manus tibi tradamus, quamquam mandatum illius nullum hac de re extat. Etenim viri probi ſumus, Deumque veremur, nec tuas opes deſideramus. Nam, Deo gratiæ ſint, rebus omnibus abundamus. Quare adi cum ſervis tuis navem, & cape quidquid ibi eſt mercium pretioſarum: tuæ enim ſunt univerſæ. Hæc cum audiviſſet mercatoris filius, valde animo lætatus eſt, illoſque comitans omnes merces in domum ſuam intulit, nautaſque in ædes ſuas recepit, qui dies complures in conviviis, & hilaritatibus cum eo tranſegerunt. Horum uno dicunt illi navicularii. Nos novimus, patrem tuum ſapientia præſtitiſſe, prudentiaque: idcirco nobis videtur, non fuiſſe eum ſibi præſentem, cum moreretur, cumque jusjurandum a te exigeret, te mari peregre iter non facturum. Pro certo igitur hoc tibi habendum, nullam vim illi jurijurando ineſſe. Pater enim tuus decuplo majores opes trans mare poſſidebat, quam nos ad te attulimus. Quomodo igitur jusjurandum a te requirere poterat, ut omnes illas facultates deſereres? Fuit ergo mente captus. Hinc, ſi nos audire voles, pete a Rege, & Sapientibus jurisjurandi veniam, &, agedum, nobiſcum proficiſcere. Ememus hic merces, quæ in noſtris regionibus deſiderantur, atque ex iis lucrum ingens capies, tecumque aſportabis omnia bona, quæ reliquit pater tuus in urbe, & regione noſtra. Ad hæc ille. Ego jusjurandum dedi parenti, me numquam mare ingreſſurum; illud jusjurandum minime violabo, nec tranſgrediar præceptum ipſius. Pater enim ſibi præſentiſſimus hoc jusjurandum a me exegit; quod vero depoſitorum illorum, opumque, quas iſthic reliquit, nullum mihi fecit indicium, eo ipſo id intendebat, ne periculo me exponerem, & ob hanc unam cauſſam rem manifeſtare neglexit. Quæ cum ita ſe habeant, ſervabo illius mandatum, meumque jusjurandum, quo me ei obſtrinxi. Subjiciunt navicularii. Cum ipſe te magis amarit, quam vitam ſuam, tuique cauſſa tot diſcrimina adierit, fieri non poteſt, ut iſta revera ita ſint, ſicuti dicis, ſed impos mentis fuit, & proinde nihil firmi ineſt mandato ejus. Amens enim locutus eſt, & amens te jurare coegit. Quare optimum fue-

fuerit, ut ex argumento hoc jurisjurandi veniam petas. Ut paucis me expediam, tamdiu verbis ſuis illum urſerunt, donec a propoſito eum abſtraxere. Itaque in profectionem ad opes ſuas petendas conſenſit.

III.

מה עשה: קנה שחורה ונכנס עמהם בספינה והלכו להם יחד: ומיד שהיו בים הגדול הכירו לשם שעבר על שבועתו ועל מצות אביו: כי השם השליך סערה על הים והאניה נשברה נטבעו כל האנשים שהיו בה על שנתנו לו עצה לעבור על שבועתו ועל מצות אביו: ורמז הקבה לשרו של ים והשליך האיש ההוא אל היבשה ערום ויחף לסוף העולם במקום שלא היה שם מושב בני אדם כדי שיסבול דינו על חטאיו בחיים: וכשבא אל היבשה וראה את עצמו ערום ויחף הכיר שהשם רגז עליו וכי בא יום אידו: ונשא עיניו למרום והצדיק עליו את הדין: והחל ללכת על שפת הים אולי ימצא עוד מושב או שימצא מה יאכל ומה יתכסה: כי ערום היה כאשר יצא מבטן אמו: ואחר שהלך כמהלך יום אחד מצא אילן אחד שהיו ענפיו על שפת הים: וחשב בלבו: זה אילן אי אפשר שלא נטעהו בני אדם: הלך למצוא אוכל והחשיך לו ולא מצא כלום: כשראה שלא מצא דבר מה יאכל ולא במה תכסה יתכסה בענפי האילן הרקים ובעליו כדי להיותם מגינים לו מקרח הלילה: וכשהיה בחצות הלילה שמע קול ארי נוהם וראה שהיה בא אליו לאכלו וכשראהו פחד לנפשו מאד שלא יאכלנו הארי על שלא שמר מצות אביו ועל שעבר על שבועתו: והרים קולו בבכי והתפלל לשם להצילו ושיאריך חמתו ואפו עמו ושלא יפרע ממנו להמיתו במיתה משונה: ומה עשה: אחז בענפי האילן ועלה למעלה בסנסניו וכשבא הארי לא מצאו וחזר לאחריו: והאיש ההוא נתן הודאה לשי כשהצילו מיד הארי ההוא:

III.

Quid igitur fecit? Emit merces, atque navem cum illis conſcendit, ſimulque abierunt. Ubi autem in altum delati ſunt, illico agnoverunt, ipſum & jurisjurandi religionem, & patris præceptum violaſſe. Numen enim vento vehementiſſimo mare turbavit adeo, ut navis frangeretur, omneſque qui ea vehebantur, ſuffocarentur, quia auctores fuerant filio mercatoris, ut jusjurandum, præceptumque paternum negligeret. Cæterum maris præfectus Genius Numinis ſupremi imperio illum perjurum nudum, & ſine calceis extruſit ad ultimas orbis plagas in locum a nullis hominibus habitatum, ut vivus peccatorum pœnam lueret. In terram igitur delatus, cum ſe nudum, & ſine calceis conſpexiſſet, facile intellexit, iratum ſibi Numen eſſe, & exitii ſui diem veniſſe. Sublatis igitur in Cœlum oculis, fateri cœpit, hæc ſibi jure obtigiſſe. Cum autem in ma-

Digitized by Google

maris littore obambularet, quærebat homines, & aliquid, quod manducaret, & quo ſe tegeret. Non minus enim nudus erat, ac ſi ex materno utero egreſſus fuiſſet. Poſtquam autem totum diem circumivit, defertur ad arborem quamdam ramis ſuis littus obumbrantem. Quare ſecum animo reputat. Fieri non poteſt, quin arborem hanc homines plantaverint. Itaque ſcrutatur, utrum aliquid ad comedendum invenire poſſit; verum fruſtra, & tenebræ inſuper ingruebant. Cum ergo nihil neque ad comedendum, neque ad ſe tegendum inveniſſet, arboris teneræ frondibus, foliiſque ejus ſe operuit, ut adverſus frigus nocturnum tutamen haberet. At circa noctis medium audit vocem leonis rugientis, videtque illum accurrentem ad ſe devorandum. Cum eum conſpexiſſet, vehementer metuebat, ne leo ob violatum præceptum paternum, & jusjurandum ſe dilaniaret. Itaque amare cœpit flere, Deumque orare, ut ſibi ſuccurreret, ſecumque miſericorditer agere dignaretur, nec mortis ſævæ ſupplicio in ſe animadverteret. Quid igitur facit? Apprehendit ramos arboris, & tuberibus illius adjutus eam aſcendit, atque ita, cum adventans leo eum non inveniſſet, receſſit, & homo ille Deo benedicto gratias egit, quod ſe a leone liberaſſet.

I V.

חשב בלבו הבחור ההוא לעלות עוד באותו האילן אולי ימצא בו דבר לאכול כי היה רעב מאד: וכשהלך באילן מצא עוף גדול ושמו קיפופא: וכשראהו פתח את פיו לאכלו: והבחור ההוא רצה לברוח ונתן השם רוח חכמה בלבו ועלה ורכב על העוף ההוא: וכיון שרכב עליו נפל פחד על אותו הקיפופה ולא נע ממקומו כל הלילה: והבחור הזה הוא ירא מאד ממנו והיה אוחז בשתי ידיו בנוצתו ולא היה יכול לרדת מעליו: וגם הקיפופא היה ירא יען שלא היה יודע מי הרוכב עליו: וכשעלה עמוד השחר הביט הקיפופא וראה האיש והוסיף לירא מפניו ויעוף בחמה ופחד כל היום עד לעת ערב והעביר לו את הים ונשאו עד מקום אחד לסוף העולם כשהוא רואה את הים תחתיו היה ירא מאד והיה מתפלל לשם להצילו:

I V.

Poſtea conſtituit is homo ſecum, altius in arborem evadere, ſi forte aliquid ad comedendum offendere poſſet, cum magna fame laboraret. Itaque ſic pergens incidit in avem prægrandem, cui Bubo nomen. Ea, viſo homine, os aperuit ad illum deglutiendum. Cum autem homo fugam meditaretur, Numen ei ſapientiam indidit, ut in avem inſiliret. At Bubo, conſpecto hoc ſeſſore, formidine correptus eſt, neque tota nocte loco ſe movit. Interea homo ſibi quoque metuebat utraque manu pennas arcte tenens, nec

va-

valens amplius deſcendere. Bubonem quoque pavor corripuerat, cum neſciret, quis dorſo inſideret. Diluculo exorto, retro ſpectat Bubo, viſoque homine, majorem metum concepit, iratuſque æque, ac pavidus tota die ad veſperam uſque circumvolitat, & mare trajiciens hominem in locum quemdam in extremis orbis finibus ſitum deportat, qui cum vidiſſet ſub ſe mare, valde timuit, Deumque enixe obſecravit, ut ſe a periculo eriperet.

V.

כשהיה לעת ערב עבר אותו קיפופא על מדניה אחת ונתקרב לארץ ושמע האיש ההוא קול נערים שהיו קוראים בסדר ואלה המשפטים כי תקנה עבד עברי: וכששמע כך אמר בלבו: בודאי יש במדינה זה יהודים! אשליך עצמי לשם ואיפשר ירחמו עלי ואנצל אם אמכור עצמי לעבד עברי להם: מה עשה: השליך עצמו ונפל על שער בית הכנסת של אותה עיר ואותו הקיפופא הלך לדרכו: והאיש כשנפל לא היה יכול לקום עד ב שעות כי כמעט שנתרסק אבריו מכה הנפילה ועל שהיה חלש שלא אכל ב ימים: ואחרי כן קם על רגליו והלך עד שער בה ומצאו כנור צעק: ואמר פתחו לי שערי צדק: יצא נער אליו ויאמר לו: מי אתה: אמר לו: אנכי עברי ואת השם אני ירא: הלך הנער אצל רבו וצוהו לפתוח לו הרלת: וכשראהו ערום הגיד לו את כל אשר קרהו מראש ועד סוף ואמר להם כי עברו עלי צרות גדולות: ענה לו הרב ההוא: כל מה שאירע לך הכל הוא נקל על מה שאתה עתיד לסבול כאן: אמר לו הבחור וכי אינכם יהודים ידעתי שבני ישראל רחמנים בני רחמנים הם: כש לאיש עני כמוני ריקן מכל טוב ערום ויחף: אמר לו הרב אל תרבה דברים כי אינך יכול להנצל מן המות: ענה לו הבחור ולמה ארוני ולמה תאמר כדברים האלה: אמר לו מפני שהעיר הזאת אינה של בא אלא עיר של שדים ושידותן והנערים האלה אשר אני מקרא להם בני שדים הם ועתה יתקבצו ברגע אחד להתפלל וכשיראו אותך ימיתוך: כששמע הבחור ההוא כך נבהל ונפל ונשק רגלי אותו הרב ובכה ויתחנן לו לתת לו עצה ולעזור לו שלא ימות ואמר כי היה איש יודע ספר וירא השם לולי שחטא בעצת אותם האנשים שהטעו אותו לעבור על מצות אביו ועל שבועתו: וכששמע אותו הרב כך נכמרו רחמיו עליו וענה לו כיון שאתה בן תורה ויודע ספר ואתה מתחרט על מה שעשית ראוי לחוס עליך ומאחר שנשקת רגלי והתנפלת לפני אטרח בעבורך אם אוכל להצילך:

V.

Circa veſperam Bubo in regionem quamdam defertur, ubi, ave terræ proximiore facta, audit homo vocem legentium puerorum ex Exodi cap. 21. *Cum emeris ſervum Hebræum.*

Digitized by Google

bræum. Qua re percepta, ita ſecum cogitatione reputat. Certe Judæi hic degunt. Illuc me præcipitem dabo: fortaſſe mei miſerebuntur, vitamque ſervabo, ſi me in ſervum illis venumdedero. Quid agit? Deſultat, atque concidit ante fores illius urbis, Bubone avolante. At homo ex lapſu duarum horarum ſpatio non potuit ſeſe erigere. Ob illius enim caſus vim parum abfuerat, quin omnia ejus membra convulſa eſſent, accedente præterea bidui inedia. Tandem ſurrexit, & ad portam Synagogæ acceſſit, quam cum clauſam reperiſſet, clamare cœpit: heus, aperite mihi portas juſtitiæ. Tum puer egrediens, eum interrogat: quis tu? Reſpondet illi: Hebræus ego ſum, & veri cultor Numinis. Nec mora, refert id puer Magiſtro, qui fores illi pandere juſſit. Magiſter, cum hominem conſpexiſſet, (*quærit cauſſam, ſimulque narrare jubet, quomodo in illas oras delatus eſſet.*) Hoſpes igitur omnia, quæ ſibi acciderant, narrat a principio ad finem, querens, maximas ſe perpeſſum eſſe calamitates. Tum Magiſter. Quidquid adhuc ſuſtinuiſti, id totum leve eſt præ eo, quod hoc in loco te manebit. Ad hæc homo. An non vos Judæi eſtis? Atqui novi ego, Judæos miſericordes eſſe, hancque virtutem trahere a majoribus. Tanto magis igitur miſerebuntur pauperculi hominis, qualis ego ſum deſtitutus rebus omnibus, nudus, & ſine calceis. At Magiſter, noli, inquit, multa verba facere; etenim mortis ſupplicium evadere non potes. Ibi homo percontari: quare, Domine, & quam ob cauſſam talia mihi minitaris? Reſpondet Magiſter: quia hæc urbs non habitatur ab hominibus, ſed Dæmoniorum, Lamiarumque propria eſt, & pueri illi, quos erudio, a Dæmonibus ſunt prognati, & mox aderunt ad precandum, & ubi te viderint, vita privabunt. Quæ cum audiviſſet hoſpes, magno metu perculſus eſt, & procidens coram Magiſtro, pedeſque illius deoſculans, flebat, & obſecrabat ipſum, ut conſilium ipſi daret, atque auxiliaretur, ne in capitis diſcrimen incurreret, addens, ſe litteris imbutum eſſe, & Dei cultorem ſedulum; peccaſſe vero tantummodo propter pravum conſilium illorum nautarum, qui ſe ſeduxiſſent ad præceptum paternum, & jurisjurandi religionem violandam. Iſtis auditis, tanta miſeratione Magiſter captus eſt, ut juveni diceret; quia Legis Divinæ, litterarumque gnarus es, & pœnitentia eorum, quæ patraſti, duceris, æquum eſt tibi parcere. Proinde quia oſculatus es pedes meos, mihique ſupplicaſti, tui cauſſa enitar, ut te liberare queam.

VI.

מה עשה הרב: הביאו לביתו ואכילהו והשקהו ולן בביתו בלילה ולא הרגישו עליו השרין כל אותה הלילה: למחר בהשכמה אמר לו אותו הרב בא עמי לבית הכנסת ושים עצמך תחת כנפי ואל תדבר דבר עד שאדבר בעיניך: הוליכו לבית הכנסת ועמד תחת כנפות הרב: וכשעלה עמוד השחר באו השדים לבית הכנסת כלפידי:

כלפידי אש ושמע קול ברקים מרעישים וקול זוושת: והאיש ההוא עמד מרעיד ולא נשאר רוח מרוב פחדו ויראתו: ושמע שהתחילו לומר פסוקי דזמרא כמו אם היו בני ישראל: והיה שומר שד אחד קרוב לאותו הרב ואמר לחברו ריח בני אדם אני מריח עד שנשמע הקול ביניהם: ואמרו הנה הוא עומד בצד הרב וכולם נהגו כבוד לרב ולא קרבו אליו מאחר שהוא יושב בעד כנפיו: וכשראה אותו הרב שידעו השדים שהאיש ההוא היה לשם מיד שהשלימו פסוקי דזמרא אמר לחזן אל תתפלל עד שאדבר דברי: מיד אמרו לו השדים רבנו דבר על עבדיך דבריך ונשמעם:

V I.

Quid agit Magiſter? Ducit hominem in ædes ſuas, eumque cibo, ac potu reficit, pernoctatque ibi hoſpes, neque id tora illa nocte ſenſere Dæmones. Mane, cum illuxiſſet, ait Magiſter hoſpiti: veni meeum in Synagogam, & inrra pallium meum te recipe, nec quicquam loquitor, antequam tuo nomine verba fecero. Introductus in Synagogam ſub pallio Magiſtri delitescit. Mox, exorta aurora, Dæmones Synagogam petunt, tamquam flammæ igneæ, audiebatque hoſpes quaſi quoſdam tonitruum ſonitus commoventes, eoneutienteſque. Stabat igitur homo ille formidoloſus, nec fere animi quidquam reliquum habebat præ nimio pavore, ac tremore. Audiebat vero recitantes Dæmones preces ſolemnes matutinas, quaſi eſſent Judæi. Interea ex Dæmonibus quidam, qui haud procul a Magiſtro eonſtiterat, ſocio ſuo ait: odorem hominis ego olfacio, idque tamdiu, donec inter omnes vox hæc audita fuit. Tum cuncti elamare, ecce ſtat a latere Magiſtri. Cæterum univerſi id honoris Magiſtro tribuerunt, ut nemo hominem attingeret, donec pallio Magiſtri tegeretur. Ubi vidit Magiſter, innotuiſſe Dæmonibus, illie hominem eſſe, ſtatim ae recitatæ ſunt Preces Pſalmorum, ait Præcentori: noli tu porro precari, priuſquam verba mea protulero. Ibi ſtatim Dæmones: loquere, Magiſter, ſervis tuis verba tua, noſque ea audiemus.

V I I.

אמר להם אני מבקש מכם שלא תזיקו לאיש הזה כיון שנכנס בצל קורתי: אמרו לו ומה טיבו של ילוד אשה בינינו ומי הביאו לכאן: ספר להם הרב כל מה שאירע להאיש ההוא מראש ועד סוף: אמרו לו ואיך נחיה אדם רשע כזה שעבר על מצות אביו ועל שבועת השם: אין זה כי אם בן מות: אמר להם הרב כבר קבל עליו ענשו ברוב צרות ורעות שעברו עליו והוא בן תורה וראוי שתגין עליו תורתו: שאם היה חייב מיתה לא היה השם מצילו מן הים ומן הארי מן הקיפופא ומכמה צרות: ענו לו השדין כש שהוא בן מות שהוא בן תורה ולא

ולא שמר מצות אביו וגם שעבר על שבועתו והשגגות נעשות לו כזדונות והשם
לא הצילו מכל מה שעבר עליו אלא כדי שימות בידינו במיתה משונה:

V I I.

Tum ſit illis. Ego hoc a vobis contendo, ne iſtum hominem lædatis, quia ſub umbram tigni mei confugit. Ad hæc Dæmones. Quid ſibi vult ex fœmina natus inter nos, & quis eum huc deduxit? Ibi narrat illis Magiſter omnia, quæ homini evenerant, a capite uſque ad calcem. Poſtea Dæmones: quomodo ſinemus, inquiunt, ſuperſtitem eſſe tam nequam hominem, qui mandata paterna, & jurisjurandi ſanctitatem tranſgreſſus eſt? Omnino reus eſt capitalis ſupplicii. Subjicit Magiſter. Cum pœnas ſuis multis calamitatibus, ærumniſque, quas perpeſſus eſt, luerit, atque in Sacris litteris ſcientiam profiteatur, æquum eſt, hanc eruditionem illum tueri. Etenim ſi mortem promeritus eſſet, Deus non liberaſſet ipſum a naufragio, nec a Leone, nec a Bubone, nec ab aliis malis plurimis. Reponunt Dæmones. Tanto magis dignus eſt, qui vita exuatur, cum Legem Divinam calleat, nec ſervarit præceptum paternum, ſuumque jusjurandum violaverit. In hoc enim leviores errores evadunt crimina graviſſima, Deuſque non ob aliam rationem inter omnes iſtas adverſitates incolumem præſtitit, niſi ut a noſtris manibus mors diriſſima ei inferretur.

V I I I.

אמר להם הרב ראוי שתמיתוהו אתם אלא בדין תורה מאחר שהוא בן תורה:
ועתה שמעו לקולי: יחרים החזן שלא יזיקנו שום שד עד אחר התפילה ונביא
אותו לפני אשמדאי המלך והוא ידין אותו אם למות אם לחיים: ענו כלם טוב
הדבר אשר דברת: מיד צוו לחזן הכנסת להחרים שלא יזיקנו שום שד עד שידין
אותו אשמדאי מלך השדים:

V I I I.

Excipit Magiſter. Non eſt fas, vos illum perimere, niſi ſecundum Legis Divinæ ſtatuta, cum eruditus ſit. Nunc igitur conſilium meum audite. Palam edicat Præcentor ſub anathematis pœna, ne quis veſtrum illi ante Preces peractas noceat. Poſtea, iis abſolutis, adducemus illum ad Regem Aſmodæum, atque ipſe judicabit, utrum morte, an venia dignus ſit. Tum uno ore omnes. Probum eſt conſilium, quod ſuaſiſti. Nec mora. Jubent, Præcentorem ſub anathematis pœna indicere, ne quiſquam ex Dæmonibus ei manus inferat, donec Aſmodæus Rex Dæmonum de illo cognoſcat.

Digitized by Google

I X.

ואחר שהתפללו הביאוהו לפני אשמוראי ואמרו לו: ארוני המלך האיש הזה חוא בינינו מפני שחטא לשם ית׳ שעבר על שבועתו ושלא שמר מצות אביו והנה אירע לו כך וכך: ואנחנו לא רצינו להמיתו עד שתרינהו אתה מפני שהוא בן תורה: וכששמע המלך כך קרא לבית דינו ואמר להם: הנה זה האיש שעשה כך וכך והקרא לו כך וכך: דינו לבקר משפט ופשפשו ברינו: כי הוא בן תורה לכך תרינהו ברין תורת משה: הלכו בית דינו ופשפשו ברינו ורינוהו למות מפני שכתוב בתורה ארור מקלה אביו ואמו וזה הקלה כבוד אביו ומצותו וכיון שהוא ארור וארור הוא בן מות משאול בן קיש שרצה להמית בנו יְהונתן על שעבר על ארור: ועוד כי זה עבר על שבועתו שכתוב כי לא ינקה יי ׳וגו: הלכו לפני המלך אשמראי וספרו לו איך חייבוהו למיתה על הטענות הנזכרי: אמר להם אשמראי המתינו ברין ולינו עליו שכן כתוב ושפטו הערה והצילו הערה ואמרו חכמיהם הוו מתינין ברין: וכן משה רבם עכב ברין הקשש כי לא פורש: אמרו לו כן נעשה כאשר דברת כי אתה ארונינו ועליך עינינו: אמר להם המלך ילך עמי האיש הלילה הזאת כדי שלא ימיתוהו עד שיתבאר הרין וכן עשו: באותה שעה שאל לו אשמדאי אם קרא ושנא וציה והביא לפניו ספר תורה נביאי וכתובי וסררי משנה ותלמור וברק אותו ומצאו הכם בכל ענין: וכשראה אשמראי כך אמר לו עתה ירעתי כי איש חכם אתה וגם מצאת חן בעיני: השבע לי שתלמד בני מה שאתה יורע ואני מצילך מיר השרין כי ירעתי שיסכימו ברינך להורגך: נשבע לו בכך: אמר לו המלך: בא ואלמדך טענות שתטען ליום מחר כי אמרו כי איש מות אתה: ואתה תענה להם כי אתה דיין גרול וחכם ושאתה חפץ לראות הדין ולבדוק בטענות והם יבואו לפני ואני אצילך מירם: למחר באו בד״ לפני המלך אשמראי ואמרו לו לא מצאנו לו שום זכות: ענה הבחור ואמר להם אני דיין גרול יותר מכם אני רוצה לפשפש ברינו: אמרו לו ראוי לעשות כרבריך: נתיעצו ביניהם ואמרו אין טוב לנ׳ אלא להביאו לפני המלך אשמדאי שהוא למר תמיר מישיבה של מעלה ואחכ יורד והוא למד בישיבה של מטה: ולכן הוא בקי ברינין מן השמים ומן הארץ: הלכו ושאלו לאשמדאי מה יאמר ברינו: אמר להם אין לאיש הזה משפט מות כי כל מה שעשה לא במרד ובמעל ולא בזרון עשה: אלא שאותן האנשים הסיתוהו והטעוהו בדברים ואנוס רחמנא פטריה: מנא לן: מן לנערה לא תעשה דבר: ואתם יְכולין לדעת כי כן הוא שהשם המית בים האנשים ההם והוא ניצול: וכששמע הבד כך פטרוהו ברין:

Digitized by Google

I X.

Poſt recitatas Preces adducunt eum coram Aſmodæo, dicuntque illi. Rex, & Domine, iſte homo in nos incidit, quia deliquit adverſus Numen æternum violando jusjurandum, & ſpernendo mandatum parentis ſui, atque ecce iſta & iſta ei evenerunt. Nos autem noluimus eum interficere, antequam tu de ipſo decerneres, quia Divinarum litterarum ſtudioſus eſt. Quæ cum Rex intellexiſſet, Senatum ſuum convocat, eumque his affatur verbis. Ecce vobis hominem, qui hæc, & iſta patravit, & cui hæc, & iſta acciderunt. Ite igitur cras in ſuffragia, & inquirite in cauſſam illius. Cum enim ſtudio Legis Divinæ operam det, ideo ſecundum Moſaicam Legem vos eum judicare decet. Abeunt Senatores, totoque negotio probe examinato, capitalem adverſus eum ſententiam ferunt. Nimirum hoc nitebantur fundamento. Scriptum eſt in Lege (Deuter. 26. v. 16.) *Maledictus eſto quiſquis vilipendit patrem ſuum, aut matrem ſuam*: atqui iſte vilipendit utique honorem patris ſui, illiuſque præceptum; proinde maledictioni ſubjectus eſt. Cæterum maledictionis reum eumdem & mortis reum eſſe, conſtat ex illo Saulis filii Kis, qui (*ſicuti* 1. Sam. 14. *ſcriptum eſt*) filium Jonathanem perimere nitebatur, quia contrarium fecerat ejus, quod ipſe ſub maledictione prohibuerat. Accedit, iſtum præterea jusjurandum ſuum rupiſſe, & Scripturam de hujuſmodi homine pronunciare (*Exod.* 20. *v.* 7.) *Non relinquet impunem Dominus eum &c.* Quamobrem adeunt Regem Aſmodæum, eique exponunt, quomodo reum capitis ſupplicium promeritum eſſe ſentiant ob rationes prædictas. Tum ait illis Aſmodæus. Expectate, & ſententiæ promulgationem in diem craſtinum differte. Sic enim ſcriptum eſt. *Et jus dicent Cœtus, & eripient Cœtus.* (*His verbis jubetur pars Synedrii in rei damnationem: pars vero in ejuſdem abſolutionem inclinare.*) Scitumque eſt illud Sapientum Hebræorum: *moras trahite judicaturi.* Sic quoque Moſes eorumdem Magiſter diſtulit de eo pronunciare, qui in Sabbato ſtipulas collegerat, quia ei parum liquebat. Reſpondent Dæmones. Morem geremus monitis tuis, cum tu ſis Dominus noſter, & oculi noſtri te ſpectent. Subjicit Rex. Mecum moretur homo iſte hac nocte, ne illum perimant, antequam de ſententia concipienda liquido conſtet: atque id factum. Haud multo poſt interrogat Aſmodæus hominem, num in Sacris litteris, & *δευτερώσει* ſit exercitatus, jubetque afferri Codicem Legis, Prophetarum, & Hagiographorum, itemque Miſnà Ordines cum Talmude, & in illius profectum inquirit, deprehenditque omnium rerum apprime gnarum. Cum iſta ſic exploraſſet Aſmodæus, ait homini. Nunc equidem ſcio, te virum ſapientem eſſe, atque omnino tibi redditus ſum propitius. Ergo jusjurandum dato, edocturum te filium

meum,

meum ea, quæ tenes, atque eripiam te e manu Dæmonum, quos ad te necandum novi conſpiraturos. Jurat igitur Regi, atque Rex poſtea air homini. Veni, indicabo tibi argumenta, quibus die craſtino te defendes, cum capitalem ſententiam adverſus te ferent. Dic nimirum illis, te eſſe Judicem, Sapientemque magni nominis, ac proinde te cupere ipſorum cognoſcere decretum, & examinare rationes. Tum me illi adibunt, atque ego te ſervabo. Poſtridie convenit Senatus coram Aſmodæo, ajuntque; Non reperimus ullam cauſſam, quare eum abſolveremus. Tum homo ille dicere. Mihi major, quam vobis, juris eſt peritia, atque volo inquirere in juſtitiam ſententiæ veſtræ. Reſpondent Dæmones. Æquum eſt, nos tibi hoc concedere. Poſt habitam autem deliberationem inquiunt. Nihil magis ex uſu nobis eſt, quam ut illum coram Rege Aſmodæo ſiſtamus. Ipſe enim quotidie in Ætherea Academia invigilat, & deinde deſcendit, atque in ima quoque Academia ſtudiis dat operam. Itaque & Cœleſtis, & terreſtris juris habet notitiam. Abeunt igitur, & ex Aſmodæo quærunt, quid illi videatur? Ab illo autem hoc reſponſum accipiunt. Iſte homo neutiquam capitis pœnam meritus eſt. Quidquid enim fecit, neque ſponte, neque ex animo, neque dolo malo ab eo eſt factum. Verum nautæ illi verbis ſuis ipſum pellexerunt, deceperuntque, & quæ ſine voluntate fiunt, Deus non attendit. Unde hoc colligimus? Ex loco (Deuter. XXII. 26. *ubi de puella per vim compreſſa legitur:*) *Puellæ autem ne facito quidquam*. Atque vos ex eo quoque agnoſcere poteſtis, rem ita ſe habere, quia Deus viros illos in mari ſuſtulit, iſte autem incolumis evaſit. Hæc cum Senatus percepiſſet, inſons declaratus eſt.

X.

ואחרי כן לקחו אשמדאי והביאו לביתו ושם בנו לפניו ללמדו תורה ומה שהיה יודע ועשה לו כבוד גדול ולבסוף שלוש שנים ידע בן אשמדאי כל מה שלמדו האיש ההוא מכל מה שהיה האיש יודע: לימים מרדה מדינה אחת באשמדאי וקבץ חיילותיו ללכת על אותה מדינה ומינה האיש ההוא על ביתו ועל כל אשר לו ומסר לו מפתחות כל בית גנזיו וצוה לכל אנשי ביתו שלא יעשו דבר זולתי אשר יצוום האיש ההוא: והראה אשמדאי לאיש ההיא כל בית גנזיו והראהו בית אחד שלא היה לה מפתח ואמר לו אשמדאי בכל בית גנזי יהיה לך רשות להכנס חוץ מבית זה: הלך אשמדאי לצור על העיר ההיא עד ויהי היום והיה עובר האיש על חותו פתח שצוהו אשמדאי שלא ליכנס בו: אמר בלבו מה יש בבית זה שצוני המלך שלא אכנס בו יותר מכל בית גנזיו: הלך על הפתח ושבר וראה בת אשמדאי שהיתה יושבת על קתדרא של זהב ועמה בתולות רבות מרקדות ושמחות לפניה והיא היתה יפת תאר ויפת מראה מאד: וכשראתה אותו אמרה לו בא והכנס לכאן

לכאן נכנס אצלה ועמד לפניה : אמרה לו אדם טפש איך עברת על מצות המלך
אשמדאי אבי ועוד מה אתה רוצה בבית נשים תדע באמת שהיום תמות שכבר ידע
אבי שאתה נכנסת בבית זה והנה הוא בחרבו שלופה בידו ויהרגך : וכששמע
האיש ההוא כך נפל על רגליה ונשקם והתנפל לפניה ויבך ויתחנן לה להצילו
מיד אביה שלא ימיתנו שלא נכנס לשם לזנות ולא נתכוון לעשות דבר רע עם
הנערות : וכשראתה בת אשמדאי כך אמרה לו מאחר שאתה בן תורה הענוה שיש
בך יצילך היום ועתה צא מן הבית הזה וכשיבא אבי ויאמר לך על מה עברת על
מצותי ונכנסת אצל בתי וירצה להרוג אותך אמור לו אדוני לא נכנסתי אלא מפני
שאני אוהב את בתך מאד ואני שואל ממך שתתננה לי לאשה ויודעת אנכי
שייטבו דבריך לפניו ויתן אותי אליך כי מן היום שאתה עמנו נתן עיניו כך לתתי
אליך מפני שאתה בן תורה אלא שאין דרך ארץ שהאשה תובעת האיש וגנאי
יהיה למלך כמוהו לשאול שתקח בתו:

X.

Poſt hæc Aſmodæus hominem ſe ſequi jubet; eique in ædes introducto committit filium ſuum, ut illum Sacras Litteras, & ea, quæ tenebat, edoceret, afficitque hominem ſummis honoribus. Exacto triennio, callebat Aſmodæi filius omnia, quibus magiſter illum imbuerat, & quidquid ſciebat magiſter. Interjecto deinde tempore, deficit civitas quædam ab Aſmodæo. Quare copias ad eam oppugnandam colligens, præficit hominem univerſæ domui ſuæ, univerſiſque facultatibus, & claves omnium theſaurorum illi tradens imperat domeſticis, ne quid citra ipſius juſſa faciant. Demonſtrat itaque Aſmodæus homini omnes ſuas opes, oſtenditque ei domum aliam, quæ clave carebat, ac dicit: in gazophylacia quæque mea tibi introeundi jus eſto, præterquam in domum hanc. Abit deinde Aſmodæus urbem expugnaturus, atque accidit quadam die, ut œconomus ille eas fores præteriret, per quas Aſmodæus ingredi illum prohibuerat. Quare ſecum cogitat. Ecquid continere poteſt domus hæc, quam ſolam præ omnibus gazophylaciis intrare vetuit Aſmodæus? Accedit igitur ad fores, ibique præſtolatur (*quoad aperirentur; idque cum factum eſſet*) videt filiam Aſmodæi, inſidentem throno aureo, circa quam ſtrepebant puellæ multæ ſaltantes, & jocantes; ipſa autem erat pulchra aſpectu, & formoſa inſigniter. Ea, cum hominem conſpexiſſet, ait illi; accede, & ingredere. Ergo intrat ille, & coram ea conſiſtit. Tum ipſa. Tu vero homo inſulſiſſime, quare præceptum Aſmodæi Regis patris mei violaſti? & quid tibi vis in gynecæo hoc? Pro certo igitur noveris, tibi hac die moriendum eſſe. Jam enim perſpectum habet pater meus, te huc intraſſe, atque ecce huc properat ſtricto gladio ad te trucidandum. Iſtis auditis, proſternitur homo ad pedes virginis, eoſque oſculatur, & pro-

Digitized by Google

prono corpore flens obteſtatur eam, ut ſe a patre, & imminenti exitio liberet; nec enim ſcortandi cauſa ſe ingreſſum eſſe, aut cum puellis rem malam patrandi habuiſſe propoſitum. Quæ cum vidiſſet Aſmodæi filia, ait. Quia Legis Divinæ peritus es, tua te nunc modeſtia incolumem ſervabit. Quamobrem exi e domo hac, & cum parens meus adventabit te objurgans: quare tu præceptum meum violaſti, & ad filiam meam ingreſſus es? & intetitum tibi comminabitur, dicito. Domine, non alia ex cauſa intravi, niſi quia filiam tuam vehementer depereo, atque ego te rogo, ut illam mihi in uxorem des. Sat ſcio, hæc verba ipſi grata futura, eumque me tibi conceſſurum. Nam ex eo tempore, quo nobiſcum agere cœpiſti, hoc meditatus eſt, ut me tibi traderet ob tuam in Divinis litteris peritiam. At non erat honeſtum, mulierem virum provocare, nec tanto Regi conveniebat, te ſollicitare ad filiam ducendam.

X I.

וכששמע האיש ההוא רבריה שמח בלבו ועורנו מרבר אל לבו שיצא מן הבית הזה הנה אשמדאי בא וחרבו שלופה בידו ואמר לו למה עברת על מצותי עתה בא יומך שאשיב לך גמול מכל מה שעשית: אמר לו ארוני לא נכנסתי אלא מרוב חשקי בבתך בבקשה ממך תנה אותה לי לאשה כי ישרה בעיני מאר: וכששמע אשמדאי כך שמח מאר ואמר לו: ברצון אתננה לך רק המתין לי עד בואי מן המלחמה ומעתה אני נותן לך רשות להכנס בבית שבתי בו ולצחוק עמה ולענג אותה כרצונך: מיד חזר אשמדאי ולכר אותה מדינה והחריב אותה ואחרי כן אמר לחיילותיו בואו עמי לנשואי בתי שאתן לאיש אחר חכם גדול ובן תורה: מה עשו כנסו כל העופות והחיות שמצאו במדבר עד שלא היה להם מספר והביאו הכל למשתה: ונתן המלך אשמדאי מזון גדול שלא היה חקר ומספר לאיש ההוא וכתבו הכתובה וחתם החתן הכתובה וכל גדולי המלך עמו ועשה המלך להם משתה גדול ועצום כיד המלך לעת ערב מסר אשמדאי בתו לאיש ההוא כדרך כל הארץ ונכנסו שניהם לחדר: ואמרה לו בת המלך אל תחשוב בלבך שאני שירה ושאתה בן ארם איני חסרה כלום: אמנם הזהר שלא תבוא אלי אם אין אתה חפץ: אמר לה אני אוהב אותך כבת עיני ולא אעזוב אותך לעולם: אמרה לו השבע לי ברבר הזה: נשבע לה וכתב השבועה בשטר ותתם בה האיש ההוא: אחרי כן בא אליה והוליד ממנה בן ומל אותו לשמנה ימים כרין תורה וקרא את שמו שלמה על שם המלך שלמה ועמר האיש ההוא אצלה כמה ימים:

X I.

Iſtis pereeptis, in pectore ſecum gaudere homo cœpit, ſuamque ſecum reputans felicitatem, dum e domo egreditur, obvium habet Aſmodæum, tenentem manibus ſtri-
ctum

Digitized by Google

ſtum gladium, clamantemque. Cur tu mandatum meum neglexiſti? Nunc quidem dies adeſt, ut præmia digna omnibus tuis factis rependam. Tum homo ille. Tuam fidem, Domine; non huc intravi, niſi ob impotentem amorem, quo erga filiam tuam exardeſco. Obſecro te, ut hanc mihi uxorem des; cum multum illa capiar. Hæc ubi Aſmodæus audivit, valde lætatus eſt, dixitque homini. Deſpondebo eam tibi libenter; verumtamen expecta, donec ab expeditione mea revertar. Interea poteſtatem nunc tibi facio viſitandi domum, in qua moratur filia mea, & cum ea colludendi, amorique tuo indulgendi ex ſententia. Sic mox reverſus in caſtra Aſmodæus Urbem expugnat, & ſolo æquat, ac poſtea copias ſuas his verbis alloquitur. Venite mecum ad nuptias filiæ, quam collocabo in matrimonium cum viro rerum humanarum, divinarumque peritiſſimo. Quid fit? Tantam avium, ferarumque multitudinem ex ſylvis colligunt, quæ numerari non poterant, eaſque omnes in convivio apponunt. At vero Aſmodæus divitias ſine modo, & menſura Genero largitur, confectumque eſt Inſtrumentum dotale, cui Sponſus, omneſque Proceres ſubſcripſere. Parat deinde Rex epulas ſplendidas, & magnificas pro dignitate ſua, & ſub veſperam filiam ſuam Genero more ubivis gentium recepto committit, atque ambo ſimul in cubiculum ſe recipiunt. Tum Sponſo ait Sponſa. Noli tecum cogitare, me Sagam eſſe, te vero hominem: nihil mihi deeſt. Sed cave rem mecum habeas, niſi id feceris ex amore. Tum ille. Ego te non ſecus amo, quam oculi mei pupillam, nec umquam te deſeram. Ibi Sponſa; da igitur mihi Jusjurandum, ſic futurum. Nec mora, ſancte jurat Sponſus, ipſamque jurisjurandi formulam in ſcripturam redigit, obſignatque. Conſcendunt poſtea torum genialem, ſuſcipitque maritus e conjuge filium, quem octavo die ex præcepto Legis Moſaicæ circumcidit, vocatque Salomonem in Salomonis Regis memoriam, atque ita longo tempore ſimul vivunt.

XII.

ויהי היום והאיש היה מצחק עם בנו שלמה והיתה אשתו בת אשמדאי שם ונאנח האיש ההוא: אמרה לו אשתו למה נאנחת: אמר לה על בני שהנחתי בארצי ועל אשתי נאנחתי אמרה לו ומה אתה חסר כאן: אין אנכי יפה בפניך או אתה חסר ממון או כבוד הגידה לי ואמלא רצונך: אמר לה איני חסר כלום אלא כשאני רואה את בני שלמה אני זוכר שאר הבנים: אמרה לו הלא אמרתי לך שאם לא היתה אהבתי חקוקה בלבך שלא תקחני לאשה ועתה אתה נאנח על אשתך הראשונה וזוכר אותה אל תעשה כן פעם אחרת: אמר לה אני אשמור מזה: לימים חזר האיש ההוא להאנח: אמרה לו עד מתי לא תמנע עצמך מהיות נאנח על אשתך הראשונה ועל בניה: כיון שהוא כן אני אביאך אל אשתך ואל

בניך

בניך הראשונים אמנם תן לי זמן מתי יהיה מהלכך ומתי תשוב: אמר לה כן
אעשה כדברך ונשבע לה על כך וכתב השבועה וחתם בה הוא ונתן בידה והיא
שמרה כל השטרות מהשבועות שעשה לה להיותם לה לעדות: מה עשתה זימנה
כל עבדיה ועשתה משתה גדול ואחר שאכלו ושתו אמרה להם הנה בעלי זה
נתאוה לראות אשתו הראשונה ובניה שיש לו במקום פלוני; ועתה מי הוא זה
אשר יש בו כח להביאו לשם: ענה אחד ואמר אני אוליכנו בב שנים: ענה אחר
ואמר ואני בעשר שנים: וענה אחד ואמר ואני בשנה: ענה אחר שהיה בסוף
השלחן שהיה סומא מעינו אחת ונבן ואמר אני אוליכנו לשם ביום אחד: אמרה
לו אליך אנכי חפצה אמנם הזהר בו שלא תזיקנו ואל תעשה לו מאומה והוליכהו
בנחת כי הוא אדוניך והוא בן תורה ואין בו כח לסבול דבר רע: אמר לה אני
אעשה כדברך: אמרה לבעלה בסתר אדוני הזהר פן תכעיס לזה כי הוא בעל
חמה כי בסבת רגזנותו הוא עור: אמר לה לא אכעיסנו בדבר אמרה לו לך
לשלום רק הזהר בשבועתך: מה עשה אותו השר והנבן הרכיבו על כתפיו והביאו
אל עירו והניחו חוץ לעיר בראש הגשר לשלום:

X I I.

Accidit deinde aliquando, ut vir ille, præſente uxore, cum filio ſuo Salomone ludens ſuſpiria duceret. Tum conjux quærere, quare ſuſpiraret? Reſpondet is: ſuſpiro ob filium meum, uxoremque meam, quos in patrio ſolo reliqui. Ibi mulier. Qua hic apud nos re deſtitueris? An non ſatis tibi formoſa ſum? an divitiis, vel honoribus eges? Indica mihi, atque faxo, optata feras. Subjicit homo. Nulla re careo; verum quoties filium meum Salomonem intucor, in memoriam mihi redeunt liberi cæteri. Ait illa. An non dixeram tibi, ne me uxorem caperes, niſi amor mei alte in corde tuo eſſet defixus? & nunc tu ingemiſcis ob uxorem priorem, ejuſque meminiſti; cave, ne hoc iterum facias. Sic maritus pollicetur, velle ſe ea re abſtinere. Cum vero nihilominus non multo poſt ad ſua rediret ſuſpiria, ſic eum affatur conjux. Uſquequo non temperabis tibi, ne ſuſpires primam tuam uxorem, liberoſque ejus? Quia vero tanto illius deſiderio tangeris, curabo, ut deducaris ad veterem conjugem, liberoſque tuos; verum ſtatue mihi tempus, quo iturus es, quoque ad nos reverſurus. Ad hæc ille. Faciam prout juſſeris; ac jusjurandum præſtans, ejus formulam in litteras refert, ſubſcriptione ſua confirmat, atque uxori ſuæ in manus tradit; quæ omnia inſtrumenta juramentorum cuſtodiebat, ut pro teſtimonio valerent. Quid ipſa porro agit? Vocat ad cœnam omnes ſervos, & inſtruit convivium inſigne. Poſtquam autem comederunt, & biberunt, ait illis. Ecce hic meus maritus expetit videre conjugem ſuam priorem, liberoſque, qui degunt in civitate Ploni Almoni. Ecquis igitur veſtrum eo pollet robore,

Digitized by Google

re, ut ipſum illuc deducat? Ibi reſpondens quidam promittit, intra annos viginti ſe id effecturum; alius ſibi decennium ad id depoſcebat; rurſus alius intra annum unum ſe hoc præſtiturum pollicetur; quidam vero poſtremus menſæ aſſidens, oculo uno privatus, & gibboſus intra diem unum hominem illuc portandi conditionem offert. Tum Hera. Te mihi expeto. Verum cave illum lædas, aut ulla re offendas; ſed leniter eum deferto. Nam ſcito, hunc & Dominum tuum eſſe, & multum ſe litteris operam dando defatigaſſe, unde graviora perpeti nequit. Ibi Dæmon: parebo tuis juſſis. Mox clanculum viro ſuo ait mulier. Quæſo te, Domine, ne hunc Dæmonem irrites, cum iracundus ſit, ob eamque rem altero careat oculo. Ad hæc maritus: ad iram illum nulla ratione provocabo. Denique mulier. I pede fauſto; ſed jurisjurandi tu mihi memor eſto. Quid orditur unoculus ille, & gibboſus Dæmon? Imponit hominem, divaricatis cruribus, dorſo ſuo, eumque in Urbem ſuam defert, & ante eam juxta caput pontis ſiſtit incolumem.

XIII.

ויהי בעלות השחר נעשה אותו שד כדמות אדם ונכנסו שניהם בעיר: פגעו בגוי אחד שהיה מכירו: ואמר לו: אתה הוא פלוני בן פלוני שהלכת העבר הים וטבעה הספינה: אמר לו אני הוא: אמר לו הגוי אלך וארוץ ואבשר לאשתך שיושבת כאלמנה זה כמה ימים ולקרוביך: הלך ובשרם בכך ושמחו שמחה רבה ויצאו לפניו בחדוה רבה קרוביו ומיודעיו ושאלו לו על אודות התלאה אשר מצאתהו: וספר להם את כל אשר קרהו מראש ועד סוף עד היום ההוא וכאשר הצילו יי ונכנס לביתו ואותו השד הגבן עמו בדמות אדם ונשק לאשתו ולבניו בפניו ועשה משתה לכל אהביו קרוביו ומיודעיו:

XIII.

Cæterum ſub auroræ ortum aſſumit Dæmon Hominis perſonam, amboque urbem ingrediuntur. Ibi incidit in hos quidam alienigena, Aſmodæi Genero olim amicus. Itaque illi ait. Tune ὁ δεῖνα es, filius τοῦ δεῖνα, qui mari ſeſe expoſuerat, & naufragium paſſus eſt? Reſpondet alter, is ipſe ſum. Tum prior. Præcurram, atque hoc nuncium ad uxorem tuam referam, quæ pro vidua multos jam ſedet annos; quin & propinquis tuis idem narrabo. Abit igitur, atque rem indicat. Tum omnes multum gaviſi ſunt, omneſque propinqui & noti cum lætitia obviam illi eunt, atque percontantur de caſibus, quibus expoſitus fuerit. Cæterum ille a principio ad calcem recenſet iis ſingula, quæ ad præſentem uſque diem fuerat expertus, & quomodo Deus ipſum ſervaſſet; domumque ſuam cum gibboſo, ſed formam humanam induto Dæmone ingrediens, oſcu-

latur præſentibus omnibus uxorem ſuam, & liberos ſuos, paratque epulas amicis, propinquis, ac familiaribus ſuis.

XIV.

אחר שאכלו ושתו אמר האיש ההוא לאותו השד הגבן שהביאהו למצות בת אשמדאי למה אתה עור מאחת מעיניך: ענה לו כתוב מפורש: שומר פיו ולשונו שומר מצרות נפשו: ולמה אתה מלבין פני ברבים: הלא אמרו חכמיכם המלבין פני חברו ברבים אין לו חלק לעולם הבא: עוד שב האיש אותו להכעיסו לומר לו ולמה אתה גבן: אמר ככלב שב אל קיאו כסיל שונה באולתו: ואם כל זה אספור לך האמת כשאתה אומר על מה אני סומא: מפני שאני כעסן יום אחד הייתי נתקוטט עם חברי והנה דקרני חברי בסכין וסומא את עיני: ומה ששאלת על מה אני גבן לך ואמור לאומן שעשני: אמר לו נעניתי לך מחול לי: אמר לו: לעולם לא אמחול על עלבוני: אמר אותו איש לאנשי ביתו תנו לו לאכול ולשתות: ענה לו לעולם לא האכול ולא אשתה משלך: אבל צוה לעשות ברכת המזון ואשובה אל מקומי:

XIV.

Finitis epulis, ait homo ille gibboſo Dæmoni, qui ſe ex præcepto filiæ Aſmodæi adduxerat. Quam ob cauſſam tu altero oculo cæcus es? Reſpondet Dæmon. Scriptum eſt perſpicue. (Proverb. XXI. 23.) *Qui obſervat os ſuum, & linguam ſuam, conſervat ab anguſtiis animam ſuam.* Tu vero quare hic publice faciem meam in pallorem das? An non dixere Sapientes veſtri: *quiſquis ſocium ſuum propalam pallere facit, exors eſt æternæ vitæ?* Sed hæc nihil moratus pergebat vir ille irritare Dæmonem inquiens. Dic dum, quare gibbum habes? Contra Dæmon: (*Vere tibi convenit illud Proverb. XXVI. 11.*) *Ut canis redit ad vomitum ſuum, ita ſtolidus iterat ſtultitiam ſuam.* Nihilominus indicabo tibi veritatem. Quæſiviſti ex me, quare ſim unoculus? Scias, id inde proveniſſe, quia nimis iræ indulgeo. Hinc, cum aliquando cum ſocio contenderem, perfodit is mihi cultello oculum, meque excæcavit. Quod autem interrogaſti, quare gibboſus ſim? (*ejus rei cauſſam ego dicere nequeo*) ſed abi, & tranſige cum factore meo. Tum homo. Quæſo te, condona meam mihi proterviam. Reſpondet Dæmon: numquam tibi condonabo iſtam, qua me affeciſti, contumeliam. Poſt hæc imperat homo domeſticis ſuis, ut Dæmoni aliquid ad comedendum, bibendumque præbeant. Contra Dæmon. Numquam adducar, ut ex rebus tuis quidquam comedam, vel bibam. Cæterum jube modo, ut Preces, quas poſt aſſumptum cibum recitare mos eſt, dicantur, & tunc ibo, revertarque in locum meum.

XV.

Digitized by Google

X V.

ואמר שברכו ברכת המזון אמר לו מה אתה רוצה להוריע לגברתי אשתך: אמר לו לך ואמור לה שלא אשוב אליה לעולם שהיא אינה אשתי ואני איני בעלה: אמר לה אל תאמר כך ואל תעבור על שבועתך: אמר לו איני חשש משום שבועה שנשבעתי לה והביא אשתו הראשונה לפניו ונשקה וחבקה לפניו ואמר לו: זו היא אשתי שהיא אישה ואני איש וגברתך שדה ולכן אמור לה שלא אשוב אליה לעולם: כשראה כך יצא משם וחזר לארונתו מלא חמה וכשראתה אותו שאלה אותו ואמרה לו מה אמר לך ארוני בעלי: ענה ואמר לה את שואלת על האיש שאינו אוהב אותך אלא שהוא מואס בך ואומר שלא ישוב אליך לעולם שאין את אשתו והוא אינו בעלך וספר לה כל המעשה שהקרא אותו עם בעלה: אמרה לו אין אנכי מאמינה אותך ולא לדבריך כי כל מה שאמר לא עשה אלא להרגיזך ולעשות לך הכעסות שאני יודעת בו שהוא בן תורה ולא יעבור לעולם על שבועתו ואנכי אמתין עד זמן אשר נתן לי ונראה מה יהיה:

X V.

Poſt peractas Preces ait Dæmon. Quid nunc vis, ut Heræ meæ, uxori tuæ renunciem? Ibi homo. Vade, & dic illi, me numquam ad eam reverſurum. Neque enim ipſa eſt uxor mea, neque ego ejus maritus. Subjicit Dæmon. Ne tu hæc loquaris, & noli violare jurisjurandi religionem. At vero homo: Non curo, inquit, ullum, qnod juravi, ſacramentum, adductaque veteri conjuge, hanc coram illo oſculatur, & amplexatur, dicens. En veram meam uxorem. Nam ipſa mulier eſt, & ego vir; tua autem Hera Saga nata eſt. Quapropter dic illi, me nullo umquam tempore rediturum. Cum tenacem propoſiti vidiſſet Dæmon, diſcedit, & ad Dominam revertitur furoris plenus. Illum, ubi Domina videt, percontatur: quid referre te juſſit Dominus meus, maritusque? Reſpondet Dæmon: tu de homine ſciſcitaris, qui te minime amat, ſed qui te odio habet, teſtatusque eſt, numquam ſe ad te reverſurum, eo quod non ſis uxor ejus, & ipſe non ſit maritus tuus. Narrabat illi deinde omnia, quæ ei cum conjuge illius interceſſerant. Ad hæc Hera. Ego tibi, tuiſque verbis fidem non habeo. Quæ enim dixit, tantum ad te irritandum protulit, & ut bilem tibi moveret. At ego illum novi, & cum Divini juris adeo peritus ſit, non rumpet fidem, quam juramento mihi dedit. Expectabo uſque ad tempus conſtitutum, tumque videbimus, quæ evenient.

X V I.

המתינה עד הזמן שנתן לה שהיה שנה אחת אחר כך קראה לאותו עבר ואמרה לו:

Digitized by Google

לו: לך והביא לי ארוני בעלי: אמר לה והלא אמרתי לך בשמו שאמר לי שלא ישוב אליך לעולם: אמרה לו כשאמר לך אותן דברי עדיין לא הגיע זמן שבועתו ושישוב אלי: הלך במצוחה ובא אצל האיש ואמר לו גברתי שאלת בשלומך ומתרה אותך לשוב אליה כי הגיע זמן שבועתך: ענה האיש ואמר לך ואמור לה שאינו חפץ בשאלת שלומי ולא אשוב אליה לעולם: כששמע כך הלך וחזר לדרכו לאדמתו והגיד דברי בעלה: הלכה היא וספרה לאשמדאי אביה כל הענין: ענה לה אביה שמא מפני שנתקוטט עם עבדך העור אינו רוצה לבוא עמו ועוד שאינו כבוד לו לבוא עם איש עור וגבן: אבל זאת תעשי שלחי לפניו שלוחי נכבדים ויתרו על שבועתו:

X V I.

Cum ad illum uſque terminum, qui erat unius anni, præſtolata eſſet, ait famulo ſuo Dæmoni. Abi, & Dominum meum maritumque mihi adducito. Tum Dæmon. An non dixi tibi nomine ejus, eum nolle umquam ad te redire? Subjicit ipſe. Cum hæc loqueretur, non effluxerat rempus, quo reverſurum ſe juravit. Ergo obtemperans Dæmon ad virum ſe confert, aitque. Hera mea me quærere juſſit, ut valeas, & te hortatur, ut ad ſe revertaris, quia terminus jurisjurandi adventavit. Ad hæc homo reſpondet. Apage hinc, & dic ei, non me cupere, ut de mea valetudine ſollicita ſit, nec me umquam rediturum. His perceptis, recedit, & ad Dominam retto legit veſtigia, atque illi ſignificat verba mariti ejus. Nec mora, ipſa patrem ſuum Aſmodæum convenit, eique omne negotium exponit. Tum pater. Fortaſſe quia cum ſervo tuo altercatus eſt, ideo eum illo venire recuſat. Quin nec honorificum ipſi comitari cæcum, & gibboſum. Quamobrem mitte ad illum Legatos ſplendidos, qui ipſum memorem eſſe jubeant ſui jurisjurandi.

X V I I.

וכן עשתה הלכו ויתרו בו ואמר להם לא אחזור עמכם לעולם: אמרו לו: אינך בן תורה ולמה אתה עובר על שבועתך שכבר עבר הזמן שנתת לה ואתה עובר בלאו לא תשבעו לשמי בשקר ועוד אתה עובר על מצות עשה דכתיב שארה כסותה ועונתה לא יגרע: ענה להם כראשונה: הלכו להם השלוחים והחזירו לה מענה ממה שאמר ועדיין חזרה ושלחה שלוחים רבים ונכברים מאלה כי חשבה בלבה ואמרה אולי לא ישרו בעיניו אלו השלוחים: הלכו אצלו והתרו בו כמו שעשו הראשונים וענה להם אל תרבו דברים כי לא אוסיף לשוב אליה לעולם: חזרו ואמרו לה שלא תוסיפי לשלוח עוד שלוחים שאינו חפץ בך ומאס בך: כששמעה כך הלכה והגידה לאביה ושאלה ממנו עיצה מה לעשות: אמר לה אביה

Digitized by Google

אביה אני אאסוף חיילותי ואלך אליו אם ירצה לבוא טוב הוא ואם לאו אהרגנו ואהרוג כל אנשי עירו: אמרה לו חלילה לך ארוני ללכת אתה אצלו אלא שלח עמי ממשרתיך אשר ייטב בעיניך ואנכי אלך אליו אולי ישא פני לשוב עמי: וכן עשה שלח עמה חיילות והלכו להם עמה עד מקומו גם בנה שלמה הוליכה עמה:

X V I I.

Obſequitur ea monitis paternis. Abeuntes in memoriam homini revocant jusjurandum. At ille. Nullatenus vobiſcum ſum reverſurus. Tum ipſi. An non te ſtudioſum Sacrarum litterarum profiteris? quare igitur violas jurisjurandi fidem? Pridem enim præteriit tempus, quod illi conſtitueras. Ergo delinquis contra illud interdictum Dei. (Levit. XIX. 12.) *Ne juretis per nomen meum falſo*. Peccas item contra edictum (Exod. XXI. 10.) *Alimentum ejus, operimentum ejus, & conjugale debitum non minuito*. Verum is veterem repetit cantilenam. Proinde diſcedentes Legati referunt ad Dominam reſponſum, quod dederat. Cæterum illa plures, magiſque inſignes Legatos, quam priores fuerant, ad maritum deſtinat, animo ſecum reputans, primos Legatos forſitan non placuiſſe. Recentes hi abeuntes hominem ſimiliter admonent, ſicuti priores fecerant. At ille. Nolite multa verba loqui. Nam certum eſt, me numquam ad eam rediturum. Reduces Legati (*Dominæ*) dicunt. Abſtine a mittendis porro Legationibus. Ipſe enim te non amat, ſed potius averſatur. Iſta cum audiviſſet, adit iterum patrem, & poſtquam, quæ acciderant, narravit, petit ab eo conſilium, quid facto opus ſit. Reſpondet pater. Ego colligam copias meas, & ad eum proficiſcar. Quod ſi venire volet, bene ſe res habet; ſin minus, illum interficiam, omneſque incolas Urbis ejus internecione delebo. Ad hoc ipſa. Abſit, ut tu, Domine, iter capeſſas, ſed mecum iis, quibus tibi viſum, miniſtris mittito, atque ego ad ipſum me conferam; fortaſſe apud eum hanc inibo gratiam, ut mecum redeat. Aſſentitur pater, & cum ea mittit copias ſuas, quæ eam uſque ad illam Urbem comitarentur; quin & Salomonem filium ſecum duxit.

X V I I I.

ויהי בלילה שהגיעו לשם והחיילות שלה רצו להכנס בעיר להרוג אותו ולכל אנשי מקומו ולא הניחה אותם להכנס בעיר להרוג אותו ולכל אנשי מקומו: ואמרה להם עתה הוא לילה וכלם הם ישני ואתם יודעים כי קודם שישנו הם מפקידים נפשותיהם ביד הקבה ולא נוכל לעשות להרע להם בעוד שהם ביד הקבה: רק זאת נעשה עמהם ולא נחטא: נמתין אותם עד הבקר ולבקר נכנס בעיר ואם נמצא מהם לשם שהם עשים כל חפציני הרי טוב ואם לאו נראה

מה

מה נעשה בהם: ענו לה לאמור גברתנו עשי כטוב בעיניך וכשהיתה לשם
אמרה לבנה שלמה בני הכנס אל אביך ואמר לו שאני כאן בעבורו ושלא יעבור
על שבועתו וישוב עמי: הלך הנער ומצא אביו שהיה ישן במטתו והקיצו
משנתו: עמד האיש מרעיד ואמר לו: מי אתה כי הקצותני: אמר לו אני בנך
שלמה בן בת אשמדאי המלך: כששמע כך קם במורא וחבקו ונשקו ואמר לו:
למה באת לכאן:

XVIII.

Cum noctu illuc advenraſſent, volebat exercitus Urbem ingredi, & hominem cum omnibus incolis trucidare. Verum ipſa aditu Urbis, & clade hac illos prohibuit, aitque. Eſt nunc nox concubia, omneſque dormiunt. Vos autem noſtis, (*Judæos*) antequam ſomno ſe dent, animas ſuas Deo commendare. Itaque illis damnum inferre non poſſumus, quamdiu Dei manibus tenentur. Ergo hoc, ne peccemus, cum illis agamus. Expectabimus, donec illuceſcat, & mane ingrediemur Urbem, atque ſi deprehendemus illos paratos ad implenda deſideria noſtra, ſalva res eſt; ſin aliter fuerint animati, ſciemus, quid in eos ſtatuere debeamus. Reſpondent turmæ: quæ tibi ex uſu videntur, Hera, facito. Interea ait Salomoni. Heus, fili mi, vade ad patrem tuum, & mone ipſum, me ejus cauſſa veniſſe, & ne jusjurandum ſuum violet, atque ut mecum revertatur. Abit puer, & reperit patrem in lecto ſomno ſopitum, eumque exſuſcitat. Surgens homo tremere incipit, aitque. Quis tu es, qui me expergefeciſti? Reſpondet puer. Ego ſum filius tuus Salomon, quem ex Aſmodæi Regis filia ſuſcepiſti. His auditis, plenus timoris filium amplectitur, & oſculatur, rogatque, quare illuc veniſſet?

XIX.

אמר לו אמי אשתך באה לכאן בעבורך שתלך עמה ושלחה אותי לקראתך
להודיעך שהיא בכאן: אמר לו איני הולך עמה ולא תהיה אשתי לעולם ולא אני
בעלה שאני בן אדם והיא שידה ואין הדברים מתאחדים על נכון זה עם זה כי
לא ראוי זה עם זה: ענה לו בנו אינך אומר כראוי חוץ מכבודך כי כל הימים
אשר היית עמנו לא הזיקך מאומה ולא עשו עמך דבר שלא כהוגן ולא נהגו עמך
כל השדים כבוד גדול ונורא אלא בעבורה גם אמי כבדה אותך הרבה מאד גם
אביה אשמדאי מינה אותך שר וגדול על כל השדים וצום לעשות כל רצונך: וכיון
שכן הוא למה אתה כועס בה ומואס אותה ואינך זוכר החסדים שעשו עמך כי
אשמדאי זקני הצילך מיד השדים כשרצו להרגך שכך יצא הדין מפיהם: וגם
אמי הצילה אותך מיד אביה כשרצה להרגך על שעברת על מצותו: ועוד למה
אתה עובר על שבועתך שנשבעת שלא תניחנה לשלם ועוד אמרת שלא תתעכב
יותר

אתר משנה אחת ושתשוב אליה אחרי כן: ועתה אבי שמע בקולי וייטב לך חוזר עם אמי ולא תירא מכל דבר רע שעשו לך:

X I X.

Tum ille. Mater mea, uxor tua, huc ſe contulit tui cauſſa, ut cum illa diſcedas. Itaque me præmiſit, ut tibi adventum illius ſignificarem. Reponit homo. Non ſum iturus cum illa, neque eam umquam pro uxore habebo, neque ego ſum illius maritus. Homo enim ſum; ipſa vero eſt Saga; neque poſſunt convenire invicem res tam diverſorum generum. Ad hæc filius. Tu quidem, quod tamen citra honoris tui læſionem dictum eſto, haud æquum loqueris. Namque toto eo tempore, quod nobiſcum egiſti, nulla vis tibi illata eſt, neque ulla facta injuria. Dæmones autem univerſi non ob aliam cauſſam tanto te honore proſecuti ſunt, quam matris nomine. Quin & ipſa mater mea multum te coluit, illiuſque parens Aſmodæus conſtituit te Principem eximium Dæmonum cunctorum, juſſitque nutibus tuis obedire. Quæ cum ita ſint, quare matri iraſceris, eamque ſpernis, nec recordaris beneficiorum, quæ in te fuere collata? Nam Aſmodæus avus meus eripuit te ex manu Dæmonum, cum te perimere vellent, & capitalem ſententiam adverſus te pronunciaſſent. Mater quoque mea te ſervavit, cum illius parens ob violatum præceptum mortem tibi intentaret. Præterea quare contemnis jusjurandum, quo te obſtrinxiſti, numquam te matrem deſerturum? Quin & pollicitus es, te non manſurum ultra annum unum, & reverſurum deinde ad ipſam. Quamobrem, mi pater, aures mihi præbe, tecumque bene agetur. Revertere cum matre mea, nec mali quidquam ab ullo metuito.

X X.

ענה לו אביו בני שלמה אל תוסיף לדבר אלי עוד בדבר הזה ואל תאריך בדבריך שלא אשמע אליך בדבר הזה לשוב עמה לעולם שכל השבועות שעשיתי לה היו מפני אימה ויראה שלא יהרגוני ולכן היו השבועות באינוס ואין בהן ממש: ענה לו בנו שלמה אני לא אוסיף לדבר אליך עוד בדבר הזה כיון שכך צויתני אמנם תדע שאתה תאבד עצמך למען זאת: הלך הנער וחזר לאמו וספר לה כל הדברים ובערה חמתה כשמעה את דברי בנה ואמרה עדיין לא אהרגני עד שאדבר עמו בפני הקהל ואשמע מפיו הטענה ואראה איך יתנהגו הקהל בעניין ומה ידינו בענין: המתינה עד הבקר וכשידעה שהיה הקהל בבית הכנסת הלכה היא לשם עם כל שריה ונכבריה ואמרה להם המתינו לי אתם חוץ הבית הכנסת ואנכי אכנס שם ואשמע מה יענה ומה ירצה לעשות:

X X.

Reſpondet pater: heus, fili Salomon, ne tu de hac re porro verba mecum commutaveris, ſermonique parce. Neque enim umquam in eo tibi morem geram, ut cum matre tua revertar. Omnia enim juramenta, quæ concepi, ex metu, ac timore profecta ſunt, ne vita privarer, ideoque pro invitis habentur, nec involvunt obligationem. Tum filius Salomon. Non loquar tibi porro de re hac, quando ſic præcepiſti. Verum ſcias, te tibi exitium parare cœptis iſtis. Digreditur deinde puer, & ad matrem reverſus omnia illi ediſſerit. (*Mater*,) cum filii verba audiviſſet, vehementer excandeſcens ait. Nondum illum occidam, priuſquam illi coram in Concione populi locuta fuero, & ex ipſius ore ſenſa animi audivero, experiarque quomodo populus in hac cauſſa ſe gerat, & quid ſit judicaturus. Ergo Solis ortum expectans cum ſciret, omnes incolas in Synagoga congregatos eſſe, ipſa ſtipata omnibus Principibus, & Optimatibus ſuis, eo ſe confert, atque illis ait. Præſtolamini me vos hic ante Synagogam, ego introibo, & audiam, quid reſponſurus ſit, & quid agere decreverit.

X X I.

נכנסה לשם וכשנגמרו פסוקי דזמרא אמרה לחזן החזן ואל תתפלל עד שאדבר דברי ויאמר דבר: אמרה לקהל שמעו עמים כולם ועשו לי דין מהאיש שאנכי מתערמת ממנו ששמו דיהון בר שלמוני שכך היה שמו כי זה האיש נפל בינינו בשביל חטאיו ואבי גמל עמו חסד שהצילו מיד חשדים שרצו להמיתו גם אנכי הצלתיו מיד אבי שרצה להרגו על שעבר מצותו ונתן אותי לו לאשה ומינהו שר וגדול על כל חיילותיו ולקח אותי לאשה כדת משה וישראל וכתב לי כתובה מכך גדול ונשבע לי עוד שלא יניחני לעולם כל ימי חייו ונשבע לי עוד כשרצה לקחת ממני רשות לשוב הנה לאשתו הראשונה שלא יתאחר יותר משנה אחת ושישוב אלי והנה השבועות בשטרות אלו והוא חתום בהם ועתה רוצה לשלם לי רעה תחת טובה ואינו רוצה לשוב עמי ועתה אנכי שאלת שתשאלו את פיו למה הוא עושה כך ודינו לבקר משפט על שטרי השבועות האלה:

X X I.

Intrans igitur poſt peractas preces Pſalmorum ait Præcentori. Expecta, nec porro precare, donec negotium meum ſim elocuta. Ibi Præcentor: quæ voles, ediſſere. Tum ipſa Cœtum ſic alloquitur. Audite me omnes cives, & jus mihi reddite contra virum, qui me decepit, cui nomen Dihon filius Salomonis. (Sic enim vocabatur.) Is homo cum in nos incidiſſet ob ſcelera ſua, pater meus hanc erga eum exercuit miſericordiam,

ut

Digitized by Google

ut illum liberaret ex manu Dæmonum, qui ipſum erant interfecturi. Ego quoque eum ex paternis manibus eripui, cum ipſum ob præteritum mandatum mactare vellet, meuſque pater me illi conjugem dedit, conſtituitque ipſum Principem maximum ſuper omnes copias ſuas, atque ipſe me ſibi uxorem cepit ſecundum inſtituta Legis Moſaicæ, Judæorumque, & dotis loco mihi conſtituit ſummam ingentem, addens jusjurandum, ſe numquam me deſerturum, quoad ſuperſtiti eſſe liceret. Præterea, cum veniam a me peteret viſitandi uxorem priorem, juravit, ſe non ultra annum abſuturum, & deinde reverſurum ad me; atque ecce vobis juramentorum Inſtrumentum, quibus ipſe ſubſcripſit. Nunc autem mala pro bonis rependere cupit, renuitque mecum reverti. Vos ergo appello, ut ex eo quæratis, quare hæc faciat, & ut hoc mane Jus dicatis ſecundum iſta Inſtrumenta jurationum.

XXII.

אמרו לו דייני הקהל מדוע אינך חוזר עמה שעשתה עמך כמה טובות ועוד איך אתה יכול לעבור על השתי השבועות שחתמת בידך: ענה להם כל מה שעשיתי ושנשבעתי היה באונס ומחמת יראה שידעתי שאם לא אעשה רצונם שימיתוני ולכן שאלתי על השבועות והתירום לי ואיני רוצה לחזור עמה שאין זה כדרך ארץ שיקח בן אדם שדה ולהוליד שדים אלא אני רוצה לדור עם אשתי שהיא מבני אדם כמוני ולהתעסק בפריה ורביה כמו שכתוב בתורתינו: אעשה לו עזר כנגדו וזאת אינה כנגדי ומפני כך איני חפץ לשוב עמה ותלך היא ותקח אחד מן השדים כמותה ויהיה מין במינו ואני אעמוד עם אשתי הראשונה אשר היא אשת נעורים:

XXII.

Tum Judices Cœtus his verbis hominem compellant. Tu vero quare non reverteris cum ea, quæ in te tanta contulit beneficia? Inſuper quomodo potes irritum reddere jusjurandum, quod manu tua obſignaſti? Reſpondet homo. Quidquid feci, & quidquid juravi, coactus feci, & præ timore. Sciebam enim illos me, niſi voluntati eorum morem gererem, trucidaturos. Quapropter abſolutionem a juramento petii, eamque impetravi. Proinde nolo cum ea reverti; neque enim fas & æquum eſt, hominem Sagam pro uxore habere, & Dæmonas procreare. Idcirco volo commorari cum conjuge mea humano mecum genere orta, & liberis gignendis operam dare, (*prout in Lege noſtra præceptum eſt.*) Atque in eadem Lege noſtra (Geneſ. 2. v. 18.) perſpicue dicitur. *Faciamus ei adjutorium ſimile ſibi.* Atqui hæc non eſt mihi ſimilis. Proinde nolo cum ea diſcedere. Abear ipſa, & capiat ſibi Dæmonem aliquem ſui generis, ut ſint ejuſdem ſpeciei. Ego autem degam cum uxore mea priore, deliciis juventutis meæ.

Digitized by Google

XXIII.

אמרת בת אשמדאי לדיינין אינכם מורים מי שרצה גירש לגרש את אשתו שיש לו לכתוב ספר כריתות ולתת בידה ולפהריע לה כתובתה: ענו הדיינים ואמרו אמת הדבר הזה יציב ונכון כי כן הדין נותן: אמרה להם אם יכתוב לי גטי ויפרע לי כתובתי הוציאה שטר כתובתה ומצאו כתוב ממון גדול שלא היה לו מספר: אמרו לו הדיינים או תפרע לה זאת הכתובה או תשוב עמה: ענה להם הנה כל הממון בירם הנני מוחל הכל ואתן לה גיטה שעמה לא אשוב לעולם: אמרו לו הדיינים ראה שכך יש לך לעשות מן הדין או ללכת עמה או לפטור אותה ולפרוע כתובתה ואם לא תעשה זה ניתן לה רשות לעשות בך כחפצת נפשה: אמרה להם כיון שאנכי רואה שאתם מורים בדין והייבתם אותו מהלכה מעתה אין אנכי חפצה שילך עמי באונס מאחר שהתל בי אמנם בבקשה מכם אמרו לו שינשוק אותי ואשיב לי למקומי: אמרו לו עשה רצונה ונשוק אותה והיא פוטרת אותך מכל מה שחייבנוך: הלך ונשקה וחנקה אותו ומת: אמרה לו זה הוא שכרך על ששקרת בשבועות השם ומצות אביך ועל שהתלת בי ורצית להניחני ושאשיב אלמנה הייה: עתה תהיה אשתך אלמנה וגלמודה: והמשל אומר מי שיבקש ליקח לי אישי ובעלי ימות היא ולא יעשה טובה ולא שמחה לא לי ולא לאחרת:

XXIII.

Poſt hæc Aſmodæi filia ſic Judices affatur. An non fatemini neceſſe eſſe, ut is, qui ab uxore divortium facere vult, ipſi Libellum repudii ſcribat, & hunc in manus ei tradat; tum etiam, ut dotem illi ſolvat? Reſpondent Judices. Omnino hoc ratum, conſtiturumque eſt, atque id Jus efflagitat. Tum illa. Scribat igitur mihi Libellum repudii, & ſolvat mihi dotem. Nec mora, profert Inſtrumentum dotale, quod ſummam ingentem, atque adeo immenſam continebat. Ibi Judices. Aut exſolve dotem hanc, aut cum ea revertere. At vir excipit. Ecce omnes meæ facultates penes ipſos ſunt, quas univerſas iis condono, daboque illi Libellum repudii; cum ipſa autem me reverſurum nego, & pernego. Addunt porro Judices. Vide, iſtud ſecundum Leges facere te convenit, aut eundum tibi cum illa, aut dimittere eam oportet, illique dotem perſolvere. Quod ſi hæc non obſervaveris, conceditur ei poteſtas ſtatuendi de te quidquid illi collibuerit. Tum ipſa. Quia animadverto, vos juſtitiam cauſſæ meæ agnoſcere, & illum, ſicuti Leges exigunt, condemnare, jam nolo ego, ut mecum invitus diſcedat, quia me eſt aſpernatus. Hoc autem vos rogo; perſuadete illi, ut me (*poſtremum*) oſculetur, & tum recipiam me in locum meum. Ibi Judices ad ipſum. Fac illius voluntatem, & eam oſculare, atque tum ipſa te abſolvet ab omni noſtra condemnatione.

Digitized by Google

ne. (*Conſentit homo*) & abit, ac eam oſculatur. (*Enimvero ipſa in hominem involat*) ac fauces illi elidir, ipſumque enecat, inquiens. Hoc ruum eſt præmium, quia juramentorum religionem feſelliſti, & mandata paterna violaſti, mihique illuſiſti, volens me deſerere, & relinquere viduam, marito ſuperſtite. Nunc tua uxor vidua, & deſerta vivet. Vetus hoc dictum eſt: *ſi quæ virum meum, maitumque mihi auferre poſtulat, pereat ipſe, & nec utilitati, nec oblectamento mihi ſit, aut illi.*

XXIV.

אחרי כן אמרה לקהל אם לא תרצו שאמית אתכם קחו בני שלמה והקימוהו עליכם לנשיא ולראש ולקצין כי מכם וישב עמכם כי מאחר שהרגתי את אביו אין אנכי חופצה שישוב עמי שלא יהיה לי לזכרון ולמפח נפש ואנכי אורישנו בממון גדול על מאר כרי שלא יחסר לו כלום ואתם תצוו לתת לו מירושת נכסי אביו יותר על שאר אחיו: וכן עשה הקהל הקימוהו עליהם לנשיא ולראש ולקצין ומלך עליהם והיא חזרה למקומה לאביה: מכאן שאין לאדם לעבור על שבועות השם ולא על מצות אביו:

סליק סליק סליק:

XXIV.

Poſtea his Cœtum compellat. Si ſalvi eſſe vultis, capite filium meum Salomonem, atque Principem, Rectorem, ac Ducem illum conſtituite. Nam a vobis genus trahit, & vobiſcum morabitur. Poſtquam enim patrem ejus peremi, nolo mecum agat, ne memoriam ſubinde mihi refricer, ſitque mihi dolor. Ego vero illum hæredem conſtituam facultatum longe ampliſſimarum, ne cujuſquam rei egeat. Vos autem jubete, eum majorem portionem reliquis fratribus ex hæreditate capere. Obſequitur Cœtus, eumque Principem, Rectorem, ac Ducem eligit. Imperavit autem ipſe illis, materque in locum ſuum ad patrem reverſa eſt. Hinc clare diſcimus, a nemine jurisjurandi religionem, & præcepta paterna eſſe ſpernenda.

